aliquẽ reliquit predam: et cũ nihil operis sequi videt statim revertit ad eandẽ. Sic demones audito nomĩe meo: statim relinquunt aĩam quasi territi: sed iterũ advolant et revertunt ad eam: quasi sagitta velocissima: nisi aliqua emẽdatio subsequatur. Nullus etiã tam frigidus ab amore dei ẽ: nisi sit damnatus: si invocaverit hoc nomẽ hac intentione: vt nunq̃ reverti velit ad opus solituz: q̃ non discedat ab eo statim dyabolus: ꝛ nunq̃ amplius revertit ad eũ nisi resumpserit voluntatẽ peccandi mortaliter. Tamẽ quandoq̃ permittit ei turbare eum: ꝓpter maiorem remuneratõem eius: sed non possidere.

Verba virginis marie ad filiã: vtilẽ doctrinã qualiter debeat vivere ponẽtia: et multa mirabilia xpi passionis declarantia. Cap. X

Ego sum regina celi

c mater dei. A Ego dixi tibi q̃ habere debeas monile in pectore tuo. Nunc aũt plenius monstrabo tibi: q̃ ego a principio cũ audirem et intelligerẽ deuz esse: semꝑ sollicita et timorata fui de salute et observãtia mea. Cum aũt audissem plenius: ipsum deũ esse creatorẽ meũ: et iudicem de oĩbus actibus meis: intime dilexi eũ: ꝛ omni hora timui ꝛ cogitavi ne eum verbo vel facto offenderẽ. Deinde cũ audissem eũ dedisse legem populo et ꝑcepta sua: et fecisse cum eis tanta mirabilia proposui firmiter in animo meo nihil nisi ipsum diligere: et amara mihi erant mundana vehemẽter. ¶ Post hec audito etiam q̃ ille idem deus redempturus esset mundum et nasciturus de virgine tanta circa eũ charitate affecta fui: q̃ nihil nisi deum cogitabam: nihil volebaz nisi ipsum. Ego elongavi me quantum potui a colloquiis et presentia parentũ et amicoꝝ. Et omĩa que habere potui: dedi indigentibꝰ. Nihil q̃ nisi victũ tenuem ꝛ vestitum reservavi Nulla mihi nisi deꝰ placuerũt. Ego semꝑ in corde meo optavi: vt viverem ad tempꝰ nativitatis eius: si forte fieri mererer ancilla idigna matris dei: Vovi etiã in corde meo si esset ei acceptabile: observare virginitatem. Nihil vnq̃ possidere in mundo. Si aũt aliter vellet deus: fieret voluntas eius et nõ mea: quia credebam eum omĩa posse: et velle nihil nisi mihi vtile: ideo ei omnẽ voluntatem meã commisi. B Instante vero tempore: quo ſm constitutionem virgines presentabant in templo domini: affui ꝛ ego inter eas ꝓpter obediẽtiã parentũ meoꝝ: cogitans mecũ deo nihil esse impossibile. Et q̃ ipse sciebat me nihil desiderare: nihil velle nisi se: posset me servare in virginitate si ei placeret: sin aũt fieret volũtas eius. ¶ Auditis aũt omnibus que mandata erãt in templo: regressa domum ampliori q̃ prius ardebã amore dei et novis quotidie inflãmabar estibus ꝛ desideriis amoris. Propterea plus solito ab omnibus me elongavi et fui sola noctibus ac diebus: timens vehemẽtissime: ne os loquereꝛ vel auris audiret aliqua ꝯtra deuz meũ: vel oculi mei viderẽt aliqua delectabilia. Timida quoq̃ fui in silẽtio ꝛ multũ anxia: ne forte silerez ea q̃ magis loqui debuissem. Cumq̃ sic turbarer in corde sola mecũ: spemq̃ meam omnem cõmitterem deo: ilico venit in mentẽ meã cogitare dei magnã potentiam. Quõ ei serviũt angeli et oĩa creata. Qualis gloria eiꝰ est: que est ineffabilis et interminabilis. C Et cũ hoc mirarer: vidi tria mirabilia. Vidi nanq̃ sydus: sed nõ quale fulget de celo. Vidi lumen sed non qualez lucem que lucet in mundo. Sensi odorem: nõ qualis herbaꝝ vel aliquid tale: sed suavissimũ et fere ineffabilem: quo tota replebar ꝛ pre gaudio exultabã. Inde statim audivi vnã vocem sed nõ de ore hũano. Et ea audita satis timui: reputans ne forte esset illusio. Et statim apparuit ante me angelus dei q̃si homo pulcerrimus: sed nõ carne vestitus: q̃ dixit ad me. Ave gratia plena ꝛc. ¶ Quod cum audissem: mirabar q̃d significaret hoc vel cur talem ꝓferret salutatiõem. Sciebam enĩ me esse credebã indignã ad aliquid tale vel ad aliquid boni. Deo tñ non esse impossibile facere quidq̃d vellet. Tunc secundo angelus ait: quod nascet in te sanctũ est: et vocabit filius dei: ꝛ sicut ei placuerit sic fiet. Nec tñ credebam me dignã. Nec quesivi ab angelo quare vel quãdo fiet: ſz quesivi quõ fiet: q̃ ego indigna ſm mater dei que et virum non cognosco. Et rñdit mihi angelus sicut dixi: deo nihil esse impossibile: sed quicquid ipse vult facere: fiet ꝛc. ¶ Quo verbo angeli audito: ferventissimũ affectuz habui esse mater dei: et loquebat anĩa mea pre amore. Ecce ego fiat volũtas tua in me. Ad quod verbũ: ilico concipiebatur filius meus in vtero meo: cũ ineffabili exultatione anĩe mee et omniũ membroꝝ. D Cumq̃ haberem eũ in vtero portabã eum sine dolore: sine gravedine: et tedio ventris. Humiliabã me in oĩbus: sciens eum esse oĩpotentẽ quem portabã.

Quando vero peperi eum: sine dolore et peccato peperi eum sicut et concepi: cum tanta anime et corporis exultatione: quod pedes mei pre exultatione: non sentiebant terram ubi stabant. Et sicut in omnia membra mea cum gaudio totius anime mee intravit: sic cum gaudio omnium membrorum exultante anima in effabili gaudio: sine lesione virginitatis mee exivit. ¶ Cumque conspicerem et considerarem pulcritudinem eius: anima mea quasi rorem pre gaudio stillabat: sciens me indignam ad talem filium. ¶ Quando vero considerabam loca clavorum in manibus et pedibus: quos secundum prophetas crucifigendos audivi: tunc oculi mei replebantur lacrimis: et cor meum quasi scindebatur pre tristicia. Et cum filius meus inspexit oculos meos lacrimantes: tristabatur quasi ad mortem. Cum vero considerarem potentiam deitatis eius consolabar iterum: sciens quod ipse sic vellet: et sic expediret: et omnem voluntatem meam conformaui voluntati eius. Et sic semper erat leticia mea: mixta cum dolore. E Instante tempore passionis filii mei: rapuerunt eum inimici eius: percutientes eum in maxilla et collo. et conspuentes illuserunt ei. ¶ Deinde ductus ad columnam personaliter se vestibus exuit. Personaliter ad columnam manus applicuit quas inimici sine misericordia ligaverunt. Alligatus autem nihil omnino operimenti habebat: sed sicut natus est sic stabat: et patiebatur erubescentiam nuditatis sue. Consurrexerunt autem inimici eius: qui fugientibus amicis suis undique astabant: et flagellabant corpus eius: ab omni macula et peccato mundum. Ad primum igitur ictum: ego que astabam propinquius cecidi quasi mortua. et resumpto spiritu vidi corpus eius verberatum: et flagellatum usque ad costas: ita ut coste eius viderentur. Et quod amarius erat: cum retraherentur flagella: carnes ipsis flagellis sulcabantur. Cumque filius meus totus sanguinolentus: totus sic laceratus stabat: ut in eo non inveniretur sanitas nec quid flagellaretur: tunc unus concitato in se spiritu quesivit. Numquid interficietis eum sic iniudicatum? et statim secuit vincula eius.

F Inde filius meus induit se vestibus suis. Tunc locum ubi stabant pedes filii mei totum repletum vidi sanguine: et ex vestigiis filii mei cognoscebam incessum eius. Quo enim procedebat: apparebat terra infusa sanguine. Nec ipsi patiebantur ut se indueret: sed compulerunt et traxerunt eum ut acceleraret. Cum autem duceretur quasi latro: ipse filius meus extersit sanguinem ab oculis suis. ¶ Cumque iudicatus esset: imposuerunt sibi crucem portandam. Quam cum ad modicum portasset: veniens unus assumpsit eam sibi portandam. Interim euntem filio meo ad locum passionis: alii percusserunt eum in collo: alii in faciem ceciderunt. Et tam fortiter et valenter percussus est: ut licet ego non viderem percutientem: audivi tamen clare sonitum percussionis. ¶ Cumque venissem cum eo ad locum passionis omnia instrumenta vidi ibi preparata ad mortem suam. Et ipse filius meus veniens ibi: exuit se personaliter vestibus suis: ministris inter se dicentibus. Hec vestimenta nostra sunt: nec ea rehabebit: quia damnatus est ad mortem. ¶ Stante autem filio meo sicut natus erat nudo corpore: unus tunc accurrens apportavit sibi velamen: quo ipse exultans intime velabat verecunda sua.

G Postea rapuerunt eum seui tortores: et extenderunt in cruce: primo dextram manum eius affigentes stipiti: qui pro clavis perforatus erat. Et manum ipsam ex ea parte perforabant: qua os solidius erat. Inde trahentes cum fune aliam manum eius: ad stipitem eam simili modo affixerunt. Deinde dextrum pedem crucifixerunt: et super hunc sinistrum duobus clavis: ita ut omnes nervi et vene extenderentur et rumperentur. ¶ Quo facto aptaverunt coronam de spinis capiti eius: que tam vehementer reverendum caput filii mei pupugit: ut ex sanguine fluente replerentur oculi eius: obstruerentur aures: et barba tota decurrente sanguine deturparetur. ¶ Cumque sic sanguinolentus et perforatus staret: condolens mihi astanti et gementi: respexit sanguinolentis oculis ad iohannem sororium meum: et me commendabat ei. In tempore illo audivi alios dicentes: quod filius meus latro erat: alios quod mendax: alios quod nullus dignior esset morte quam filius meus: Ex quorum auditu dolor meus renovabatur. Sed sicut dictum est: cum primus clavus infigeretur ei: ego ad primum ictum conturbata cecidi quasi mortua: oculis obscuratis: manibus trementibus: pedibus nutantibus. Et non respexi pre amaritudine: antequam ex toto affixus erat. Surgens vero vidi filium meum miserabiliter pendentem: et ego mater eius mestissima undique consternata: pre dolore vix stare potui.

H Filius autem meus: videns me et amicos suos inconsolabiliter flentes: flebili voce et alta clamabat ad patrem suum: dicens Pater quare me dereliquisti? quasi diceret. Nullus est qui misereatur mei: nisi tu pater Tunc oculi eius apparuerunt semimortui maxille eius submerse: et vultus lugubris os eius apertum: et lingua sanguinolenta: venter dorso inherens consumpto humore quasi non haberet viscera. Omne corpus pal

Nota
peccador

tidum: et languidus ex fluxu et egressione sanguinis. Manus ⁊ pedes eius rigidissime extēti erāt: et iuxta formā crucis cruci attracti et cōformati. Barba et crines: ex toto respersi sanguīe. Itaqꝫ cū filius meus sic laceratus ⁊ liuidus staret: solum cor recens erat: qꝛ optime et fortissime nature erat. De mea ēi carne: corpus mundissimū et optime complexionatū sumpsit. Cutis eius sic tenera ⁊ gracilis erat. ꝙ nunqꝫ ita leniter flagellabatur: quin statim exiret sanguis. Ipse quoqꝫ sanguis eius tam recēs erat: vt in cute munda videri posset. Et qꝛ optime nature erat: vita cū morte in corpore eius ꝑforato certabat. Nā quandoqꝫ dolor: de membris et neruis corporis ꝑforatis ad cor ascendebat: quod recentissimū erat et incorruptū: et incredibili dolore: ⁊ passione vexabat ipsum. Et quādoqꝫ dolor a corde in membra lacerata descēdebat: et sic mortem ꝓlongabat cum amaritudine. I Cūqꝫ filius meus hys doloribus circumseptus: respexit ad amicos suos flentes qui maluissent illā penam in se cū auxilio eius ꝑtulisse: vel in eternū in inferno ardere: qꝫ eum sic videre cruciari. Dolor ille ex amicorum dolore: oēm amaritudinē et tribulationem: quā vel in corpore vel in corde sustinuit excedebat qꝛ tenere diligebat eos. Tūc ꝑ nimia corporis angustia: ex parte hūanitatis clamabat ad prēm. O pr̄ in manus tuas cōmendo spm̄ meū. Hāc igitur vocē cū audissem ego eius mestissima mater. ꝯtremuerūt omnia membra mea: cum amaro cordis mei dolore. Et quotiēs postea hāc vocem cogitabā: quasi in aure mea ꝑsens et recēs erat. ¶ Appropinquāte aūt morte cū cor pre violentia dolorum rumperetur. tunc oīa membra cōtremuerūt. Et caput eius quasi modicum se erigens inclinabatur. Os eius apertum videbatur: ⁊ lingua tota sanguinolenta. Manus eius retraxerūt se modicum de loco ꝑforatiōis: et pondus corporis pedes amplius sustentabāt. Digiti et brachia quodammō extendebāt se: et dorsum fortiter stringebatur ad stipitem. K Tūc quidam dixerūt ad me. Maria: filius tuus mortuus est. Alij aūt dixerūt: mortuus est sed resurget. Omnibus itaqꝫ discedētibus: vnus adueniēs affixit lanceā in latus eius tam valide: vt pene ꝑ aliud latus eius trāsiret. Et cum extraheretur hasta: apparuit cuspis rubea sanguine. Tūc mihi videbatur ꝙ quasi cor meū ꝑforaretur. cum vidissem cor filij mei charissimi ꝑforatū. ¶ Deinde depositus est de cruce. quē ego recepi in gremium meū quasi leprosum: et totū liuidū. Nam oculi eius erant mortui et sanguine pleni. Os frigidū quasi nix. Barba quasi restis. Facies ꝯtracta. Manus quoqꝫ sic diriguerant: ꝙ nō possent deponi nisi circa vmbilicum. Sicut stetit in cruce. sic habui eū in genu: quasi hoīem contractū in omnibus membris. Postea posuerūt eum in linteo mundo. Et ego cū linteo meo extersi vulnera et mēbra eius. Et clausi oculos et os eius: que in morte fuerūt apta. Deinde posuerūt eum in sepulcro. O qꝫ libenter tūc posita fuissem viua cū filio meo: si fuisset volūtas eius. Hys cōpletis: venit ille bonus iohānes et duxit me in domū. Ecce filia mea: talia sustinuit filius meus pro te.

Verba xpi ad spōsaʒ qualiter se tradidit spōtanee suis inimicis crucifixoribus. Et de modo viuendi in ꝯtinentia omniū membrorum ab illicitis motibus. exemplo sue dulcissime passionis.

Capi. XI

f **Filius dei loquebatur** ad sponsam dicēs. A Ego sum creator celi et terre: ⁊ corpus meū verū est: quod in altari ꝯsecratur. Dilige me toto corde: qꝛ ego dilexi te. Et ego sponte tradidi me inimicis meis et remanserunt amici mei et mater mea: in amarissimo dolore et fletu. Cūqꝫ viderem lanceā clauos: flagella: et alia passiōis genera parata: ꝓcessi nihilominus letus ad passionem. Cūqꝫ caput meū esset vndiqꝫ corona cruentatum: et vndiqꝫ sanguis flueret: etiā si adhuc inimici tetigissent cor meū: magis hoc paterer diuidi et vulnerari: qꝫ te carere vellē. Propterea nimis ingrata es: si me pro tanta charitate nō dilexeris. Si enī caput meū punctū est et inclinatū in cruce ꝓ te: caput tuū debet inclinari ad humilitatē. Et quia oculi mei erant sanguinolenti ⁊ pleni lacrimis: ideo oculi tui debēt abstinere a delectabili visu. B Et quia aures mee implebantur sanguine. ⁊ audiebant verba detractiōis mee: idcirco aures tue auertantur a scurrilibus et ineptis locutionibus. Quia etiā os meum potatū est amarissima potatione et ꝓhibitū a bonis: ideo os tuū obstruatur a malis: et apiatur ad bona. Et quia manus mee extense sunt cum clauis: ꝓpterea opa tua que figurantur in manibus. extendantur ad pauperes ⁊ ad precepta mea. Pedes tui idest affectus tui quibus ad me ire debes: crucifigantur a voluptatibus. Vt sicut in omībus membris passus sum ego: sic oīa mēbra tua parata sint ad obsequiū meum. Quia maius ser-

nitũ exigo a te q̃ ab alijs: quia maiorem gratiam feci tibi.

Qualiter angelus rogat ꝓ sponsa. et qualiť xp̃s querit ab angelo. quid est q̃ querit ꝓ sponsa. ⁊ quid expedit sponse. Capit. XII.

Angelus bon⁹ custos

a sponse videbaẗ rogare xp̃um pro eadem sponsa. Cui respondit dñs dicens. Qui rogare voluerit ꝓ alio: salutẽ eius rogare debet. Tu enĩ es quasi ignis qui nũq̃ extinguiẗ: ardens charitate mea incessanter. Tu vides et scis oĩa cuȝ vides me. Tu nihil vis nisi quod ego. Dic ergo mihi quid isti mee noue spõse expedit. Et ille respondit. Dñe tu scis omĩa. Cui dñs ait. Omĩa quidem queciũq̃ facta ⁊ futura sunt: eternaliter sunt in me. Et oĩa in celo et in terra noui ⁊ scio: nec mutatio ẽ apud me. Tamẽ vt ista sponsa intelligat volũtatem meã dic modo ipsa audiẽte quid ei expedit. Angelus ait. Elatũ habet cor ⁊ magnum: ꝓpterea necessaria est ei ỽga vt edometur. Et tunc dñs ait. Quid igiẗ petis ei amice mi? Et ille. Dñe peto miſcdiam cuȝ virga tua. Et dñs ait. Propter te hoc faciam ei. qui nunq̃ facio iusticiã sine misericordia. Ideo diligere me hec sponsa debet toto corde.

Qualiť inimicus dei habet tres demones in se: Et de iudicio contra ipm a xp̃o illato. Capit. XIII

Amicus me⁹ habet

i in se tres demones. A Prim⁹ sedet in genitalib᷒. Secundus in corde. Terci⁹ in ore. Primus est q̃si nauta qui facit aquã per carinã intrare: que paulatim inde crescẽdo replet nauẽ. Inde supeffluit aqua: ⁊ nauis submergiẗ. ¶ Hec nauis est corpus suũ: temptatiõibus demonum: et cupiditatibus suis: quasi ꝓcellis agitatũ. In quod voluptas sua primo intrauit ꝑ carinam: id est per delectatiõem. qua delectabaẗ talibus cogitatiõibus. Et quia nõ resistebat per penitentiã nec consolidabat clauis abstinẽtie: crescebat quotidie aqua voluptatis adhibẽdo ꝯsensum. Inde cõpleta seu repleta naue ventris cõcupiscentia: affluebat aqua: et operiebat nauem voluptate ne veniret ad portũ saluť.

B Scd̃us demon qui sedet in corde: est similis vermi iacẽti in pomo. Qui nucleũ pomi primo comedit: illic relictis ibi stercoribus suis: peragaẗ totum pomũ; donec totum fiet inane. Sic dyabolus facit. Primo viciat voluntatẽ eius et desideria bona que sunt quasi nucleus: vñ omne robur mentis et bonũ subsistit: et euacuato corde ab istis bonis: tũc relinquit ꝑ eis in corde cogitatões ⁊ affectiones mũdi. quas magis dilexit: nũc impellit ipsum corpus ad quod ei placet: ⁊ ex hoc minuiẗ ei fortitudo et intelligentia: et accedit tediũ vite. Iste certissime est pomũ sine nucleo id est hõ sine corde: q⁊ sine corde intrat ecclesiaȝ meã: quia diuinã charitatẽ nullam habet.

C Tercius demon est similis sagittario: qui ꝑ fenestras circũspiciens sagittat incautos. Quõ non demon sedet in eo qui nunq̃ loquiẗ sine eo? Quod enĩ magis diligitur frequentius nominaẗ. Verba sua amara quibus alios vulnerat: sunt quasi iacula: que ꝑ tot fenestras emittuẗ: quotiens nominaẗ dyabolus: quotiens innocentes ꝑ verba eius vulneranẗ: quotiens simplices ex eius ỽbis scandalizanẗ. Ideo in veritate mea qui sum veritas iuro: q̃ iudicabo eũ sicut meretricẽ ad igneȝ sulphureum. Sicut ꝓditorem et insidiatorẽ: ad oĩm membroꝝ incisionem: et sicut dñi sui contemptorẽ: ad ꝑpetuã ꝯfusioneȝ. ¶ Verumtñ q̃diu aĩa et corpus insimul sunt: misericordia mea apta est sup eum. ¶ Hoc est aũt quod requiro ab eo: scȝ vt frequentius intersit diuinis. Nullũ timeat obprobriũ: et nullum cõcupiscat honorẽ. Et vt nunq̃ nomineẗ in ore suo nomẽ sinistruȝ.

D Declaratio.

b Ic prior ordĩs Cisterciensis sepe sunt excõmunicatũ. Cũq̃ legisset vltimã cõmendatõem pro eo. dña birgitta rapta in spũ audiuit. Iste fecit sicut potuit: et sepeliuit. Iam scito ꝓ certissimo. q̃ iste post istum mortuũ primus sepeliet. Nam peccauit in patrem: qui dixit nõ esse acceptorem ꝑsonarũ: nec honorare vultũ diuitis. Hic vero ꝓpter modicũ corruptibile: honorauit indignum: et locauit vt non debuit inter dignos. Peccauit in spũm meum: qui est cõmunio et cõmunicatio iustoꝝ: quãdo iniustũ sepeliuit. Peccauit in me filium: quia ego dixi. Qui me spnit sperneẗ. Iste vero honorauit illũ et exaltauit: quẽ ecclesia mea et vicarius me⁹ spreuit. Qui prior auditis verbis istis cõpunctus: quarto die mortuus est.

Verba xp̃i ad sponsam de mõ et respectu quẽ debeat in oỏne tenere: Et de tribus generibus hoim in hoc mundo deo seruientiũ. Capit. XIIII

Ego sum deus tuus

e qui in cruce crucifixus verus de⁹ & verus hō in vna psona: sum q̄tidie in manibus sacerdotis. A Cū mihi aliquā orōnem facis: conclude sp̄ sic orōnem tuam vt scʒ velis fieri sp̄ voluntatē meam nō tuam. Quia cū p dampnatis exoras. nō exaudio te. Nūqʒ etiam ɔtra salutē tuam optas fieri: et ideo necesse est tibi volūtatem tuā mihi cōmittere: quia oīa scio. qui prouideo tibi nihil nisi vtile. Multi quippe orant nō recta intentōe: et ideo non merentur exaudiri. Tria nāqʒ sunt genera hoīm seruientiū mihi in hoc mundo. Primi sunt qui me credūt esse deū et largitorem omniū et sup omnia potentē. Hij seruiūt mihi hac intentōe: vt scʒ tpalia et honorem optineant: sʒ celestia sunt eis p nihilo: et gaudenter ea amittunt: vt obtineant pñtia. Hys iuxta voluntatem eorū: psperitas seculi in oibus accedit. Et sic amissis eternis: in tpali cōmoditate remunero eos quicquid boni fecerint pro me vsqʒ ad vltimū quadrantem: et vsqʒ ad nouissimū punctū. B Secundi sunt qui credūt me deum omnipotentem et districtū iudicem: et isti seruiūt mihi ex timore pene: nō aūt ex amore celestis glorie. Nisi eī timerent: nō mihi seruirent. Tercij sunt qui credūt me omniū creatorem et verū deum: qui credūt me iustum et misericordem. Et seruiūt mihi nō ex timore alicuius pene: sed ex diuina dilectōe et charitate. Et mallent quippe omnem penā si sufficerent magis sufferre: q̄ʒ me semel ad irā prouocare. Isti vere merent͛ audiri in pce sua: quia voluntas eorum est sʒm voluntatem meā. Primus eīm nūqʒ exiet de supplicio: nec videbit faciem meā: Secūdus aūt tam magnū suppliciū nō habebit: nec tn̄ faciē meā videbit: nisi correxerit illū timorem penitentia.

Verba xp̄i ad sponsam ɔditiones magni regis xp̄o appropriātia. Et de duobus gazophilacijs: p que amor dei et amor mundi designant͛. Et de doctrina pficiendi in hac vita. Cap. XV

Ego sum sicut vn⁹ rex

e magnus et potēs. A Ad regem enim ptinent quatuor. Primo debet esse diues. Secūdo mitis. Tercio sapiens. Quarto charitatiuus. Ego vere sum rex angelorum et omniū hominum. Ego etiā habeo illas quatuor pprietates quas dixi. Primo n anqʒ sum ditissimus. quia oibus do necessaria: nec minus habeo post datum. Scdo sum mitissimus: q2 omnibus petentibus paratus sum dare. Tercio itaqʒ sum sapientissimus: q2 scio quod vnicuiqʒ debet͛ et expedit. Quarto etiā sum charitatiuus: q2 patior sum dare q̄ʒ aliqs petere. C Ego habeo quasi duo gazophilacia. In primo est gazophilacio sunt reposita pōderosa et grauia quasi plumbū: et cella ista vbi ista sunt: est circūsepta acutis aculeis pūgentibus. Sʒ qui hec primo incipit ꝟtere et reuoluere et deinde portare didicerit: leuia vident͛ sibi postea q̄si pluma. Et sic leuissima sunt que antea ponderosa videbant͛. Et suauia: que prius pūgere credebant͛. In scdo gazophilatio videt͛ esse aurū resplendens et lapides preciosi: et pocula odorifera et dulcia: sʒ vere aurū illud est luteū: et illa pocula sunt venenū. B Ad hec namqʒ gazophilacia sunt due vie: sʒ ante erat vnica via. In competis. id est in ingressu duarū viarum stabat vnus hō et clamabat ad tres hoīes: qui incedebant p viam aliā dicentes. Audite audite verba mea: et si nō audieritis: saltem videte oculis vestris: q2 vera sunt que loquor. Si aūt nec audieritis nec videritis: saltem attractate manibus: et pbabitis q in verbis meis nulla est falsitas. Tūc ait primus illorum: audiamus et videamus: si verba eius vera sunt. Secūdus hō ait. Falsūʒ est quicquid dicit. Tercius dixit: scio q vera sunt q̄ dicit: sʒ nō curo. C Quid sunt ista duo gazophilacia: nisi amor meus et amor mundi? Sed ad hec duo gazophilacia: sunt due vie. Abiectio et psecta abnegatio ꝓprie voluntatis: que ducit ad amorē meum. Et carnis voluptas que ducit ad amorē mundi. In amore aūt meo: videt͛ aliquibus esse onus quasi plumbū: quia cū ieiunare debēt et vigilare: seu refrenare carnē: quasi plumbum portare sibi vident͛. Si aūt verba et cōtumelias audierint: si in religione et oratōne morant͛: quasi inter aculeos resident: et in omni hora angustiant͛. C Sed qui in amore meo esse vult: incipiat primo ꝟtere omnis id est conet͛ ad faciendū bona: per voluntatem et ɔtinuū desideriū. Inde leuet modice & paulatim: id est faciet ea que pōt: cogitando sic. hoc bene possū facere: si deus dederit mihi auxiliū. Deinde pseuerans in incepto: cū tanta alacritate: ea que videbātur sibi prius esse onerosa incipit portare: q omis labor in ieiunijs seu vigilijs & alijs laborib⁹ quibuscūqʒ: est sibi tam leuis q̄si pluma. Et in tali sede quiescunt amici mei. que est malis et desidiosis quasi circūsepta aculeis et spinis: sʒ amicis meis est summa quies: & leuis quasi rosa. C Ad hoc gazophi

laciū est via recta: contemptus ꝓprie volū-
tatis: qui bonus ꝯsiderata passione et chari-
tate mea: nō curat facere voluntatē suam.
et resistit totis viribus: et conatur semp ad
maiora. Et licz ista via in principio est ali-
quantulū grauis. tū in ꝓcessu multū dele-
ctat: intm ꝙ ea que prius videbantur ad fe-
rendū impossibilia: fiūt postea leuissima. vt
merito dicat intra se. Iugum dei suaue est
D Secundū gazophilaciū est mūdus
in quo sunt aurū: lapides preciosi: ꝛ pocula
que videntur odorifera: sed tū degustata ama-
ra sunt vt venenū. Omnis eīm qui portat
aurū contingit ei: ꝙ cuz debilitatur eius cor-
pus et deficiūt membra: et cū eius adnihi-
latur medulla: et corpus ipsius cadit ꝑ mor-
tem in terram: tūc relinquit aurū et lapi-
des: et non valent sibi plusq̄z lutū. Pocula
etiā mundi id est delectatiōes: videntur dele-
ctabilia: sed cū veniunt in ventrē. debilitāt
caput: grauant cor: ꝛ oīa membra euertūt
et postea quasi fenum hō arescit. Et appro-
pinquāte dolore mortis: omnia delectabilia
fiunt amara quasi venenū. ¶ Ad hoc gazo-
philacium ducit ꝓpria voluntas: qn̄ homo
nō curat resistere affectōibus suis prauis:
necz meditatur que ego p̄cepi et feci: sz quic-
quid venit in eius cogitatōem siue licitum
siue illicitū hoc statim facit. E Per hāc
viā tres viri ambulāt: in quibus intelligo
oēs reprobos: qui diligūt mundum: et om-
nem voluntatē ꝓpriam. Hys ego clamaui:
qui stabam in cōspectis seu in ingressu viarū
quia veniēs in carne hūana: ostendi homi-
bus q̄si duas vias: sz quid sequendū esset:
quid ve fugiendū. Que via. s. ducebat ad vi-
tam: et que ad mortē. Nam ante aduentū
meū in carne: nō erat nisi vna via: qua oēs
boni et mali ibant in infernū. Ego aūt sum
ille qui clamabat. et clamabā sic. O hoīes
audite verba mea que ducūt ad viam vite:
quia vera sunt: et sensu ꝓprio pcipere pote-
stis illa esse vera que loquor. Et si nō audi-
tis ea vel nō potestis audire: saltem videte
s. fide et itellectu: qz vera v̄ba sunt mea. Si-
cut eīm oculis carnis cernuntur visibile aliquid
sic oculis fidei cerni pūt inuisibilia et credi
Multi denicz sunt simplices in ecclesia qui
pauca bona operantur: per fidem tū saluantur
quia credūt me creatorem oīm ꝛ redempto-
rem. F Nullus quippe est: qui me nō
pōt intelligere esse deū et credere: si consi-
derat quō terra fructificat: et quō celū dat
pluuias. Quō arbores virent. Quō aīalia
vnū quodcz in genere suo subsistunt. Quō
sidera homi seruiunt. Quō contraria eue-
niunt volūtati hoīs. Ex his omnibus pōt

hō videre ꝙ mortalis est: et ꝙ deus est ille
qui oīa ista disposuit. Si eīm non esset deus
omnia ista irent inordinate. Ergo oīa sunt
a deo: et oīa rationabiliter ꝓpter edifica-
tionem hoīs sunt disposita. Nec minimū
est in mūdo: quod sine rōne sit vel subsistat.
Ergo si hō non potest ꝓpter infirmitatez:
virtutē meam sicut est capere vel intelligere
potest tū videre ꝑ fidem et credere. Si aūt
o hoīes volueritis ꝯsiderare intellectu po-
tentiam meā: potestis tū attrectare mani-
bus vestris opa que ego feci et sancti mei.
Quia sic apta sunt: ꝙ nullus dubitare pōt
esse opa dei. Quis suscitauit mortuos: et
illuminauit cecos nisi deus? Quis expulit
demōes: nisi deus? Quid aūt docui: nisi vti-
lia ad salutē aīe et corpis: et leuia ad por-
tandū. G Sed primus hō ait: id est aliq̄
dicūt audiamus et ꝓbemus si vera sunt.
Hij ad tēpus stant in seruitio meo: nō cau-
sa dilectionis: sed experientie et imitationis
alioꝝ. Nec relinquēdo voluntatē ꝓpriam:
sed suam faciendo cū mea volūtate. Hi pe-
riculose positi sunt: quia duobus dnīs ser-
uire volūt: licet neutri bene seruire possunt.
Cum aūt vocati fuerint: quē dnm magis
dilexerūt: ab eo remunerabuntur. ¶ Scdus
hō dicit: id est aliqui. Falsum est quicquid
loquitur: et falsa est scriptura. Ego sum deus
et creator oīm: et sine me nihil est factum.
Ego condidi nouam legem et veterem. et
de ore meo ꝓcessit: nec in ea est aliq̄ falsi-
tas: qz ego sum v̄itas. Ergo qui me falsuz
dixisse dicūt et scripturā sacram falsam di-
cunt: ipsi nunq̄z videbūt faciem meā: quia
consciā eoꝝ dicit eis me esse deū: quia om-
nia fiunt secundū voluntatē meam: et dis-
positōem meam. Celū illuminat eos: nec
ipi se illuminare pūt. Terra fructū gignit
Aer fecundat terrā. Omnia aīalia habent
certam dispositōem. Demones confitentur
me. Iusti hoīes patiuntur īcredibilia: ꝓpter
amorem meū. Hec omnia vidēt nec tū vi-
dēt me. H Ipsi etiā possunt videre me
in iusticia mea. Si ꝯsiderarent quō terra
absorbuit impios. Ignis cōbussit iniquos
Sic etiam pūt me videre in misericordia
mea. Quā aqua de petra fluxit iusti. Et aq̄
maris cedebat eis. Quā ignis non ledebat
eos. Quando celū q̄si terra nutriebat eos
Et ideo qz ista vident: et adhuc dicunt me
mētiri: nunq̄z videbūt faciem meā. ¶ Ter-
cius hō dicit: id est aliqui. Bene scimus eū
esse verū deum: sed nō curamus. Isti incter-
num cruciabuntur: quia ꝯtempnūt me deum
et dnm suum. Nūquid nō est magnus con-
temptus: ꝙ vtuntur donis meis: ꝛ tamē ipsi

contemnũt seruire mihi? Si enim haberent ipsi ex industria ꝓpria: et non totũ ex me: leuius esset cõtemptus. ¶ Qui autẽ oculos meũ vertere incipiũt: idem voluntarie et ex feruenti desiderio: conant᷑ ad faciendũ illud modicũ ꝙ ipsi possunt: hijs ego dabo gratiam. Qui aũt leuant põdera mea: id ẽ amore meo de die in diem ꝓficiũt: cum eis laboro: ⁊ fortitudo illoꝝ ero: et inflammabo eos vt amplius velint. Qui autẽ sedent in sede q̃ pungere videt᷑: quietissima est: hij sunt in laboribus et patiẽtia nocte ⁊ die: nec attediant᷑ sed eo magis ardẽt et modicũ eis videt᷑ esse id quod agũt. Hi sunt amici mei carissimi: et hi valde pauci sunt. Quia pocula secũdi gazophilacij magis alios delectant.

Qualiter videbat᷑ sponse ꝙ quidam sanctoꝝ loquebat᷑ ad deum: de quadã muliere a demonio terribiliter ꝯculcata: q̃ postea precibus virginis gloriose fuit liberata.

Capitu. XVI.

Videbatur sponse ꝙ

quidam sanctoꝝ loquebat᷑ ad deũ dicens. A Cur anima istius mulieris quã sanguine tuo redemisti sic conculcat᷑ a dyabolo? Rñdit statim demon dicens. Quia de iure mea est. Et tũc dixit dominus. Quali iure tua est? Cui rñdit demõ. Due inquit vie sunt: vna ducit ad celestia: alia ad infernũ. Cumq̃ ipsa inspiceret ambas vias: consciẽtia sua ⁊ ratio dicebat sibi ꝙ viam meã magis eligeret. Et quia liberã habuit voluntatẽ diuertendi ad quã viam magis vellet: videbat᷑ sibi vtile magis diuertere voluntatẽ suam ad peccati ꝑpetrationẽ et tũc incepit ambulare ꝑ viam meã. Postea decepi eã tribus vicijs: scꝫ gula: cupiditate pecuniẽ: ⁊ luxuria. Ideo ego sedeo nũc in ventre eius: ⁊ in natura eius. Et teneo eam quinq̃ manibus. Cũ vna manu teneo oculos eius: ne videat spũalia. Cum secũda manu mea teneo manus eius ne faciat oꝑa bona. Cum tercia manu teneo pedes eius: ne vadat ad bona. Et cũ quarta teneo intellectũ ne peccare erubescat. Cũ quinta etiã teneo cor eius: ne redeat ꝑ contritõem. B Tũc beata virgo maria dixit ad filiũ. Fili compelle eũ dicere veritatem de ea re: quã ab eo querere volo. Et filius ait. Tu es mater mea. Tu regina celi. Tu mater misericordie. Tu ꝯsolatio eorũ qui sunt in purgatorio. Tu leticia eoꝝ qui peregrinant᷑ in mundo. Tu es dña angeloꝝ. Tu cũ deo excellẽtissima. Tu es etiã princeps sup̱ dyabolũ. Precipe ergo mater isti demoni ea q̃ tu vis: ⁊ ipse dicet tibi. ¶ Tũc beata virgo quesiuit ab illo dyabolo. Dic dyabole: qualẽ intentiõem habuit mulier hec: anteq̃ intrauit ecclesiã? Cui dyabolus rñdit. Ipsa habuit voluntatẽ abstinẽdi a peccato. Et virgo maria dixit ei. Cũ voluntas quã prius habuit ducebat ad infernũ. dic ad quid tendit voluntas ista quã modo habet: scꝫ abstinendi a pctõ? Cui dyabolus respondit inuitus. Ipsa voluntas abstinendi ducit ipsam ad celũ. Et tunc virgo maria ait. Quia ex iusticia accepisti: vt ꝓpter voluntatẽ priorem duceres eam a via sancte ecclesie: nũc iusticia est vt per voluntatem istam reducat᷑ ad ecclesiam. ¶ Nũc etiam quero dyabole vlterius a te. Dic qualẽ voluntatem habet nũc in hoc puncto: in quo nũc est consciẽtia sua? Dyabolus autẽ rñdit. Ipsa habet ꝯtritiõem in mente ꝑ his que fecit: et magnũ fletum: et ꝓponit vlterius nunq̃ talia cõmittere: sed vult emendare quantũ potest. C Tũc virgo quesiuit a dyabolo. Dicas mihi. Possũt ne hec tria peccata: scꝫ luxuria: gula: ⁊ cupiditas: cum istis tribus bonis: scꝫ contritiõe: fletu: et ꝓposito emendatiõis: simul esse in vno corde. Cui dyabolus respondit nõ. Et beata ꝟgo tũc ait. Dicas mihi ergo. que istorũ debuerint a corde suo fugere et recedere: an iste tres ꝟtutes: an forte illa tria vicia: ex quo tu dicis: ꝙ ibidẽ in eodem loco simul habitare nõ possunt? Dyabolus autẽ ait. Dico ꝙ peccata. Et tũc virgo respondit. Ideo igit᷑ clausa est ei via ad infernũ: et via ad celestia sibi apta est. Tunc vlterius quesiuit beata ꝟgo a dyabolo. Dic mihi: si predo iacet ante fores sponse: volẽs violare eã quid faciet tunc sponsus? Rñdit dyabolus. Si bonus et magnanimꝰ est ille sponsus: debꝫ eam defendere: et vitã suam opponere pro vita eius. Tũc virgo ait. Tu es predo pessimus: anima autem ẽ sponsa sponsi filij mei qui eã ꝓprio sanguine redemit. Hanc igit᷑ tu corrupisti et violẽter rapuisti. Propterea qꝛ filius meus est sponsus aĩe: ⁊ est dominus sup̱ te: ideo cõpetit tibi fugere coram eo. D Declaratio. ¶ Hec mulier fuit meretrix: que redire voluit ad seculũ: qꝛ dyabolus molestabat eã die ac nocte in tantũ: quod visibiliter oculos eius deprimebat: ⁊ eam multis vidẽtibus extraxit de lecto. Tunc p̄ñtibus multis fidedignis: domina sancta birgitta aperte dixit. Recede dyabole quia satis inquietasti istã creaturam dei. Et dicto verbo: ipsa mulier ꝑ dimidiam horã depressit oculos in terrã: et eleuans se dixit. Vere vidi dyabolũ in vilissima for

ma egredientē per fenestrā: et audiui vocē dicentē mihi. Vere mulier liberata es. Et post illā horam eadē mulier ab omni impatiētia liberata fuit: nec sordidas cogitationes patiebat̄ vlterius ꝛ bono fine quieuit.

Verba xp̄i ad sponsam q̄liter peccator assimilat̄ trib⁹ scʒ aquile aucupi: et pugili. Cap. XVII.

Ego sum iesus xp̄us

e qui loquor tecū: qui in ventre virginis verus deus et verus hō fui: nō minꝰ cum p̄re omnia regēs: licet essem cum v̄gine. A Ille talis inimicus meus pessimus: similis ē trib⁹. Primo aquile volāti in aere: sub qua alie aues volāt. Secundo similis est aucupi: cantāti in fistula linita bitumine tenaci: cuius voce aues delectate cū fistulam aduolāt: bitumine illo retinent̄. Tercio similis est pugili: qui primus est in omī certamine. ¶ Ipse nanqʒ similis est aquile: quia p̄ superbiam suam: quia nullos pateret̄ si posset se esse superiores: lacerat omnes quos pōt vnguibus malicie. Ideo abscidam ei alas potētie sue ꝛ superbie. Auferā de terra maliciā eius. Ipsum autē tradā olle inextinguibili: vbi sine fine cruciabit̄: nisi emēdauerit se. B Similis est aucupi: quia scʒ p̄ dulcedinē verboꝝ et p̄missionū: omnes sibi attrahit: sʒ quicumqʒ ad eū venerint sic insigunt̄ in p̄ditione vt nunq̄ʒ possint inde fugere. Ideo aues inferni configent oculos eius ne vnq̄ʒ videat gloriam meā. sed sempiternas inferni tenebras. Precident aures illius: ne audiat verba oris mei. A plāta pedis vsqʒ ad verticem capitis: faciet ei p̄ dulcedine amaritudinē: vt tot penas sustineat: quod hoīes adduxit in p̄ditionem. ¶ Similis est etiā pugili: qui primus in omi malicia nulli cedere vult: et oēs deprimere p̄ponit. Ideo sicut pugil prim⁹ erit in omni pena: semp̄ innouabit̄ pena eius et nō deficiet ve. Tn̄ q̄ʒdiu anīa est cū corp̄e: misericordia mea parata est ei. Declaratio. ¶ Hic fuit miles potētissimus qui multū oduit clerum verba ignominiosa imponēs eis: de quo facta est reuelatio p̄cedens et subsequēs. Filius dei loquit̄. O miles mūdi quere a sapientibus: quid contigit superbo aman qui despexit populū meum. Nōne mors ignominiosa et p̄fusio? Sic iste deridet me ꝛ amicos meos. Ideo sicut israhel non planxit mortē aman: sic nec amici mei plangent sup mortē eius: sed amarissima morte morietur: nisi se emēdauerit. Hec ita euenerūt.

Verba xp̄i ad sponsā qualiter in domo dei debet esse humilitas: ꝛ quō p̄ talem domum religio designat̄. Et etiā q̄ edificia et elemosine debent fieri de bene acquisitis et de mō restitutionis. Cap. XVIII.

In domo mea debet

i esse omnis hūilitas: que omnino nunc contēpta est. A Ibi debʒ esse murus fortis inter viros et mulieres: quia licʒ omnes possem defendere: et oēs sine muro tenere: p̄pter cautelas tamē et astutias dyaboli: volo q̄ vnus murus diuidat vtrasqʒ habitatōes: qui sit fortis et nō multū altus. sed moderatus. Fenestre sint simplicissime ꝛ lucide. Tectū moderate altū: ita vt nihil ibi appareat: nisi quod humilitatē redoleat. Quia illi qui mihi nunc domos edificāt: ipsi sunt similes magistris edificātibus: ad quos cum dñs edificij ingredit̄: recipiunt eum p̄ crines et trahunt eum sub pedibus: lutū ponunt in sublimi et aurū sub pedibus. Sic faciūt ipsi mihi. Edificant ei lutum: id est t̄palia ista caduca ponūt quasi ad celum. Alias autē que sunt p̄ciosiores auro: minime curāt. Si ego ingredi volo ad eos p̄ p̄dicatores meos: aut p̄ cogitationes bonas: ipsi arripiunt me p̄ crines. et cōculcant me sub pedibus: id est blasphemiā mihi inferunt: et opa mea et verba mea: contēptibilia reputāt quasi lutum. Se autē multo existimāt sapientiores. Si eīn mihi edificare vellēt: et ad honorem meum: animas primo edificarent. B Quicumqʒ autē domum meā edificat: summo studio apponat curā: vt nō veniat ibi ad edificium vn⁹ denarius: qui nō sit bene et iuste acq̄situs. Multi q̄ppe sunt qui se male acquisita bona hr̄e sciunt: ꝛ tū de hoc nō dolent: nec voluntatē habent restituendi ꝛ satisfaciendi ipsis defraudatis et spoliatis q̄uis possent restituere et satisfacere si vellent. Sed tū quia cogitāt se eum in eternū non posse possidere ea: dant partē ecclesijs ex illis bonis iniuste acquisitis: quasi p̄ hanc donatōem placatum me habeant. Alia autē bona bene acquisita reseruant posteris suis. Hoc certe nō placet mihi. ¶ Quicumqʒ eīn mihi in domo sua placere vellet: deberet p̄mo habere affectionem emendādi se: deinde facere illa bona opa que posset. Debet etiā lugere et plāgere mala que fecit: deinde restituere si pōt. Et si non pōt: debet habere voluntatē restituendi defraudata. Postea cauere debʒ ne vlterius talia cōmittat. C Si aūt non superesset cui redderet illa male acquisita: tunc posset mihi dare qui oibus possuʒ

sua refundere. Quod si reddere nõ sufficit tunc si cũ ꝓposito emendandi: et contrito corde humiliauerit se mihi: ego omnes sui reddere: ⁊ possum restituere oĩbus defraudatis ptes suas: vel in pñti seculo vel in futuro. ¶ Ego volo tibi indicare: quid significat domus quã edificari volo. Ipsa eñ domus ē religio: cuius fundamentũ sum ego ipse qui oĩa condidi: et ꝑ quem omĩa facta sunt ⁊ subsistũt. In qua domo sunt q̃tuor parietes. ¶ Prim⁹ est iusticia mea: qua adversantes domui huic iudicabo. ¶ Secundus paries est sapiã mea: qua inhitantes cognitione mea ⁊ intelligẽtia illuminabo. ¶ Tercius est potẽtia mea: qua eos cõfortabo cõtra machinamẽta dyaboli. D Quartus etiã paries est misericordia mea que omẽs suscipit petẽtes eam. In hoc pariete est porta gratie: ꝑ quam oms petentes suscipiant. Tectũ domus est charitas qua diligentiũ me peccata opio: ne ꝓ illis peccatis iudicent. Fenestra tecti ꝑ quas intrat sol: ē ꝯsideratio grẽ mee: ꝑ quã intrat calor deitatis mee ad inhabitãtes. Qz aũt murus debet esse fortis et grandis: significat ꝙ nullus valet infirmare ꝟba mea: nec ea destruere. Qz autẽ debet esse moderate altus: significat ꝙ sapiã mea ex pte intelligi et cõprehendi potest: sꝫ nunq̃ꝫ plenarie. ¶ Fenestre simplices ⁊ lucide: significãt ꝙ ꝟba mea licet simplicia sint: tñ per ea lux cognitionis diuine intrabit in mundum. ¶ Tectũ moderate altum: significat ꝙ verba mea nõ in sensu incõprehensibili: sꝫ cõprehensibili ⁊ intelligibili sensu manifestabuntur.

Verba creatoris ad spõsam: de magnificentia suarũ potẽtie: sapientie et ꝟtutis et qualiter cõtra eum magis peccant qui nunc dicunt sapientes. Cap. XIX

Ego sum creator celi et terre. Ego habeo tria mecum. A Ego sum potentissimus ego sapientissim⁹: ego etiã virtuosissimus. Ego nanq̃ꝫ sum ita potẽs: ꝙ angeli in celo honorant me. Demones in inferno nõ audent inspicere me. Omĩa elemẽta stant ad nutum meũ. ¶ Sum etiaꝫ ita sapiens: ꝙ nullus valet inuestigare sapientiã meam. Ita sciens: ꝙ oĩa que iam fuerũt: ⁊ ea que futura sunt ego scio. Sum q̃ꝫ ita rationabilis: ꝙ nec minimũ quidem siue vermis: siue aliqđ aliud animal quantũ libet deforme sit: est sine causa factũ. ¶ Sum etiã ita ꝟtuosus: ꝙ a me tanq̃ꝫ a fonte bono: omẽ bonũ emanat. Et sicut a vite bona: omnis dulcedo ꝓcedit. Ideo nullus põt esse sine me potẽs sine me sapiẽs: sine me ꝟtuosus. Et ideo nimis potẽtes seculi cõtra me peccant: quibus dedi fortitudinẽ et potentiã: vt me honorarẽt: sed ipsi sibi attribuũt honorem quasi ꝙ illũ a seipsis habeant. Non cõsiderant miseri imbecillitatẽ suam. Si eñ darem eis minimã infirmitatẽ: statim deficerẽt: et omĩa vilescerent eis. Sed quõ tunc subsisterẽt ad fortitudinẽ meam ⁊ ad penas eternas? B Sed magis peccãt cõtra me: qui nunc dicunt sapientes. Ego eñ dedi eis sensum et intellectũ et sapiam: vt me diligerẽt: sed ipsi nihil nisi ad suam vtilitatẽ tp̃alem intelligunt. Oculos hñt in occipite: vidẽtes sunt ad sua delectabilia: sꝫ ceci sunt ad grãs agendas mihi qui dedi eis omnia: qz siue boni siue mali: nullus posset sine me sentire ⁊ intelligere licꝫ ꝑmitto malis voluntatẽ suam flectere ad quod voluerint. ¶ Nullus etiã potest esse virtuosus sine me. Ideo ego possum nũc hoc ꝓuerbiũ dicere quod a vulgo cõmuniter dicit. Qui patiens est: ab oĩbus cõtemnit. Sic ego ꝓpter patientiã meam: nimis videor ab hoĩbus fatuus esse ⁊ ideo ab omnibus ꝯtemnor. Sꝫ ve eis cum ego ostendero eis iudiciũ meum: post talẽ patientiam. Ipsi nanq̃ꝫ erũt quasi lutũ ante me quod cadit in ymã: et nõ subsistit anteq̃ꝫ venerit in ꝓfundum inferni.

Collocutio grata ꝟginis mr̃is et filij ad inuicem. Et ꝟginis matris: ⁊ filij ad sponsam. Et qualiter sponsa debet se ꝓparare ad nuptias. Cap. XX

Mater dei videbat dicere ad filiũ. A Tu es rex glĩe fili mi. Tu es dñs super omẽs dominos. Tu creasti celũ et terram: et omĩa que in eis sunt. Fiat ergo omẽ desiderium tuũ. fiat omnis volũtas tua. Rñdit filius. Prouerbiũ antiquũ est: ꝙ illud quod iuuenis discit in iuuẽtute: hoc retinet in senectute. Sic tu mater a iuuẽtute didicisti sequi voluntatem meam: et relinquere oẽm voluntatem tuam ꝓ me. Ideo bene dixisti: fiat volũtas tua. Tu eñ es quasi aurũ preciosum quod extendit et ꝑcutit sup durũ incudem: qz tu oĩbus tribulationibus ꝑcutiebaris: ⁊ in passione mea ꝓ ceteris patiebaris. Quia qñ cor meum in cruce ꝓ vehementia doloris rumpebat: cor tuũ ex hoc quasi ferro acutissimo vulnerabat: et libenter scindi ꝑmisisses: si fuisset volũtas mea. Veruntñ etiã si potuisses restitisse passioni mee: ⁊ optasse vitam meam: tu tñ nolu

isti nisi iuxta voluntatē meā. Ideo bñ dicis
fiat voluntas tua. B Deinde loquebatur
maria ad spōsam. Spōsa filij mei dilige fi
liū meū q2 ipse diligit te honora sctōs eius q̄
astāt ei. Ipsi enī sunt q̄si stelle innumerabiles
quoꝝ lux ꝛ splēdor nulli tpali luci cōparari pōt
Quia sicut lux mūdi differt a tenebris: sic
et multo magis lux sanctoꝝ: differt a luce
huius mūdi. Vere dico tibi: q2 si sctī vide
rentur in claritate sicut sunt: nullus humanus
oculus hoc ferre posset: sed corpali lumine
priuaretur. ¶ Inde loquebatur filius virginis
ad sponsam suā dicens. Sponsa mea tu de
bes habere quatuor. Primo debes esse pa
rata ad nuptias deitatis mee: in quibus nul
la est libido carnalis: sz spūalis delectatio
suauissima: qualē decet deū hr̄e cum aīa
casta: ita vt nō amor filioꝝ tuoꝝ: nō etiam
bonoꝝ vel parētum retrahat te ob amore
meo. Ne cōtingat tibi sicut illis virginibus
fatuis: que imparate erāt quando dñs vo
luit vocare eas ad nuptias: ꝛ ideo exclude
bantur. Secundo debes esse credula verbis
meis. Ego enī sum veritas: et de ore meo:
nunq̄ nisi veritas pcedit: nec aliquis pōt
inuenire in vbis meis nisi veritatē. Quia
q̄n q̄z spiritualiter itelligo q̄ loquor: q̄n q̄z
sicut tunc ipsa lr̄a sonat: et ipso verba mea
tunc sunt de dīīt intelligi; ꝛ ideo nullus pōt
me arguere de mēdacio. C Tercio de
bes esse obediēs. vt nullum sit mēbrum in
quo deliquisti: de quo nō exigas dignā pe
nitentiā et emendā. Quia licet sim miseri
cors: tñ iusticiam nō relinquo. Ideo quibus
teneris obedias humiliter et hilariter ita
vt etiā quod tibi videtur vtile et rationabile
cōtra obedientiam nō facias. Est enī meli
us propter obedientiā relinquere voluntatē
tuā licet bonā: et sequi voluntatē precipiē
tis: si nō est contra salutē aīe: vel alias ir
rationabilis. ¶ Quarto debes eē humilis:
quia cōiungio spirituali copulata es. Ergo
debes humilis esse in aduētu sponsi tui et
verecunda. Ancilla tua sit moderata et re
frenata: id est corpus tuum abstinēs et bene
disciplinatum. Eris enī fructifera semine
spirituali multis p futuro. Sicut enī sur
culus si inserit trunco arido: truncus inci
pit florere: sic grā mea fructificare ꝛ flore
re debes: q̄ et inebriabit te: vt ex vino dulce
dinis quod tibi daturus sum: omnis celestis
exercitus gaudeat. D Noli diffidere de
bonitate mea. Dico tibi p certo: q2 sicut za
charias et elizabeth ineffabili gaudio gau
debant interius: de pmissione plis future
sic et tu gaudebis de grā mea quā tibi fa
cere volo: et insup alij gaudebunt p te. Il
lis duobus: scꝫ zacharie ꝛ elizabet loqueba
tur vnus angelus: ego aūt deus et creator
angeloꝝ et deus tuus: loquor tecum. Illi
duo genuerūt mihi amicū meum charissi
mum iohannem. et ego p te volo generare
mihi multos filios: nō carnales sz spūales
Vere dico tibi q2 ipse iohānes: similis erat
arūdini plene dulcedinis ꝛ mellis: q2 in os
eius nunq̄ introiuit aliquid īmundū: nec
vltra mensurā perceptibilē: suscepit vite
necessaria. Nec vnq̄ seminoris humor de
corpe eius exiuit: et ideo bene pōt vocari
angelus et virgo.

Verba sponsi ad sponsā in figura opti
ma: de quodā mago p quem dyabolus mi
rabiliter designatur ꝛ exponitur. Cap. XXI

C Ponsus iesus loque
S batur ad sponsam in figura ponens
quoddā exemplū rane dicēs. A
Quidā magus habebat optimū auꝝ splē
didum: ad quē veniēs vnus simplex et mi
tis hō: voluit emere auꝝ illud. Cui ait ma
gus. Nō habebis hoc auꝝ nisi melius auꝝ
et maioris quantitatis dederis mihi. Ad
quem ille. Ego inquit intm̄ desidero istud
aurum tuū habere: q2 antequā careā dabo
tibi sicut vis. Et dato illi mago auro meli
ori: et maioris quātitatis: recepit ab eo au
rum splendidū: et posuit in scrinio: cogi
tans facere sibi inde annulū sup digitum
suum. Modico autē interiecto tpe. venit
magus ad hoīem illum simplicem dicens.
Aurū hoc quod emisti ꝛ posuisti in scrinio
tuo: nō est aurum vt putas: sz vilissima ra
na q̄ nutrita ē in pectore meo: et alita cibo
meo. Et vt hec pbes esse vera: api scriniū:
et videbis q2 rana insiliet in pectus meū:
de quo nutrita est. Cumq̄z ille apire vellet
ꝛ experiri: apparuit rana in scrinio: cuius oper
culū pendebat sup quatuor cardines: q̄si
citius casuros. Tūc apto ostio scrinij rana
viso mago insilijt in pectus eius. B
Quod videntes serui et amici illius hoīs sim
plicis: dixerūt ad eum. Dñe inquiunt: auꝝ
illud optimū iacet in rana: ꝛ si velles facili
ter posses obtinere auꝝ. Et ille quō inquit
quō hoc possem? Qui dixerūt. Si quis re
ciperet acutissimā et feruentē lanceam: et
eā infigeret dorso rane: ex ea pte dorsi vbi
concauū aliquid esset: tūc citius posset ob
tinere aurū. Si autem concauū in eo inue
niri non posset: tunc deberet lancea nimis
valenter ꝛ toto conamine infigi in eam: et
sic habere posses qd̄ emisti. ¶ Quis est iste
magus nisi dyabolus: q̄ suadet hoībus de
lectatiōes ꝛ honores: que nō sunt nisi rana

Nam falsa pmittit esse vera: et vera facit videri falsa. Ipse em̄ possidet aurū illud p̄ciosum id est aīam. quam p̄ciosiorē omnibus stellis et planetis p potentiā deitatis mee feci: quā immortalē et stabilem et delectabiliorē mihi ceteris creaui: z p̄paraui ei mecum eternā requiem et habitatōem.

C Hanc ego de potestate dyaboli meliori auro z maioris p̄cij emi: qr̄ p ea dedi carnē meam īmunē ab omni pctō: et sustinui tam amarā passionem: q̄ nullū meū mēbrum esset sine vulnere. Redēpta autē aīa posui eam in corpe tanq̄ȝ in scrinio: donec eam in dignitate deitatis mee collocarem. Nunc autē anima hoīs sic redempta facta est velut turpissima z vilissima rana saltans p supbiam: et cōmorans in ceno p luxuriā: et abstulit mihi aurū: id est omnē iusticiā meam. Et ideo dyabolus bene pōt dicere mihi. Aurū quod emisti nō est aurū sȝ rana nutrita in pectore delectatōis mee. Separa ergo corpus ab aīa: et videbis q̄ statim volitabit ad pect⁹ mee delectatōis vbi nutrita est. Cui ego rn̄deo. Quia rana horrida ē: visu: horribilis voce: z venenosa in tactu: nec aliq̄d mihi boni nec delectationis ɔfert: sed tibi in cuius pectore nutrita ē: tua ɔpterea sit: q̄z tua de iure ē. Ideo apto ostio: id est sepata anima a corpe statim volabit ad te: tecū sine fine mansura.

D Talis est em̄ aīa illius de quo tibi loquor. Nam ipsa est velut rana pessima: plena omni īmūdicia et voluptate: nutrita in pectore dyaboli. Ad cuius seruiū id ē corpus: nūc p appropinquatōem mortis appropinquo: quod pēdet in quatuor cardinib̄ casurū. Quia corp⁹ eius ex q̄tuor subsistit: scȝ fortitudine: pulcritudine: z sapientia: z visu: que om̄ia iam nūc incipiūt sibi deficere. Cumq̄ȝ aīa eius seperabit̄ a corpe: statim volabit ad dyabolū: de cuius lacte nutrita est: q̄z oblita ē dilectōis mee: qua supplicium eius quod meruerat p ea suscepi. Nam mihi nō rependit dilectōem p dilectione mea: sed et insup aufert mihi iusticiā meām: q̄z mihi magis deberet seruire q̄ redemi eā q̄ȝ alteri. Sed ipa magis delectat̄ in dyabolo. Vox orationis ei⁹ est mihi sicut vox rane: visus eius in ɔspectu meo abhominabilis. Audit⁹ eius nunq̄ȝ audiet gaudiū meum. Nec tact⁹ eius venenatus sentiat deitatē meaȝ.

E Verumtn̄ q̄z misericors sum: et aīa eius licȝ īmunda sit: si adhuc attrectaret aliquis et ɔsideraret: si aliqua cōtritio esset in ea et volūtas bona: z infigeret mēti eius lanceā acutissimam et feruentē: id est timorē districti iudicij mei: adhuc inueniret grām meā si vellet ɔsentire. Quod si nulla esset in eo ɔtritio nec charitas: si q̄s tn̄ pungeret eū mordaci correptōe et reprehensione dura: adhuc esset in eo spes. quia q̄zdiu aīa cū corpore viuit: misericordia mea oībus apta ē. ¶ Vide ergo quia p charitate mortu⁹ sum et mihi nullus repēdit charitatē: sȝ aufert mihi iusticiā meam: q̄z iustū esset vt hoīes eo melius viuerēt: quo maiori labore redēpti sunt. Sȝ nūc eo deterius viuere volūt quo eos amarius redemi: eo fiduciali⁹ peccare volūt: quo magis eis pctm̄ abhominabile ostēdi. Ideo vide et ɔsidera: q̄z non sine causa irascor: quia grām meam cōuertunt sibi in irā. Redemi em̄ eos a pctō: et ipsi se magis implicant pctō. Tu q̄ sponsa mea redde mihi q̄ teneris idem aīam tuaȝ mūdā mihi ɔserua: q̄z p te mortu⁹ sum hac de causa: vt eam mihi mundā ſuares.

Interrogatio dulcissima mr̄is ad sponsam: et rn̄sio humilis sponse ad matrē. Et replicatio vtilis mr̄is ad sponsam: z de pfectu bonoȝ inter malos. Cap. XXII.

Ego sum deus. nō lapidens vel ligneus: nec ab aliq̄ creatus sed oīm creator: manens sine principio ꝛ sine fine. A Ego sum q̄ veni in virginē: ꝛ sui cū virgine: non tñ omittens deitatē. Sed ego q̄ erā ꝑ humanitatē in virgine manēte deitate: ego idem cū pr̄e ꝛ spū sctō regnabā in celo et in terra ꝑ deitatē. Ego etiā spū meo inflāmabā virginē: nō q͛ spūs meus q̄ inflāmabat separet̄ a me: sed idem qui inflammabat idem erat in patre ꝛ in me filio: et in eo pater et filius: ꝛ hy vnus deus nō tres dij. Ego sum similis dauid regi: qui habuit tres filios. Vnus eoꝝ vocabat̄ absalon q̄ querebat vitam patris. Secūs eoꝝ querebat regnum patris sui: scʒ adonyas. Tercius obtinuit regnū scʒ salomon. Primus notat iudeos hy sunt qui vitam meā ꝛ mortē meā querebant: ꝛ despiciebāt ꝯsiliū meū. Propterea nunc cognita retributione eoꝝ: possuʒ dicere sicut dixit dauid d̄ filio suo mortuo Fili mi absalon id est o filij iudei: vbi ē nūc desideriū vestrū et expectatio? O filij mei vbi est nunc finis vester? B Cōpatiebar vobis ex eo: cū me desiderastis ventuꝝ quē tot signis audistis venisse. Cum desiderastis fugitiua: que om̄ia iam fugerunt Sed nunc magis compatior sicut dauid reiterans verbum primū: quia video finē vestrū i miseria mortē. Ideo adhuc ex maxima charitate dico sicut dauid dixit. Fili mi: quis det mihi vt moriar pro te? Dauid enim bene sciuit se nō posse morte sua filium reuocare mortuū: sed vt ostenderet affectū charitatis paterne: ꝛ voluntatis bone ꝓmptissimū: si possibile fuisset: libenter licet sciret impossibile esse: mortē suscepisset ꝑ filio. Sic ego nunc dico. O filij iudei qui licet habuistis malam voluntatem ad me: ꝛ inquātū potuistis fecistis cōtra me si possibile esset ꝛ patri sic placeret: libēter adhuc semel morerer pro vobis: quia compatior miserie vestre: quā vobis exigente iusticia: vos ipsi fecistis. Dixi eīn vobis faciēda verbo: et ostendi exemplo. Precessi vos quasi gallina alis charitatis fouēdo: sed om̄ia spreuistis. Ideo om̄ia que desiderastis fugerunt. Finis vester est in miseris et labor omnis euacuatus. C In secūdo filio dauid notant̄ mali christiani: qui contra patrem suuʒ in senectute deliquit. Cogitauit eīn secum sic. Pater meus senex est: et deficit viribus. Si locutus ei aliqua sinistra fuero: non respondet. Si fecero aliqua contraria non vindicabit. Si attemptauero contra eum aliqua: patienter suffert. Propterea faciā que volo. Hic cum quibusdā seruis dauid patris sui ascēdebat in lucum: vbi pauce erant arbores vt regnaret. Sed opponente sapientia et voluntate patris: immutatū est consiliuʒ eius: ꝛ ipsi qui cum ipso erant dehonestati sunt. Sic faciunt nūc mihi xp̄iani. Ipsi cogitant apud se sic. Signa dei et iudicia non aperta sunt nunc vt prius: nos possumus loqui que volumus: quia misericors est et non attendit. Faciamus que nobis placent: quia faciliter indulget. Ipsi diffidunt de potentia mea: quasi nunc infirmior sim ad faciendū que volo: q̄ʒ prius. Ipsi charitatē meā minorē arbitrant̄: quasi noluerim tā eis vt patribꝫ eoꝝ misereri. Ipsi et iudiciū meū reputant ludibriū: ꝛ iusticiam meā vanitatē. D Propterea ascēdunt in lucum cuʒ quibusdā seruis dauid: vt regnēt fiducialiter. Quis est iste lucus vbi pauce arbores stare solent: nisi sancta ecclesia: que ex septem sacramentis quasi ex paucis arboribus subsistit? In hanc ecclesiam intrant sed cum aliquibus seruis dauid id est cuʒ paucis operibus bonis: vt fiducialiter obtineant regnum dei. Quia ipsi faciunt modica opera bona: ex quibꝫ confidunt: q͛ in quocunq̄ʒ peccato fuerint et qualecunq̄ʒ peccatū fecerint: nihilominus regnum celeste quasi hereditario iure habere possunt. Sed sicut filius dauid: qui contra voluntatē dauid regnum obtinere voluit: repulsus est cum dedecore: q̄ʒ ambiuit iniuste: ꝛ iniustus erat: et dabat̄ sapientiori ꝛ meliori. Sic ipsi a regno meo expellentur: et dabitur eis qui voluntatem dauid faciunt: quia nullus nisi qui charitatem habuerit: regnum meum obtinere poterit. Nec nisi mundus: et scd̄m cor meū se dirigens: mihi mundissimo poterit appropinquare. E Tercius filius dauid erat salomon: hic significat paganos. Cum audiuit bersabee: q͛ alter q̄ʒ Salomon cui dauid promisit post se regnaturum: a quibusdam electus esset: intrauit ad dauid et ait. Domine mi: tu iurasti mihi q͛ salomon post te regnaret. Nunc autem alter electus est: si sic contingit: et si sic habebit processum: tunc ego quasi adultera iudicor ad ignem. Et filius

meus erit illegittimus. Quibus auditis: dauid erexit se et dixit. Juro per deum q̄ salomon in sede mea sedebit: et post me re gnabit. Et precepit seruis suis: vt salomonem exaltarent in sede regni sui: et predicarent regem quē dauid elegisset. Qui preceptum domini sui complētes: cum potestate magna exaltauerunt salomonem: et omnes alij qui fratri suo consenserūt fuga ti sunt: et in seruitutē redacti. F Que est ista bersabee: que se p adultera si alius rex eligit reputabit nisi fides paganorum. Nullum eni peius adulteriū est: q̄ fornicari a deo et a fide recta: et aliū deum crede re q̄ creatorem oīm. Sed tanq̄ bersabee quidā gentilium: cū humili corde et cōtrito veniunt ad deum dicentes. Dn̄e: nos in futurum esse xp̄ianos pmisisti: pfice ergo pmissum tuū. ❡ Si alius rex id est alia fides amplius q̄ tua sup nos surrexerit. Si tu separeris te a nobis incēdemur miseri: et quasi adultera que p legittimo suscepit adulterū: moriemur. Et tu licet inetern ū viuas: tu tū morieris a nobis et nos a te: cū tu per grām tuā elongas te a cordibus nostrio: et nos per diffidentiā nostrā opponimus nos tibi. Propterea cōple pmissum tuū et conforta infirmitatē nostram: et illumina tenebras nostras. Nā si distuleris id est si te a nobis elongaueris: perierimus. ❡ Quibus auditis: ego quasi alter dauid: volo nūc erigere me per grām meam et misericordiam. G Juro igit per deitatē meā que est cum hūanitate mea: et p hūanitatem que est in spū meo: et per spiritū meū qui est in deitate et hūanitate mea: et hi tres nō tres dij sed vnus deus: q̄ cōplebo pmissionem meā. ❡ Mittam ei amicos meos: qui salomonē filium meum id est paganos: introducant in lucū id est in ecclesiam: que ex septem sacramētis quasi ex septem arboribus subsistit: sez baptismo: penitentia: confirmatiōe crismatis: sacramēto altaris: et sacerdotio: coniugio: et vnctione: et requiescēt in sede mea id est fide recta sancte ecclesie: xp̄iani autē mali fient corū serui. Illi gaudebūt de hereditate ppetua et dulcedine quā eis preparabo. Isti autē in miseria ingemiscent: que incipiet eis in presenti: et imppetuū durabit. Ergo amici mei: quia iam tempus est vigilandi nō dormitent: nō attedient: nam merces gloriosa sequitur laborem eoꝝ.

Verba filij presente sponsa de quodam rege existēte in campo cum amicis ad dextram: et inimicis ad sinistrā et qualiter p talem regem xp̄us habens xp̄ianos ad dextram: et paganos ad sinistrā designat: et qualiter relectis xp̄ianis suos mittit p̄dicatores ad paganos. Cap. VI.

Filius loquebat. Ego sum quasi rex qui stabat in campo: ad cuius dexterā stabant amici: et ad sinistrā inimici. Quibus stantib9 vox vna cuiusdam clamātis venit ad dexterā: vbi omnes bene armati stabant: galeas habebant ligatas: et facies conuersas ad dn̄m Clamabat aūt vox sic: vertite vos ad me et credite mihi: ego habeo aurum dare vobis Qui audientes verterūt se ad eum: quib9 versis dixit vox scēndo. Si volueritis videre aurū soluite galeas vestras: et si possidere desideratis: ego iterū ligabo galeas vestras ad voluntatē meam. Quibus fauentibus ei: ligant galeas eorū ex transuerso ita q̄ anteriora foramina p que videre debebant erāt in occipite: et posteriora galee obumbrabāt oculos ne viderent: et sic ille clamans cecos duxit eos post se. Quibus gestis: nunciauerūt amici quidā regis domino suo: q̄ homiēs sui ab inimicis suis essent supplantati. Qui ait ad amicos suos Exite inter illos et clamate sic. Soluite galeas vestras et videte q̄ decepti estis. ❡ Cōuertimini ad me: et ego recipiā vos in pace Qui noluerūt audire: sed habuerūt pro derisu. H Quod serui audiētes nunciauerunt hoc dn̄o suo: qui ait. Ergo q2 ipsi contempserunt me cito pcedite ad sinistram et dicite eis qui ad sinistram stant hec tria ❡ Via que ducit vos ad vitā parata est vobis: porta aperta est: et dn̄s psonaliter cū pace vult occurrere vobis. Ergo credite firmiter viam esse paratā: sperate stabiliter portam esse apertā: et verba eius esse vera Occurrite cū charitate dn̄o: et ipse cū charitate et pace suscipiet vos: et ducet in ppetuam pacem. Qui audiētes verba nunciorum crediderunt: et suscepti sunt in pace. ❡ Ego sum ille rex qui xp̄ianos habui ad dexteram: quia eis eternū bonum preparaui. Quorū galee tūc ligate et facies ad me verse erant: quando voluntatē perfectam habuerunt facere voluntatē meam. Obedire mandatis meis: et desiderium totum erat ad celum. ❡ Tandem vox dyaboli id est superbia sonuit in mūdo: que ostendit mundi diuitias et carnalem voluptatem: ad quam tunc se verterunt: cum affectum et consensum superbie dederunt. Pro qua et tunc galeas deposuerūt: cum affectum opere compleuerunt: et temporalia spiritualibus preposuerunt. Depositis ergo

galeis diuine volūtatis et armis virtutū: tantū nunc superbia preualuit in eis et tm̄ eos sibi obligauit: ꝙ libēter vsqꝫ in finem volūt peccare: et libenter in eternū vellent viuere: vt in eternum possent peccare. Que etiā sic obumbrant eos ꝙ foramina galearum ꝑ que videre deberent: stant in occipite: et in fronte tenebre sunt. C Que eī sunt foramina galearū: nisi cōsideratio futurorū: et ꝓuida circumspectio presentiū. Per primū foramen deberent cōsiderare pmia eterna ꝙꝫ delectabilia sunt: et futura supplicia ꝙꝫ horribilia sunt: ac dei iudicia ꝙꝫ terribilia. Per scdm foramen deberent considerare que essent ꝓcepta a deo et que prohibita: quantū excederent a mandatis dei: et quō emendarent. Sꝫ hec foramina stant in occipite vbi nihil videt̄: quia consideratio celestiū tradita ē obliuioni. Amor dei refriguit: amor autē mundi tam feruenter considerat̄ ⁊ amplectitur: ꝙ eos ducit tanꝙꝫ rotam bene vnctam ad quodcunqꝫ velit. Verūtn̄ amici mei videntes dehōnestatem meam animarū casum: ⁊ dyaboli dominiū: quotidie pro eis ad me precibus suis clamant: quorū preces penetrauerūt celum: ⁊ intrauerūt aures meas: et flexus precibus eorū: misi eis quotidie predicatores meos: ostendi signa ⁊ multiplicaui eis gratiam meam. Sed omnia spernentes: peccata peccatis addiderūt. D Propterea dicam nūc sermos meos: et in veritate complebo. Procedite serui mei ad sinistram id est ad paganos: qui tanꝙꝫ ad sinistram in contēptu vsqꝫ huc fuerunt: procedite inꝙꝫ et dicite sic. Dominus celi ⁊ creator omniū facit vobis dici. Via celi aperta est vobis habete voluntatē intrandi cum firma fide. Porta celi stat vobis apta sperate firmiter ⁊ intrabitis in eam. Rex celi et dominus angelorum vult ꝑsonaliter occurrere vobis: et dare pacem et perpetuā benedictiōem. Occurrite ei et suscipite eū cum fide eius quā vobis ostendit: quia via celi preparat̄: suscipite eum cū spe qua speratis: cum ipse habet iam velle dare vobis celū. Diligite eum toto corde ⁊ opere complete: et ingredimini portas dei: a quibus xp̄iani qui eas ingredi nolunt: et se indignos per opera sua faciunt repellent̄. In veritate mea dico vobis ꝙ cōplebo verba mea: et non dimittam. Suscipiam vos in filios et ero vobis in patrem: quem xp̄iani contemptibiliter contēpserūt. E Vos ergo amici mei qui estis in mundo: procedite secure ⁊ clamate: annunciate eis volūtatem meam: et iuuate vt possint complere. Ego ero in corde et in ore vestro. Ego ero dux vester in vita: et ꝯseruator in morte. Non relinquā vos: procedite audacter quia ex labore crescit gloria. Omnia enim possem in vno puncto et verbo: sed volo vt ex certamine crescat vobis merces: et ex virilitate vestra crescat honor meus. Mementote ꝙ loquor. Nam si sapientissimus in mundo posset considerare: quot aīe descendunt quotidie in infernum: plures essent ꝙꝫ arena maris dinumerata: et lapilli riparum. Hec enim est iusticia: quia se a deo ⁊ domino suo separauerunt. Propterea vt minuat̄ numerus dyaboli: sciatur plenilum et impleat̄ exercitus meus loquor: si forte audierint et resipiscant.

Verba iesu xp̄i ad sponsam qualiter eius deitas corone comparat̄: et quomō status clericorū et laycorum per petrum et paulum designat̄: et de modis cōtra inimicos tenendis et de conditōibus penes milites seculares habendis. Cap. VII

f **Ilius loquebatur** ad sponsam dicēs. A Ego sum rex corone. Nunquid scis tu q̄re dixerim rex corone. Certe deitas mea sine principio erat: et sine fine erit: et est: hec deitas mea corone assimilat̄: quia sine initio: et sine fine est. Sicut autem in regno corona seruat̄ regi futuro sic deitas mea seruabat̄ humanitati mee: quia ipsa coronaret̄. Ego autē habui duos famulos: vnus erat clericus alter laycus. Primus erat petrus clerici officium habens. Paulus autē quasi laycus. Petrus fuit alligatus coniugio: qui videns coniugium cum officio clerici non posse conuenire: et rectitudinem mentis sue in incontinentia periclitari perpendens: separauit se quamuis ad coniunctionem a coniugio ꝙꝫnis licito: et perfecta mente adhesit mihi. Paulus autē castitatem seruauit: et se immaculatum a thoro custodiuit. Ecce qualem charitatem eis istis duobus feci. Primo id ē petro dedi claues celi: vt quecūqꝫ ligaret ⁊ solueret in terra: ligata et soluta essent in celo. Secundo id est paulo dedi: vt similis petro fieret in gloria et honore. Sicut enim in terra pares fuerunt et coniuncti: sic nunc in celo in gloria perpetua coniuncti sunt et glorificati. Sꝫ licet istos duos expresse nominauerim: tamen cum eis et in eis alios amicos meos intelligo.

B Sicut enim olim in lege ad filium israhel quasi ad vnum hominem loquebar: cum tamen totum israheliticum

populū in illo nomine notabam. Sic nūc
in istis duobus plures intelligo: quos glo
ria mea ꝛ charitate replem. Procedēte āt
aliquo tpe: ceperunt mala multiplicari: et
caro infirmari: et ꝓclinior solito ad malū
esse. Propterea vtriusq; statui clericorū scʒ
et laycorū: quos in petro ꝛ paulo intelligo:
misericorditer cōsulens: ꝑmisi clericos bo
na ecclesie ad vtilitatem corporis moderate
habere: vt eo feruentiores et frequētiores
essent in seruitio meo. Permisi ꝛ laycis cō
iugium iuxta ritum ecclesie. Inter clericos
erat quidā bonus hō: qui cogitabat apud
se. Caro trahit me ad prauam voluptatē:
mundus ad nociuū visum: dyabolus ponit
mihi multipliciter peccati insidias. Ideo ne
supplanter a carne et a voluptate: ponā mo
dum in omnibus actibus meis: moderabo
me in refectione et quiete. Seruabo tem-
pus debitū in labore et orōne: refrenabo
carnem meā ieiunijs. Scdo: ne mundus
trahat me ab amore dei: omia que mundi
sunt: q2 caduca sunt relinquere volo pau-
pertate xp̄m sequi tutius ē. Tercio ne dya
bolus decipiat me: qui semꝑ falsa ostendit
pro vero: subijciā me regimini et obediētie
alterius. Omnē voluntatem ꝓpriam abij-
ciam: et paratū me exhibeo ad omnia que-
cunq; mihi ab alio fuerint impata. Hic est
qui primū instituit monasteriū: et laudabi
liter in eo pseuerans alijs vitam suam imi
tandam dereliquit. ℭ Status laycorū
bene erat ad tempus dispositus. Quidam
eorū excolebant terram: ꝛ labori agrorum
viriliter instabant. Alij velificabant nau-
ibus: ꝛ mercimonijs alijs regionibus defere
bant: vt vnius regionis fertilitas: alterius
subleuaret inopiam. Quidā instabant opi
manuū et diuersarum artium. Inter istos
quidam erant defensores ecclesie mee: qui
nūc dicunt curiales: qui assumpserunt sibi
arma ad vltionē ecclesie sctē: ad expugna-
tionem inimicorū eius. In istis curialibus
apparuit quidam bonus homo et amicus
meus: qui cogitabat apud se. Non excolo
terram vt agricultor. Non desudo in flu-
ctibus maris vt mercator. Non insisto la-
bori manuū vt operator egregius. Quid
ergo faciam: aut quibus operibus placaba
deum meū? Sed nec virilis sum in labore
ecclesie. Corpus meum debile est: et molle
ad patiendum vulnera. Manus remissa ad
feriendū inimicos. Mens fastidiosa ad co-
gitandum celestia. Quid ergo faciendum
est modo? Certe scio quid faciam. Surgam
et obligabo me cum iuramento stabili: sub
temꝑali principe: q defensurus sim viribꝫ
meis et sanguine meo fidem sancte eccle-
sie. ℭ Veniens autē ille amicus meus
ad principem ait. Domine: ego sum de de-
fensoribus ecclesie. Corpus meum nimis
molle est ad patiendū vulnera. Manus re-
missa ad feriendū. Mens instabilis ad co-
gitandū bona: et laborandum. Voluntas
mihi placet ꝓpria: requies nō sinit me for-
titer pro domo dei stare. Ideo constringa
me cū iuramento publico: sub obedientia
sancte ecclesie: et tua o princeps: q eam de
fensurus sim omnibus diebus vite mee. Vt
si forte tepida mens et voluntas fuerit ad
certandū: ꝓpter iuramentum teneor: ꝛ cō-
pelli possum ad laborandū. Cui respondit
princeps. Vadam tecū ad domum domini:
et ero testis iuramenti tui ꝛ promissionis
tue. Venientes autē ambo ad altare meū
amicus meus flexo genu ante altare meū
dixit. Ego nimis infirmꝰ sum in carne mea
ad patiendū vulnera. Voluntas ꝓpria ni-
mis est mihi cara. Manus tepida ad percu
tiendum. Ideo in p̄senti promitto obediē
tiam deo ꝛ tibi qui caput es: cum iuramē-
to meo firmiter astringens me: sanctā ec-
clesiam contra inimicos eius defensurum.
Amicos dei confortaturū. Viduis orpha-
nis et fidelibꝫ dei benefacturū. Contra ec-
clesiam dei ꝛ fidem eius: nunq; aliquid cō
trariū acturum. Insuꝑ obligo me correcti
oni tue: si errare me ptingat: ad hoc vt ob
ligatus ad obedientiā: tanto magis caue-
re possim peccata et voluntatē ꝓpriam: et
tanto feruentius ꝛ facilius insistere volun
tati dei et tue. Sciamq; tāto mihi esse dā-
nabilius ceteris et contēptibilius: si viola
ta obedientia mādatis tuis contraire pre
sumpsero. ℭ Facta autem ista ꝓfessio
ne ad altare meū. Princeps sapienter con
siderans: disposuit sibi habitum ab alijs se
cularibus distinctum: in signum abdicati-
onis voluntatis proprie: et vt sciret se su-
periorem habere: et debere ei obtempera-
re. Dedit et iā princeps in manu eius gla-
dium dicens. Hoc gladio inimicos dei cō-
minues et interficies. Dedit et in brachio
eius clipeum dicēs. Hoc clipeo defende te
contra inimicorū iacula: et patienter tolē
ra illata: vt prius crepat clipeus q̄ fugias.
Iste amicus meus hec omia audiente cle-
rico meo qui p̄sens erat: firmiter seruatu-
rum se ꝓmisit. Qui clericus facta ꝓmissio
ne: dedit ei corpus meū in robur et fortitu
dinē: vt amicus meus ꝑ corpus meū mihi
vnitus: nunq; a me separetur. Talis fuit
amicus meus georgius ꝛ plures alij: tales
et deberent esse milites: qui nomen debe-

rent habere ꝓpter dignitatem: habitũ pro
pter orationem et defensionẽ fidei sancte
F Audi nũc quid inimici mei faciunt
contra ea: q̄ amici mei prius fecerũt. Deni
q̄ amici mei ingrediebant monasteria: ex
discreto timore et diuina charitate. Sed hi
qui nũc sunt in monasterijs: vadũt in mũ
dum ꝑ supbia et cupiditate: hñtes ꝓpriam
voluntatẽ facientes corpis sui delectamen
ta. Istorũ qui in tali volũtate moriunt iu
sticia est: q nõ sentiant nec obtineant cele
ste gaudiũ: sed penam in inferno sine fine.
Scito etiã: q claustrales qui cogunt con
tra velle ꝓprium: ex diuina charitate fieri
prelati: non sunt in eorũ numero cõputan
di. Milites q̄ quõdã portabãt arma fue
runt parati dare vitã ꝑ iusticia et effunde
re sanguinẽ ꝓpter fidem sanctã: indigẽtes
ꝓmouẽdo ad iusticiã: malosq̄ deprimere
et humiliare. Sed nũc audi quõ auersi sunt
Placet quippe nũc eis magis mori in bel
lo: pro supbia: cupiditate: et inuidia: iuxta
dyabolicas suggestiões: q̄ scdm mandata
mea viuere: ad obtinendũ gaudium sempi
ternũ. Ergo omẽs qui in tali volũtate mo
riunt: dabitur eis stipendiũ ex iudicio iu
sticie: scz quando anima eorũ in eterna dyaboli
cõiunctione. Hi vero qui mihi seruiũt: te
nentur habere stipendiũ cum celesti exerci
tu sine fine. Hec verba ego iesus xpus lo
cutus sum: verus deus et homo: viuus cum
patre et spũsancto semper deus.

Verba xpi ad sponsam de cuiusdã mili
tis retrocessiõe a vera militia id est ab hũi
litate: obediẽtia: patiẽtia: fide etc. ad falsaz
id est ad supbiam et per contrariũ: et de sue
damnationis experientia: et de damnatiõis
incursu ꝓpter malam voluntatẽ sicut pro
pter opus. Cap. VIII.

Ego sum verus domi

nus. A Nullus enim dñs est
me excellentior: nec ante me fuit:
nec post me erit: sed omẽ dominiũ est a me
et ꝑ me. Ideo ego verus sum dñs: nec ali
quis vere est dñs dicendus nisi ego solus:
q̄ a me est oĩs potestas. ¶ Dixi tibi prius
q duos habui famulos: quorũ alter vitam
laudabilẽ viriliter assumpsit: et virilius cõ
firmauit: quẽ innumerabiles postea in ea
dem vita et militia sequebant. Nunc dicã
tibi: quis de ꝓfessione militie institute ab
amico meo: primo recessit. Nomẽ eius nõ di
co tibi: quia nõ cognoscis eũ ex nõie: sed in
tentionẽ eius et affectũ tibi ostendam q̄lis
erat. ¶ Quidã volens fieri miles venit ad
templũ meum: qui ingrediens audiuit vo

cem. Si tu vis fieri miles: optet te habere
ista tria. Primo debes credere panem qui
videt in altari: esse deũ verum et hominẽ:
celi et terre creatorem. Secũdo debes habe
re maiorem abstinentiaz a voluntate tua:
post assumptã militiam q̄ antea cõsueui
sti. Tercio nõ debes curare de honore mũ
di: et dabo tibi delectatiõem diuinã: et ho
norem sempiternũ. B Quibus audi
tis: et ipso secũ hec tria deliberãte: audiuit
in mente sua vocem aliam pessimã: tribus
primis tria cõtraria sonantem. Si inquit
volueris mihi seruire: dabo tibi alia tria. Da
bo tibi possidere que vides: audire que dele
ctant: obtinere que appetis. Qui audiens
ista: cogitauit apud se. Iste dñs primus iu
bet me credere que nõ video: ꝓmittit que
nescio. Iubet abstinere a delectationibus
quas desidero et video. Iubet spare incerta
Alter aũt ꝓmittit mihi mundi honorem
quẽ video. Delectatõem quam appeto. Au
ditum delectabiliũ: et visum nõ prohibet.
Certe: melius est mihi sequi euz et habere
que video vti his de quibus certus sum: q̄
sparare incerta. ¶ Iste homo sic cogitãs: ce
pit primo de vera militia retrocedere. Ipse
abnegauit ꝓfessionem veram: et promissio
nem irritauit. Clipeum patientie ꝓiecit
ante pedes meos. Gladium defensionis fi
dei: reiecit de manibus suis: et sic exiuit de
templo meo. Cui dixit vox illa pessima. Si
sicut dixi volueris esse meus: tũc debes ꝓ
cedere cũ omni superbia in campum et in
plateas: vt sicut ille dominus p̄cepit suis
habere humilitatẽ in omnibus: sic nullũ
sit genus ostentationis et supbie quod te
fugiat. Et sicut ille intrauit cũ obedientia
et omni se subdidit obediẽtie: sic nullũ tu
parere te esse suꝑiorem: nulli curues ꝑ hu
militatem ceruicem tuã. C Gladium
assume in manibus ad hoc: vt effũdas san
guinem proximi tui et fratris tui propter
acquisitionem possessionis eius. Clipeum
pone in brachio ad hoc: vt libenter des vi
tam tuam pro acquisitõe honoris. Pro si
de qua ille habz. Tu dilige templũ corpis
tui: vt a nulla voluptate que te delectat ab
stineas. In talibus ergo homĩe illo firmã
te voluntatẽ suam et intentionem. Prin
ceps suus iposuit collo eius manũ suam:
in loco ad hoc constituto. Locus ei qualis
cunq̄ nõ obest alieni: si voluntas fuerit bo
na: nec ꝓdest si intentio fuerit praua. Di
ctis autẽ verbis confirmatõis militie sue
recessit ille: militiã suam exercens ad oẽm
mundi supbiam: par impẽdens miser q ad
maiora q̄ prius: et austeriorem vitã fuerat

obligatus. ¶ Nūc militem infinite militie sequebanť ⁊ sequunť in superbia: ⁊ ꝓfundi us ꝓpter militie ꝓfessionem descendunt in abyssū. D Sed potes querere: q multi volunt exaltari in mundo ⁊ vocari magni: sed tamen nō preualent. Nunq̄d isti ꝓpter voluntatem malam eque puniens: sicut hi qui omne processum iuxta desideriū habebant: Ad hoc ego respōdeo tibi. Quicunq; completā habet voluntatem: ⁊ facit quantum potest: vt exaltari possit in mundo ⁊ in mundi honore: ⁊ nomine vano vocari: nec tamen ꝓpter occultum iudiciū meum ꝑmittiť effectus voluntati: ꝓ certo dico tibi: q ſm voluntatē illā malā ita puniť: sicut ille qui compleuit opere: nisi penitentia voluntas corrigať. Ecce de duobus satis notis pluribus: dico tibi exemplum. Quorum vnus iuxta voluntatē suam prosperabať: ⁊ fere oīa que cōcupiuit obtinuit. Alter eandem voluntatē habuit: sed nō obtinuit posse. Primus obtinuit honorē mūdi: dilexit templum corꝑis sui in omni voluptate: dominabať vt voluit. Ad omīa q̄ misit manum ꝑficiebat: Alter eoꝝ volūtate consimilis: minorem habuit honorē: qui gaudenter centies fudisset sanguinē proximi sui: vt cupiditatē suā ꝑficere potuisset. Qui ⁊ fecit quod potuit: ⁊ voluntatem suam iuxta desideriū suum adimpleuit. Isti duo pares sunt in supplicio horrendo: q̄ licet nō vno tēpore et vna hora fuerūt mortui ambo: tamen sic loquor de anima vnius sicut de duabus: quia ambarū vna est damnatio: vna et vox ambarū erat in separatiōe corporis animeq; egressu. E Egressa ergo anima de corpore: ipsa loquebatur ad corpus sic. Dic mihi vbi est nunc visio oculorum delectabilis quam mihi ꝑmisisti: vbi voluptas: quā mihi ostendisti: Vbi verba delectabilia quibus me vti precepisti: Affuit mox demon ⁊ respondit. Visio ꝑmissa nō est nisi puluis: verba nō sunt nisi aer. Voluptas nō est nisi lutū et putredo: hec ad nihilum tibi valent. Tūc clamabat anima. Heu heu q̄ miserabiliter decepta sum. Ego video tria. Video eīm illum qui in similitudine panis mihi ꝑmittebať: ipse est rex regum ⁊ dn̄s dominantiū. Ego video qd̄ ꝑmisit ⁊ hoc est indicibile ⁊ inexcogitabile. Audio iam abstinentiā quā suasit fuisse vtilissimā. Deinde altius clamabat enim tribus ve. Ve inquit q̄ nata sū. Ve quia tam lōga fuit vita mea sup terrā. Ve quia victura sū in morte ꝑpetua: que nūq̄ pōt terminari. Ecce quantā miseriā miseri habebunt pro contemptu dei sui: ⁊ pra

transitoria felicitate. Ideo sponsa mea regratiare mihi quia vocaui te de tanta miseria. Obedi spūi meo ⁊ electis meis.

Verba christi ad sponsam capituli imediate precedentis declarationē inseruentia ⁊ de occursu dyaboli ad supradictum militem: ⁊ de eius horribili ꝯdēnatione per iusticiam. Capitulum IX

O Mne tempus huius vite: nō ē nisi quasi vna hora apud me. Ideo quod dico tibi nunc hoc semꝑ fuit in prescīētia mea. A Dixi primo q vnus erat qui incepit verā militiā. alter qui misere discessit ab ea. Ille v̄o qui discessit a vera militia: proiecit clypeum ante pedes meos. Gladium ad latus meum: qū sc; fregit ꝓmissionē ⁊ professionem sanctam. Quid antē notat clypeus quē ꝓiecit nisi fidem rectam: qua ꝯtra inimicos fidei ⁊ anime sue se defenderet: Quid v̄o sūt pedes mei quib; ad hominē vado: nisi diuina delectatio qua hoīem mihi attraho: ⁊ patientia mea qua eū suffero patiēter: Hūc autē clypeum ꝓiecit: qū ingrediens templuz meum cogitabat apud se. Hunc dn̄m sequi volo: qui consuluit mihi nullam abstinentiam: qui mihi dat que desidero: q̄ ꝑmittit me audire que delectant aures. Sic ergo ꝓiecit clypeum fidei mee: qū magis sequi voluit voluntatē ꝓpriam q̄ me qū plus dilexit creaturam q̄ creatorē. Si eīm habuisset rectam fidem: si credidisset me omnipotentem: si iuste iudicantē: ⁊ datorē eterne glorie: nihil nisi me desiderasset: nihil nisi me timuisset: Sed fidē meā abiecit: ⁊ hoc ante pedes meos: qū spreta fide mea ⁊ ꝓ nihilo reputata: nec gaudiū meū querebat: nec patientiā meā attendebat. B Deinde ꝓiecit gladium ad latus meū. Quid notat gladius nisi timorē dei: quem verus miles dei debet habere cōtinue in manibus. i. in opationibus suis. Quid v̄o significat latus meum: nisi custodiam ⁊ protectionem meam: sub qua filios meos sicut mater pullos suos foueo ⁊ defendo: ne dyabolus noceat eis: ne pericula intolerabilia adueniant eis. Sed ille abiecit gladiū timoris mei quando non curauit cogitare potentiam meā: nec attendebat charitatē meā ⁊ patientiā. Proiecit autē ad latus meum quasi dicat: non timeo nec curo de defensiōe tua: ex industria enim mea est et nobilitate quod habeo. ¶ Fregit etiam promissionem mihi factam. Que est promissio vera quam homo tenetur vouere deo: vtiq; opus charitatis vt quicq̄d fecerit hō: hoc ex charitate dei

faciat. Sed hanc irritauit quando charitatem dei retorsit ad amorem proprium omnem voluptatem suam: preposuit delectationi future et eterne. Ecce sic segabat a me et exiuit de templo humilitatis mee. Omnia quippe christianorum corpora: in quibus regnat humilitas: templum meũ sũt. In quibus aũt est superbia non templũ meum sunt sed dyaboli: qui eos iuxta voluntatẽ suam regit ad mundi appetitum. Egressus aũt de templo humilitatis mee: ⁊ reiecto clipeo fidei ferẽ et gladio timoris mei: ascendit in campum cũ omni superbia: exercuit se in omni voluptate ⁊ appetitu voluntatis proprie: contempto timore meo: proficiens in peccato suo et voluptate. C

Cum aũt venisset ad extremum finem vite sue: ⁊ anima exiret de corpore: demones occurrerũt ei cum impetu. Contra quam tres voces de inferno sonuerũt. Prima dixit. Nunquid nõ est iste qui recessit de humilitate: et sequebatur nos in omni superbia: Et si adhuc duobus pedibus altius in superbiam supra nos ascendere posset: vt excederet nos ⁊ primatũ haberet in superbia: libenter fecisset. Cui anima respõdit. Vere ego sum. Cui respõdit iusticia. Hec est retributio tue superbie: vt de vno demone cadas ad alium: vsqꝫ quo venias ad nouissimũ inferni. Et sicut nullus demonum erat: q̃ nõ sciebat certam penam suam ⁊ supplicium: pro omni cogitatu inutili ⁊ opere infligendum: sic nullius supplicium effugies: quum omni malicie ⁊ nequitie particeps sis. Secunda vox clamabat dicens. Nunquid nõ est iste qui de milicia dei professa se separauit. ⁊ adhesit milicie nostre. D Respondit anima. Vere ego sum. Et dixit iusticia: hec est sors precium tui: vt omnis quicunqꝫ maliciam tuam sequitur: malicia sua ⁊ pena: dolorem tuum ⁊ penam augmentabit: et in aduentu suo ad te: quasi letali vulnere percutiet te. Sicut enim ille qui haberet vulnus senium: si ei vulnus super vulnus vsqꝫ quo corpus vulneribus plenũ esset inferretur: intolerabiliter affligeretur ⁊ clamaret ve super ve. Sic miseria super miseriã veniet tibi. Dolor tuus super omnem dolorẽ renouabitur. Pena tua nũqꝫ deficiet et ve tuũ nunqꝫ minuet. Tercia vox clamabat: Nunquid nõ est iste: qui vendidit creatorem pro creatura: charitatem creatoris pro amore suo. Respodit iusticia: vtiqꝫ ipse est. Ideo aperient ei quasi due aperture. Per vnam ingredietur ei omnis pena: constituta pro minimo peccato vsqꝫ ad maximum quia vendidit creatorem suum pro voluptate sua. Per secundam ingredietur ei omnis labor ⁊ cõfusio: nec vnqꝫ ingredietur ei cõsolacio ⁊ charitas diuina. quia dilexit se pre creatore suo. Ideo sine fine durabit vita: ⁊ sine fine durabit pena: qꝛ ab eo omnes sancti auertunt faciem suã. Ecce sponsa mea qꝫ miseri erunt qui me cõtemnũt: et quantum dolorẽ emunt pro modica voluptate.

Christi loquela ad sponsaz sicut ad moysen de rubo: qualiter per pharaonem dyabolus: ⁊ per ppl'm israel moderni milites: ⁊ per rubum corpus virginis designant: ⁊ qualiter milites ⁊ moderni episcopi modernis temporibus parant mansiones dyabolo.

Capitulum X

Cribit in lege moysi

f A Ꝗ moyses custodiens pecora in deserto: cum videret rubum qui inflammabat et nõ ardebat: timuit et velabat faciem suam. Cui dixit vox de rubo. Afflictio populi mei ascendit in aures meas: ⁊ misereor eis: qꝛ durissimo seruitio opprimũtur. Ego sum illa vox de rubo sonans: qui nunc loquor tecum. Miseria populi mei ascẽdit in aures meas. Quis erat populus meus nisi israel: Per hunc nũc intelligo milites in mundo: qui professi sunt militiam meam: qui deberent esse mei: sed nimis a dyabolo affligunt. ¶ Quid aũt fecit pharao pplo meo israel in egypto: Certe tria mala. Primo q in structura murorum suorum: nõ ministrabant laboratoribus palee: quib' conficerent lapides: sed personaliter congregabant sibi per regionẽ vbi possent. Secundo q edificatores pro labore suo nõ reportabant grates q̃uis impositum numerũ lapidum implevissent. Tercio: q affligebant vehementer a prepositis si in confecto numero defecissent. Iste populus meus duas vrbes in maxima afflictione edificauerũt pharaoni. B Quis iste Pharao nisi dyabolus: qui affligit populum meum: id est milites: qui tenent q populus meus. In veritate dico: q si milites stetissent in dispositione ⁊ constitutione ab amico meo primo incepta: inter charores fuissent mihi. Sicut enĩ abraam accipiens primo mandatum circumcisionis: ⁊ obediens mihi: factus est meus amic' charissimo. Nec non ⁊ quotquot sequebantur fidem abrae ⁊ operationẽ eius: facti sunt participes dilectionis ⁊ glorie eius. Sic milites inter alios ordines mihi precipue placuerunt: quia vouerunt quod habebant charius: scꝫ sanguinem suum pro me fundere: ⁊ quod votum mihi summe placuerũt: sicut

Abraā in circūcisiõe. Et purgabant q̄tidie
i obseruatiõe ꝓfessionis: z assumptiõe scte
charitatis. Nunc aūt milites isti miserabi
li seruitute dyaboli opprimunt: ita q vul-
nerat eos dyabolus letali vulnere: insup et
detrudit illos in suppliciū et dolorez. Epi
etiam ecclesie edificant ei: sicut filii isrl' du-
as vrbes. Prima vrbs est labor corpis z su
peruacua sollicitudo acquirendi mundia-
lia. Secunda est inquietudo z turbatō mē
tis: qz ab appetitu mundi nunq̄ finiunt q̄
escere. Exterius est labor z intus est inqui-
etudo z anxietas: spūalia faciens onerosa.
E Sed sicut pharao nō ministrabat po
pulo meo necessaria ad conficiēdos lateres
nec areas dabat plenas frumento: nō vinū
z alia vtilia: sed cum dolore et tribulatōne
spūs: ppl's sibi psonaliter acquirebat. Sic
nunc facit eis dyabolus: q̄uis ipsi laborāt
z totis medullis cordis inhiant mūdo: nō
tū pñt pficere quod cupiunt: nec pñt satia
re sitim cupiditatis sue. Ideo vrunt dolo-
re interius z exterius labore. Ob qd cōpa-
tior afflictiōi eorū: q milites mei z ppl's me
us dyabolo edificant mansiones: z laborāt
indesinenter: et q non pñt cōplere qd cu-
piunt: z q angustiant in supuacuis: et pro
ipsa angustia nō reportāt fructū benedicti
onis: sed retributionē confusiōis. Propter
ea cū moyses mitteret ad ppl'm: dedit ei de
us signū triplici de cā. Primo: qz vnusquis
q̄ in egypto colebat singulariter deū suū
z innumerabiles erant qui dicebant dii: et
ideo dignum erat fieri signum: vt ostenso
mirabili signo et potentia dei: vnus de' et
vnus oīm creator esse: p signa crederet: et
ydola oīa vana esse ꝓbarent. D Se-
cundo dabat moysi signū in figura z repre
sentatione corpis mei futuri. Quid em̄ ru
bus ardens z nō combustus designabat ni
si virginem de spū sancto fecundatā: z abs-
q̄ corruptione parientē: Ego certe de ru-
bo illo ꝓcessi. Ego de virginea carne marie
assumpsi humanitatē. Similiter etiaz ser-
pens moysi i signū datus: significabat cor-
pus meū. Tercio dabat signū moysi ꝓpter
veritatem astruendam faciendorū: z p figu
rā signorū implendorū: vt veritas dei tanto
verior z certior esse probaret: quo ea que si
gna significabant: tempore suo euidētius
fuissent adimpleta. ¶ Nunc autem mitto
verba mea ad filios israel z ad milites: qui
bus nō est necesse fieri signū: triplici de cau
sa. Primo qz iā colitur z scitur vnus deus:
et omnium creator: ex scriptura sancta et
et multiplicibus signis. Secundo quia nō
sperant me nasciturū: qz veraciter me sci-
unt natum: z sine incorruptiõe incarnatū
qz scriptura omnis completa est. Nec me
lior fides z certior haberi z credi debet: q̄ q̄
nūc a me z sanctis predicatoribus meis p̄-
dicata est. E Verūtñ tria tecū feci: q̄-
bus credi pōt. Primo q vba mea vera sūt
z nō discrepāt a vera fide. Scdo q ad ver
bum meū exiuit de hoīe possesso demoniū
Tercio qz vnu dedi dissidētia corda ad cha
ritatem mutuā reformare. Ideo nō dubi-
tes de his qui credituri sunt mihi. Qui em̄
credunt mihi: credunt z verbis meis. Qui
bus ego sapio: eis z sapiūt verba mea. Pro
pterea scribit q moyses ex collocutiõe dei
velabat faciem suā. Tu aūt nō debes vela
re faciē tuam. Ego quippe aperui tibi ocu-
los spirituales vt videas spiritualia: ape-
rui aures vt audias que spirit' sunt. Ego
deniq̄ ostendam tibi corporis mei effigiē:
quale fuit in passione z ante passionem: q̄-
le fuit post resurrectionem: quod magda-
lena z petrus z alii viderunt. Audies etiā
vocem meam que loquebat in rubo moysi
hec eadem nunc loquit in anima tua.

Verba mellistua christi ad sponsam de
gloria z honore boni et veri militis: z de oc
cursu angelorū ad ipsum mirifico: z quali-
ter ipsum gloriosa trinitas pissime ad in-
dicibilem requiē pro paruo labore recipit
et assumit. Ca. XI.

Ixi tibi prius de fi-
d ne z pena militis: qui primo reces
sit a militia mihi ꝓfessa. A
Nunc dico tibi p similitudinem: qz aliter
spiritualia non poteris intelligere de glo-
ria et honore illius: qui viriliter militiā ve
ram primo incepit: z virilius ꝯsummauit.
Iste amicus meus cū venit ad finē vite sue
z anima de corpe exiret: quinq̄ legiões an
gelorū mittebant in occursum eius. Inter
quos venerunt innumerabiles demones
vt aliquid sui iuris inuenirēt: qz pleni ma-
licia sunt: z ab ea nunq̄ cessant. Tunc aūt
vna vox clare z lucide sonuit in celo dicēs.
Nunquid nō est iste o domine pater qui se
ad voluntatem tuam alligauit: z eam per-
fecte compleuit? Tunc ipse psonaliter re-
spondit in cōscientia sua. Vere ego sum: de-
inde tres voces audiebant. Vna ex pte dei
tatis dicens. Nunq̄d nō ego te creaui: z de
di tibi corpus z animam. Tu es filius me':
z volūtatē patris tui fecisti: veni ergo nūc
ad potentissimum creatorem tuum: et dul
cissimū patrē. tibi em̄ debet eterna heredi
tas: quia filius es. Tibi debetur hereditas
patris: quia ei obedisti. Veni ergo dulcissi-

me ad me: et ego recipiam te cum leticia et honore. B Secunda vox audiebatur ex parte humanitatis dicens. Frater mi: veni ad fratrem tuum: ego enim obtuli me pro te in bellum: ego fudi sanguinem meum pro te: veni ad me qui sequebaris voluntatem meam. Veni ad me qui rependisti sanguinem pro sanguine. Qui paratus fuisti dare mortem pro morte: et vitam pro vita. Ideo tu qui sequebaris me in vita tua: veni nunc in vitam meam et gaudium meum quod non finietur. Veraciter enim confiteor te fratrem meum. Tercia vox audiebatur ex parte spiritus: quod non tres dii sed vnus. Veni inquit miles meus: qui fuisti sic desiderabilis intus: quod concupivi habitare tecum. Tu fuisti sic virilis extra: quod dignus eras vt defenderes te. Ideo pro corporis tui inquietudine: intra in requiem. Pro mentis tue tribulatione: ingredere in consolationem ineffabilem. Pro charitate tua et virili decertatione intra in me ipsum: et habitabo in te et tu in me. Veni ergo egregie miles ad me: quia nihil desiderasti nisi me: veni et replebetis diuina voluptate. C Postea quinque legiones angelorum quasi quinque vocibus sonuerunt. Prima loquebatur dicens. Precedamus egregium militem istum: et feramus ante eum arma sua: id est presentemus deo nostro fidem suam quam sine offensa conseruauit: et ab inimicis iusticie defensauit. Secunda vox ait: Feramus ante eum clypeum suum. i. demonstremus deo nostro patientiam suam: que quamuis deo nostro nota sit: gloriosior tamen ex nostro erit testimonio. Per patientiam enim non solum aduersa sustinuit patienter: sed et pro aduersis gratias deo referebat. Tercia vox ait. Precedamus eum: et presentemus conspectui dei nostri gladium eius. i. demonstremus obedientiam eius: qua in duris et lenibus iuxta modum professionis sue obediuit. Quarta vox ait. Venite et ostendamus deo nostro equum suum. i. testimonium perhibeamus humilitatis eius: Sicut enim equus fert corpus hominis: sic humilitas eius precedens eum et subsequens ad omne bonum opus ferebat eum. Nihil quippe in eo inuenit superbia suum: ideo secure equitabat. D Quinta vox ait: Venite et presentemus deo nostro galeam eius. i. testimonium demus de diuino desiderio eius: quod habuit ad deum: ipse denique omni hora meditabatur eum in corde: ipsum habebat in ore: ipsum in operibus: ipsum super omnia desiderabat. Pro eius amore et honore exhibuit se mortuum mundo. Ergo presentemus hec deo nostro quia dignus est iste: pro modico labore eternam quietem: et cum domino suo letari quem tantum et totiens desiderabat. ¶ Cum talibus vocibus et mirabili choro angelorum ferebatur amicus meus in requiem perpetuam. Que videns anima exultans: intunc ait. Felix ego: quod vnquam creata sum. Felix ego quia deo meo seruiui quem nunc video. Felix ego: quia gaudium habeo et gloriam que non finietur. Ecce taliter amicus meus venit ad me: et tali premio remuneratus est. Et quamuis non omnes effuderunt sanguinem pro nomine meo: nihilominus tamen eandem mercedem habebunt: si habent voluntatem dare vitam suam pro me tempore se sic offerente et necessitate fidei ingruente. Ecce quantum voluntas bona facit.

Verba christi ad sponsam de sue iusticie immutabilitate et eternitate: et qualiter assumpta humanitate talis iusticia in charitate per ipsum fuerit illuminata. Et quomodo pie suam misericordiam exercet in damnatio et dulciter ad misericordiam monet milites prelibatos. Cap. XII.

Ego sum verus rex.

e A Et nullus est dignus vocari rex nisi ego: quia a me est omnis honor et potestas. Ego sum qui iudicaui primum angelum: qui cecidit propter superbiam cupiditatem et inuidiam. Ego sum qui iudicaui adam et Cayn et totum mundum: immittendo propter hominum peccata diluuium. Ego idem sum qui populum israeliticum permisi in captiuitatem venire: et eum mirabiliter in signis mirabilibus eduxi. In me est omnis iusticia: et erat et est sine principio et fine: nec aliquando imminuitur apud me: sed semper vera in me permanet et immutabilis: et quamuis nunc isto tempore iusticia mea videatur aliqualiter mutari mitior: et deus quasi iudicando nunc patientior. Hoc tamen non est immutatio iusticie mee que nunquam immutatur sed ostensio maior charitatis mee. Eadem quippe iusticia et eadem veritate iudico nunc mundum iudico: qua tunc cum populum meum egypto seruire permisi: qua et in deserto afflixi. Sed ante incarnationem meam occultabatur dilectio quam in iusticia habui: quasi lux abscondita: seu aliqua nube obumbrata. B Assumpta vero humanitate: licet mutabatur lex data: non tamen mutabatur iusticia: sed euidentius apparuit: et copiosius illuminabatur in charitate per filium dei: et hoc tripliciter. Primo quia mitigabatur lex que erat dura: propter inobedientes et induratos. Et difficilis propter domandos superbos. Secundo quia filius dei passus et mortuus est. Tercio: quia iudicium quasi longius nunc quam antea ex misericordia et protrahi videtur: et mitius esse nunc in peccantes. Multum quippe rigida et stricta videtur iusticia in primis gentibus: in vindicta diluuij.

In morte in heremo ꝓstratoꝝ ⁊ eadem iu
sticia nunc mecū est: ⁊ eternaliter fuit. Sꝫ
nunc magis misericordia ⁊ charitas appa
ret: que tūc rationabiliter in iusticia occul
tabaṫ ⁊ misericorditer. Licet occultius ex-
hibebaṫ: quia nunq̄ꝫ iusticiā sine misericor
dia feci nec facio: nec sine iusticia pietatem
Nunc aūt potes querere: si in omī iusticia
habeo misericordiam: quō misericors sum
in damnatos? Respondeo tibi ꝑ exemplū:
quasi aliquis iudex sederet in iudicio: ⁊ fra
ter eius veniret ad iudiciū iudicandus. cui
diċ iudex. Tu frater meꝰ es ⁊ ego iudex tuꝰ
et licet te intime diligo: tū non potero nec
decet facere ꝯ iusticiam. Tu vides oēm iu-
sticiam in ꝯsciencia tua ſm merita tua: ſm
hanc ꝗ oportet te iudicari. Si em̄ possibi-
le esset venire contra iusticiā: libenter pro
te iudicium portareṁ. E Ego sum sicut
iudex ille. Homo frater meus est ꝑ huma-
nitatem. Quo veniente ad iudiciū meū: cō
sciencia eiꝰ dicit culpam suam ⁊ intelligit:
ſm quā iudicandus est. Ego ꝟo qꝛ iustꝰ sūꝫ
Rn̄deo aīe ꝑ similitudinē dicens sibi. Tu
vides omnē iusticiam in ꝯsciencia tua: dic
ergo quid mereris? Tunc respondet mihi
anima. Judiciū meū dicit mihi cōsciencia
mea: ⁊ ipm est pena digna ꝓ meritis: qꝛ nō
obediui tibi. Cui ego respōdeo. Ego iudex
tuus suscepi omnē penā ꝓ te: et notuꝫ feci
tibi periculū tuū ⁊ viam eundi: ne tu veni-
res in penaꝫ. Justicia quippe fuit: vt ante
satisfactionem culpe celū nō intrares: hāc
ego sustinui ꝓ te: qꝛ ꝑsonaliter impotens
eras ad patiendū. Ego ostendi tibi ꝑ ꝓphe
tas que mihi erat futura: ⁊ nec minimum
punctum de quo ꝓphete vaticinabanṫ p̄te
riui. Ego ostendi tibi omnem dilectionem
quam poteram: vt verteres te ad me. Sꝫ
quia auertisti te a me: ideo iusticia nūc es
dignus: qꝛ misericordiā cōtempsisti. Verū
tamen adhuc ita misericors sum: ꝙ si pos-
sibile esset me iterato mori: magis eandem
penam quā in cruce semel patiebar: iteruꝫ
magis paterer ꝓ te: q̄ꝫ tali iusticia videreꝫ
te iudicari. Sꝫ iusticia dicit impossibile eē
me iterato mori. Misericordia ꝟo dicit: si
possibile esset morerer libenter pro te. Ec-
ce quō misericors sum etiā in damnatos: ⁊
q̄ꝫ charitatiꝰ. Quicquid em̄ facio: hoc fa-
cio vt ostēdā charitatē meā. Ab initio quip-
pe dilexi hoīem: etiā cū iratus viderer: sed
dilectionē meam nullus curat nec atten-
dit. D Nunc ergo qꝛ iustꝰ ⁊ misericors
sūꝫ moneo eos q̄ dicunṫ milites: vt querāt
misc̄diam meā: ne inueniat eos iusticia mea
que est stabilis sicut mons: ardēs sicˀ ignis:
horribilis quasi tonitruū subita quasi arcꝰ
extensus ad sagittanduꝫ. Ego moneo eos
tripliciter. Primo sicut pater filios: vt re-
uertanṫ ad me: qꝛ ego pater ⁊ creator eoꝝ
sum: reuertanṫ ⁊ dabo eis patrimoniū: qđ
paterno iure debeṫ eis. Reuertanṫ qꝛ licet
contemptus sum: attamen cū gaudio sus-
cipiā eos: ⁊ occurrā eis cū charitate Secū
do rogo eos sicut frater vt recordenṫ vul-
nerū ⁊ operū meoꝝ: reuertā̄ṫ ⁊ suscipiā eos
quasi frater. Tercio rogo vt dn̄s: vt reuer-
tanṫ ad dn̄m suū: cui dederunt fidem: cui ⁊
obsequiū tenenṫ ⁊ iuramento se obligaue-
rūt. Ergo o milites reuertimini ad me pa-
trem vestrū: qui cū charitate educaui vos.
Considerate me fratrē vr̄m pro vobis ⁊ vo
biscum factū silem. Reuertimini ad me
ꝑinum dn̄m. Inhonestas quippe magna est
alij dn̄o dare fidē: alij obsequiū. Vos enim
dedistis mihi fidem: ꝙ defenderetis eccliā
meā: ꝙ miseris subuenīretis: ⁊ ecce mimi-
co meo datis obsequiū. Deponitis etiā ve-
xillū meū: ⁊ vexillu inimici mei erigitis.
E Ergo o milites redite ad me cuꝫ vera
humilitate: q̄ a me ꝑ supbiaꝫ discessistis: si
durū vobis videṫ aliquid ꝓ me pati: consi-
derate quid ego feci ꝓ vobis. Ego iui causa
vestri sanguinolētis pedibus ad crucē: ego
habui ꝓ vobis manus et pedes ꝑforatos:
ego nulli mēbro meo peperci pro vobis: et tū
hoc totū negligitis recedendo a me: redite
ergo ⁊ dabo vobis in auxilium tria. Primo
fortitudinē contra inimicos corpales ⁊ spi
rituales. Secundo magnanimitatē: q̄ ni-
hil nisi me timebitis: q̄ delectabile videbiṫ
vobis ꝓ me laborare. Tercio dabo vobis sa
pientiā: q̄ intelligetis veram fideꝫ ⁊ dei vo
luntateꝫ. Ergo redite ⁊ state viriliter. Ego
em̄ qui moneo vos sum ille cui angeli seruī
unt: qui p̄res vestros obedientes liberaui:
inobedientes iudicaui ⁊ supbos humiliaui
Ego fui primus in bello: primus in passio-
ne: sequimini ergo me ne sicut cera ab igne
dissoluamini. Cur rescinditis ꝓmissionem
vestram? Cur iuramentū cōtemnitis? nū-
quid ego minor ⁊ indignior sum amico ve-
stro tp̄ali cui si datis fidē soluitis? Mihi āt
datori vite ⁊ honoris: ꝯseruatori sanitatis
nō redditis ꝓmissum. F Propterea
boni milites soluite ꝓmissum: ⁊ si nō suffi-
citis opē saltem conemini voluntate: ego
em̄ cōpatiēs seruituti vestre: q̄ dyabolꝰ op
primit vos: volūtatē recipiaꝫ ꝓ opere. Si
reditis ad me cū charitate: laborate pro fi
de ecclesie mee: ⁊ ego cū omni exercitu meo
quasi pius pater occurram vobis. Dabo qꝫ vo
bis pro premio quīqꝫ bona. Primo honor

eternus nunq̃ recedet de auditu v̄ro. Secundo facies et gloria dei nunq̃ recedet a visione vestra. Tercio laus dei nunq̃ recedet de ore vestro. Quarto anima v̄ra habebit omnia q̄ desiderabit: ⁊ nihil aliud desiderabit nisi qd̄ habet. Quinto nunq̃ separabimini a deo vestro: ſ; sine fine durabit gaudium: ⁊ sine fine in gaudiis viuet vita v̄ra. Ecce o milites talis erit retributio: si fidē meam defenditis: ⁊ p̄ honore meo plus q̄ȝ vestro laboratis. Recordamini si intellectus est vobis: q2 ego patiens in vos sum: ⁊ q̄ infertis mihi talē contumeliā: qualem vosipsi a vestris nō vultis pati. Sed lȝ omnis ex potentia mea possim: ⁊ licet iusticia clamat sup̄ vos vindictam: adhuc tñ misericordia mea: que est in sapientia ⁊ bonitate: parcit vobis. Propterea querite misericordiam: ex charitate eā p̄beo ea ad que rogari humiliter deberem.

Verba potentie christi ad sponsam contra huius t̄pis milites: ⁊ de forma tenēda i militibus p̄creandis: et quomodo deus talibus robur ⁊ auxilium in agendis prestat ⁊ administrat. Capitulū XIII.

Ego sum cū patre et spiritusancto vnus deus: trinus i p̄sonis: vnus nō separat̄ ab alio: nec diuidit̄: sed pater est in filio ⁊ spū: ⁊ filius in patre ⁊ spū: et spūs in ambob;. A Deitas misit verbū suū marie virgini p̄ angelū suū gabrielē: nihilominꝰ tñ idem de⁹ mittens: ⁊ missus a seip̄o erat cū angelo: erat in gabriele: ⁊ ante gabrielē in virgine. Dicto aūt verbo ab angelo: verbū̄ factū est caro in virgine. Hoc verbū: ego sum q̄ loq̄r tecū. Pater misit me p̄ seip̄m cum spūsancto in ventrē virginis: nō sic q̄ angeli carerent visione ⁊ presentia dei: sed ego filius: qui fui cum patre ⁊ spūsancto in ventre virgineo: idē eram in celo cum patre ⁊ spūsancto in visione angeloꝝ: oīa gubernans: oīaq̄ sustentans: licet humanitas mea a me solo filio assumpta requieuit i ventre marie.

B Ego igit̄ in deitate et humanitate vnus deus ad ostensionē charitatis mee: ⁊ in robur fidei sancte: nō dedignor loqui tecum. Et licet humanitas mea videat̄ esse iuxta te ⁊ loqui tecū. Verius tñ est q̄ anima tua ⁊ ꝯscia tua mecū est ⁊ in me: nihil enim mihi impossibile est ⁊ nihil difficile: in celo ⁊ in terra. Ego quippe sum sicut rex potens: qui cū exercitu suo veniens ad ciuitatē oīa loca implet oīa occupat. Sic grā mea oīa mēbra tua iplet oīa fortificat. Ego denique sum in te ⁊ extra te. Ego q̄uis loq̄r tecū idē tñ sum in gloria. Quid mihi difficile est qui potentia mea omnia sustento: sapientia mea oīa dispono: virtuositate mea oīa supo. Ego igitur cū patre et spūsācto sine principio ⁊ sine fine vnus deus: q̄ p̄ salute hoīm in humanitate assumpta: deitate illesa p̄manente: vere passus sū: resurrexi ⁊ ascendi: nūc veraciter loquor tecum

Domine inquit spō- o sa ne indigneris si quero. A Audiui ex scriptura q nihil acquirēdum est cū iniusticia: nec tenendū est aliquid acquisitū contra iusticiā. Nunc autē rex iste habet terrā quam quidā dicunt eū habere ex iusticia: alij rūdent cōtrariū. Et ideo mirū est si in isto hoc toleras: quod in alijs reprobat. ¶ Rūdit deus. Post diluuium nulli hoīes remanserūt: nisi qui erant in arca noe. Et ex eis vna pgenies nata est que venit ad orientē: de q etiā quidā venerūt in sueciā. Et alia generatio venit ad occidentē. de qua quidā exorti venerūt in daciam. Sz qui primū ceperunt colere terrā non erant ei vallatā aqua: nihil appropriabant sibi de terra corum qui habitabāt vltra aquas et in insulis: sed vnusquisqz contentabaī de eo quod inuenerat: sicut scriptū est de loth et abraam. Si inqt tu ad dexteraz vadis: ego sinistrā tenebo. Quasi diceret. Quicquid tu tibi appropriās: hoc erit tuū et heredū tuorum. Deinde pcedente tpe venerunt iudices et reges: qui contenti terminis suis: nō occupabant terrā corum qui in insulis: et vltra aquā habitabāt: sz stabat vnusquisqz in terminis z limitibus antiquorū. B Rūdit illa. Quid si pars aliq regni: donatiōe aliqua alienaret a regno: nunqd a successore nō repetendū esset? Cui deus. In regno quodaz inquit seruabaī corona ptinens ad regē. Populus ita considerans se nō posse stare sine rege elegerūt sibi regez: tradentes coronā regi electo custodiendā: et reconsignandā regi futuro. Si igiī iste rex sic electus: aliquā partē de corona alienare vl' diminuere vellet: certe rex futurus repetere posset et deberet. Quia nulla diminutio debet eē in corona. Nec rex diminuere vel alienare pōt coronam regni: nisi forte rōnabili causa ad dies suos. Quid eī est corona regni nisi potestas regal'? Quid vero regnū nisi populus ei subiect'? Quid vero rex: nisi mediator et conseruator regni et populi? Ergo conseruator z defensor corone: nequaqz dimidiare debet vl' diminuere coronam in preiudiciū futuri regis. C Rūdit spōsa. Quid si rex ex necessitate seu violentia cogereī alienare partē corone? ¶ Cui deus. Si inquit duo hoīes essent discordātes: alter qz potētior nollet dare gratiaz nisi abscinderet digit' alterius: cuius esset digitus abscisus nisi eius qui damnū passus est? Sic ē etiā de regno. Si rex aliquis pter necessitatē vel captiuitatem diminueret partē aliquā de regno: certe rex futurus repetere pot. Quia rex nō dn̄s corone est sz rector: nec necessitas facit legez. ¶ Rūdit illa. Quid si rex alicui dn̄o concessisset ad dies suos partē aliquā corōe: mortuoqz rege dn̄s ille z successores sui detinerent concessa tanqz ppria: nunquid repetenda essent? ¶ Cui dn̄s. Vtiqz terra illa redire debet ad legittimum dominū. ¶ Rūdit illa. Quid si pars corone īpignerata esset alicui pter debita: illoqz leuatis fructib' mīris annis mortuo: terra postea veniret in manus alterius qui nullā iusticiā haberet ad terrā: ex eo q nec concessa ei fuisset: nec īpignerata: sed occasione quadam occupasset illam: nec dimittere vellet nisi accepta pecunia? Quid faciendum esset? D Cui dominus. Si inquit aliquis haberet globum aureum in manu et diceret astanti: globus inquit iste tuus est: si re habere intendis da mihi tot libras: certe dari sibi deberent tot libre. Quia vbi potestatiue aliqua terra occupata ē et pacifice possessa: sapiēter repetenda est: et cōputatis damnis reducēda. Nunc autē sicut rex electus: eleuatus sup lapidem quendā ad spectaculū populi: designat dn̄ium se habere et possessionē in partib' superiorib' regni. Ita etiā terra ista in partib' inferiorib': et iure hereditario z emptione z redemptōe ptinet ad regnū. Ideo rex obtēta conseruet: ne forte si aliter fecerit: et dn̄ium perdet z sub corona reduceī. ¶ Itē loquebaī spōsa O dn̄e ne indigneris si adhuc quero semel. Iste rex hz duos filios z duo regna: in altero regno eligiī rex iure hereditario in altero scd'm fauorē populi. Nūc aūt contrarium factū est. Naz filius iunior assumpt' est in regnū hereditariū. Maior v° in regnū quod p electōem debeī. E Rūdit deus. In electorib' eorum tria erāt incōuenientia: et quartū supexcellit. Inordinatus amor. Prudētia simulata: adulatio stultorum: Et diffidētia de deo et cōmunitate. Ideo electio eorum fuit contra iusticiā: contra deū: contra bonū reipublice et vtilitatē cōmunitatis. Propterea: ad puidendū paci et consulendū vtilitati cōmunitatis: necesse ē q senior filius recipiat regnū hereditariū: iunior v° ad electōem veniat. Alioquin nisi retracteīī priora facta: regnū patieī dispendium: cōmunitas affligetur. Discordia orietur inter filios erunt in amaritudine. Regnaqz eorum iam non erunt regna

sed sicut scriptũ est. Potẽtes transmigrabunt a sedibus suis: et qui ambulabant in terris elevabunt. ¶ Ecce dico tibi exẽpluz de duobꝫ regnis: in vno est electio in alio est hereditas. Primũ vbi electio est destructum et afflictũ est: qꝛ verus heres non eligebat. Et hoc fecerũt partes eligentiũ: et cupiditas ambientiũ regnum. Ergo deus nõ affligit filium ꝓ pctis patris nec ineternum irascit: sed iusticiam facit et seruat in terris et in celis. Ideo regnũ illud non veniet ad priorem glĩam et feliciorem statũ: donec verus heres cõsurget: aut ex paterna successione aut materna.

Verba dei ad sponsam de duobꝫ spiritibus: scꝫ bono et malo: et de mirabili ꝛ vtili bello in mẽte cuiusdam dñe: orto ab inspirationibꝫ boni spũs: et a temptationibus maligni spũs et quid in istis sit eligendũ. Cap. IIII.

Christus loquit spon

se. A A duobus spiritibus suggerunt et infundunt cogitatiões et infusiones in cordibꝫ hoĩm: a bono spũ scꝫ et a malo. Bonus nempe spũs suadet homi celestia futura cogitare: et tpalia nõ amare. Spũs malus suadet diligere q̃ videt: leuigat pctã. Allegat infirmitates. Et ꝓponit exempla infirmoꝝ. ¶ Ecce dico tibi exemplũ: quõ vterqꝫ spũs inflammat cor illius dñe regine tibi note: de qua alias dixi tibi. Spũs quippe bonus dicit ei ista: suggerens ea cogitationibꝫ suis. Diuitie inqt sunt onerose: honor mũdi quasi aer: et delectabilia carnis quasi somniũ: leticia trãsitoria: et oĩa mũdialia vanitas. Iudiciuz quoqꝫ futurũ ineuitabile: et tortor nimis durus. Ideo videt mihi nimis esse durum strictã tenere cõputationẽ ꝓ diuitijs trãsitorijs: spũale dedecus reportare ꝓ aere de vento. Longã tribulatõem sustinere: ꝓ delectamẽto momentaneo. Eiqꝫ rõem reddere: cui oĩa sunt nota anteqꝫ fiant. Propterea tutius ẽ dimittere multa: et facere minorẽ computatiõem: qꝫ multis inuolui et teneri ad reddendũ longã et onerosam ratõem. B Rñdit econtra inspiratõibus suis malus spũs. Dimitte inqt tales cogitatiões: quia deus mitis est ꝛ faciliter placat. Possidе bona audacter: da que possides largiter. Ad hoc ei nata es: vt habes diuitias. Ideoqꝫ diuitie tibi date sunt: vt lauderis ꝛ tribuas te petẽti. Si eñi dimittis diuitias seruies his qui tibi seruierũt. Minuet honor tuus: et auget despectio. Quia psona paup: vadit sine cõsolatione. Duruqꝫ est tibi nouis assuesci ꝯsuetudinibus. Aliens domare carnẽ morꝫ et sine seruitio viuere. Ideo stabilis esto in honore accepto. Tene statũ tuũ regaliter: dispone domũ tuaz laudabiliter. Ne si mutaueris statũ tuũ: arguaris incõstantie: sed mane in inceptis: et eris apud deũ et hoĩes gloriosa. ¶ Itez bonus spũs suadet mẽti illꝰ dñe regine ista dicẽs. Scio duo esse eterna celũ scꝫ et infernum. Dis ei qui deũ diligit super omnia: nõ intrabit infernũ. Qui vero nõ diligit deum: nõ habebit celũ. Per viã igit ad celũ incessit ipse deꝰ factus hõ confirmauitqꝫ eã signis ꝛ morte. Qꝫ gloriosa sunt celestia: qꝫ amara dyabolica malicia: et qꝫ vana sunt terrena. Ipsum qꝫ deũ imitati sunt mater eius et oẽs sancti: qui oẽm penaz sustinere oĩaqꝫ amittere magis voluerũt: imo et seipsos ꝯtempserũt: ne pderent celestia ꝛ eterna. Ideo tutius ẽ dimittere honorẽ et diuitias tẽpestiue: qꝫ in fine eas tenere. Ne forte crescente dolore in extremis decrescat memoria delictoꝝ. Illiqꝫ rapiẽt ea que congregauerã: qui de salute mea nihil curãt. C Rñdit ei econtra mala infusio dyabolica. Dimitte inqt ista cogitare. Nos sumus hoĩes infirmi: xpũs vero deus et hõ: nõ debemus equipare opa nr̃a ad opa sanctorũ: quibꝫ et maior grã et familiaritas erat cũ deo. Sufficiat nobis sperare celũ: et iuxta infirmitatẽ nr̃am viuere: et pctã nr̃a elemosinis et orationibꝫ redimere. Puerile nanqꝫ est et insipientiũ insolita assumere: et ea nõ posse ꝯsũmare. Itez rñdit bona infusio. Indigna sum inquit assimilari sctis: sed tñ tutuz est valde conari ad pfectõem paulatim. Quid nãqꝫ obest aggredi insolita. potens eñi est deus dare adiutoriũ. Sepe aũt ꝯtingit: qꝛ viam dñi potẽtis et diuitis sequit paup aliquis. Et lꝫ dñs citius ꝑuenerit ad hospitiũ: delicatisqꝫ cibis fruit: ꝛ in molli quiescit lecto paup tñ ad idem hospitiũ ꝑuenit licꝫ tarde et tñ ibidem reliquijs ciboꝝ dñi ꝑticipat. Qui nisi viã dñi secutus fuisset hospitiũqꝫ dñi reliquisset: cibis dñi vsus non fuisset. Sic et ego dico nũc: qꝛ qꝫuis indigna sim similari sctis: tñ volo aggredi viã post eos vt saltim possim ꝑticipari meritis eorum. D Nã duo sunt que sollicitãt me in aĩo. Primo qꝛ si mãsero in patria supbia dominat mihi. Amor parentũ qui iuuari petũt deprimit mentẽ meã. Supfluitas familie ꝛ vestiũ est mihi onerosa. Ideo delectat me et ꝯsultius ẽ descẽdere de sede supbie: ꝛ peregrinãdo hũiliare corpus meũ: qꝫ manere in honoris statu et pctã pctis accumulare

Secundo sollicitat me paupertas ppli ꝛ eoꝝ clamor: quē vbi iuuare deberē: quotidie ꝑsentia mea grauo. Jdeo necessariū est mihi ꝯsiliū bonū. ¶ Rñdit mala infusio ꝛ suggestio dyabolica. Peregrinari inqt non est nisi inconstantis animi. Cuz miſcḋia acceptior est deo omī sacrificio. Si eñ recedis de patria cupidi homiēs audita fama tua: spoliabunt ꝛ capient te. Et tunc ꝓ libertate senties captiuitatez: ꝓ diuitijs paupertatē. Pro honore dedecus: ꝓ quiete tribulationem. ¶ Respondit iterū inspirando spiritus bonus. Audiui inquit quendā captiuū positum in turrim: qui maiorē ꝯsolationē habuit ī captiuitate ꝛ tenebris q̄ȝ vnq̄ȝ prius habuit in abundantia ꝛ consolatōne tēpali. Jdeo si placet deo me tribulari erit mihi in maius meritum. Jpse enim pi⁹ est ad consolandum: ꝛ promptus ad subueniendum. Maxime si nō egredior de patria: nisi ꝓpter peccata mea: ꝛ ad ꝓmerendā diuinam charitatē. E Respondit iteruz mala infusio et dyabolica suggestio. Quid inquit si indigna fueris consolatione diuina: ꝛ fueris impatiens ad paupertatem ꝛ humilitatē: tunc eñ penitebit te assumpsisse rigorem. Tunc habebis baculū in manib⁹ ꝓ anulo. Panniculū in capite ꝓ corona et vilem saccū ꝓ purpureo indumēto. ¶ Respondit iterū bonus spiritus. Audiui inqt ꝙ sancta elizabeth filia regis vngarie delicate enutrita ꝛ nobiliter nupta: magnā sustinuit paupertatem ꝛ deiectionem. Que maiorem cōsolationē obtinuit a deo in paupertate ꝛ sublimiorē coronā q̄ȝ si mansisset in omni honore mūdi ꝛ eius ꝯsolatiōe. ¶ Jterum rñdit mala inspiratio. Quid inqt facies si tradiderit te deus in manus hoim: fuerisq̄ȝ violata in corpe: nunq̄d ꝑ pudore subsistere poteris. Nunq̄d nō incōsolabiliter dolebis de ꝑtinatia tua: totaq̄ȝ ꝯnatō tua scandalizata lugebit: Tunc certe cōsurget tibi impatientia: tunc anxietas in corde: ꝛ ingratitudo ad deum. Tunc optabis finiri dies tuos. Et cū in ore oīm fueris diffamata: nūq̄d audebis apparere: Jterū rñdit bona cogitatio. Audiui ex scriptura ꝙ virgo beata lucia ducta ad lupanar: cōstans in fide: ꝛ confidens de bonitate dei dixit. Quātūcūq̄ȝ verat corpus meū nihilomin⁹ virgo sum: ꝛ duplicabit mihi corona. Cui⁹ fidem respiciens deus: seruauit eā illesam. Sic ego dico: deus qui neminē ꝑmittit tēptari supra vires: custodiet aīm meū: fidez ꝛ volūtatē meā. Ego eñ totā me ei cōmitto: fiat ei⁹ volūtas de me. F Ergo quia dñā a illa his pulsat cogitationib⁹: iō admoneo eam de trib⁹. Primo ꝙ reducat ad memoriam: ad qualem honorē est electa. Secundo: qualē charitatē deus ei in cōiugio suo ostenderat. Tercio: q̄ȝ benigne in hac mortalitate est seruata. ¶ Jteruz incauto eam de trib⁹. Primo ꝙ rationez reddituꝛa est deo ḋ oib⁹ bonis suis tꝑalib⁹: adhuc etiam de quolibet obulo: quō .s. leuatus est et erogatus. Scḋo ꝙ tp̄s suū valde est breue ꝛ nesciet ante q̄ȝ cadat. Tercio ꝙ deus non parcit plus dñe q̄ȝ ancille. ¶ Jdeo ꝯsulo ei tria. Primo penitere de cōmissis: emendare fructuose confessa: deū diligere toto corde. Secundo cōsulo fugere rationabiliter penā purgatorij. Sicut eñ qui nō diligit deum toto corde dignus est magno supplicio: sic qui nō emendat peccata cū pōt dignus est purgatorio. Tercio cōsulo dimittere amicos carnales ad tp̄s ꝓpter deum ꝛ venire ad locū vbi compendiū est inter celum ꝛ mortē: ad fugiendā penā purgatorij qꝛ ibi sunt indulgentie que sunt eleuationes ꝛ redemptiones aiaꝝ: quas sancti pontifices dederunt et sancti dei sanguine suo ꝓmeruerunt.

Verba beati petri ad sponsam de desiderio quod habuit ad saluandas gētes. Et q̄liter informat sponsam ad memoriam obtinendam: ꝛ de magnis mirabilib⁹ q̄ adhuc in vrbe romana debent adimpleri vel compleri. Capłm V

Beatus petrus loquitur sponse christi.

A Tu filia cōparasti me aratro qḋ facit sulcos latos: ꝛ extirpat radices. Hoc vtiq̄ȝ verum fuit. Nā sic feruens cōtra vicia fui: ꝛ ad mores accensus: ꝙ si totū munduz potuissem ad deū ꝯuertisse: nullatenus pepcissem vite mee nec labori. Jpse quippe deus dulcis mihi fuit in cogitatu: dulcis in locutione: dulcis in opatione: inimꝰ ꝙ oīa erant mihi amara ad cogitandū ꝑter deū. Attamen ipse deus etiā mihi amarus fuit: nō ex se sȝ ex meipso. Nam quotiēs cogitabā quantū deliqui ꝛ quō eū negauerā: fleui amare: qꝛ noueram iā ꝑfecte amare: ꝛ fuerūt mihi lachryme mee delectabiles tanq̄ȝ cibus dulcis. Qꝛ ꝟo rogas me dare tibi memoriā: respondeo tibi. Nunquid nō audisti q̄ȝ obliuiosus ego fui: Ego quippe plene īstruct⁹ viam dei: iuramento obligaui me ad standum ꝛ moriendū cum deo: sed interrogat⁹ ad verbū vnius mulieris negaui veritatez et q̄re: qꝛ reliq̄t me deus mihipsi: ꝛ egoipse meipm̄ nō cognoscebā. Sȝ q̄d feci ego tūc Certe ꝯsideraui meipm̄ ꝙ nihil erā ex me:

et surrexi ⁊ cucurri ad ciuitatē dei:q̄ tm̄ memorie noīs sui impressit cordi meo: q̄ nec corā tyrannis nec inter flagella seu in morte poterā eū obliuisci. B Sic ḡ fac et tu. Surge p̄ humilitatē ad mgr̄m memorie: et pete ab eo memoriā. Ipse em̄ solus est q̄ oīa potest. Ego ṽo iuuabo te: vt p̄ticeps sias granorū q̄ ego posui sup̄ terrā. ¶ Insup̄ dico tibi q̄ ciuitas ista roma: ciuitas erat pugilū: cuius platee strate auro ⁊ argento nūc aūt lapides eius saphirei versi sunt in lutū: habitatores ei⁹ paucissimi: quorū oculus dexter erutus est: dextra manus abscissa. Bufonesq̃ ⁊ vipere habitant cū eis: p̄ quorū veneno aīalia mitia nō audēt apparere: nec pisces mei eleuare caput. Ideo adhuc i eas pisces cōgregabunt. Et si nō ita multi vt olim: erunt tñ eque dulces ⁊ audaces. Intm̄ q̄ ex eorū collisione descēdent bufones ⁊ rane: ⁊ serpentes mutabunt in agnos: et leones erūt vt columbe ad fenestras suas. ¶ Item addit. Dico tibi ampli⁹ q̄ adhuc i dieb⁹ tuis audiet. Viuat vicari⁹ Petri. Et videbis eum oculis tuis. Fodiā em̄ montē deliciarū ⁊ descendēt sedētes in eo. Qui aūt beniuole noluerint descendere: venient cōpulsi ꝯtra spem omniū. Quia exaltari vult deus cum mi̇sc̄dia ⁊ veritate.

Narratio optima beati Pauli ad sponsam: qualiter p̄cib⁹ bti stephani fuerit a deo vocatus ⁊ de lupo agnus effectus: et qualiter est bonū orare p̄ oīb⁹.

Capitulum VI

l O quit beatus paul⁹

sponse christi dicens. Tu filia cōpasti me leoni q̄ inter lupos nutritus fuerat: sed de lupis mirabiliter erept⁹ est. Vere filia lupus rapax ego eram: sed de lupo fecit me de⁹ agnū. Et hoc ꝓpter duo: Primo ꝓpter magnā suā charitatē: q̄ de indignis facit vasa sua: et de pctōrib⁹ amicos suos. Secundo ꝓpter p̄ces btissimi stephani ꝓthomartyris. Nā ostendere tibi volo: quō ⁊ in qua intentiōe tunc fui qñ lapidatus fuit stephanus: ⁊ quare merui p̄ces ei⁹. Ego quippe nō gaudebā nec delectabar d̄ pena bti stephani: nec inuidebā gl̄ie eius: sz tñ cupiebā eū mori: eo q̄ iuxta intentionē meā nō videbā ipm̄ habere fidē verā. Cūq̃ viderē eū vltra modū feruentē ⁊ patientē. ad passionē ferendā: vehemēter dolui ipm̄ eē infidelem. cū reuera ipe eēt fidelissim⁹: ⁊ ego totus cecus ⁊ infidelis. ⁊ cōpatiēdo ei: rogaui orādo ex toto corde: q̄ pena sua amara: ꝓficeret ei ad gloriā ⁊ coronā. Propterea cum primis ꝓfecit mihi oratio ei⁹: quia p̄ orationē ipsius de multis lupis ereptus sum: ⁊ factus mansuetus agnus. Ideo bonū est orare pro omnibus: qz illis ꝓficit oratio iusti: qui ꝓpinquiores ⁊ aptiores sūt ad recipiendum gratiam. Sed nunc ꝯqueror q̄ vir iste tam eloquens inter doctores ⁊ tam patiens inter lapidantes: nimis oblitus et neglectus est a cordibus multorū: ⁊ maxime ab his qui ei in nocte ac die tenerent assistere. Hi em̄ portant ei vasa sua cōfracta ⁊ vacua lutosa ⁊ abhoīabilia. Ideo sicut scriptū est. Induent ꝯfusiōe duplici et rubore: ⁊ eycient a domib⁹ voluptatis.

Visio mirabilis ⁊ notanda de quadā aīa iudicanda: ⁊ de dyaboli accusationib⁹: ⁊ virginis gloriose aduocationibus: ⁊ de expositione ipsius visionis: in qua celū p̄ palatiū christus p̄ solem: virgo p̄ mulierē: dyabol⁹ p̄ ethyopem: angelus p̄ militem designatur: ⁊ in qua duo loca penarū irremediabilia ⁊ tria remediabilia computant ⁊ multa alia mirabilia: ⁊ q̄z maxime de suffragiis.

Capitm̄ VII

v Ni persone vigilanti

in orōne ⁊ non dormienti. A Videbat in sp̄uali visiōe q̄si q̄ videret palatium incōprehensibile magnitudine. In quo erant innumerabiles vestiti vestibus albis ⁊ fulgidis: quorū q̄libet videbatur habere sedē ꝓpriā. In palacio ṽo principaliter stabat vna sedes iudiciaria: in qua erat quasi sol. Et splendor qui de sole ꝓcedebat erat incōprehensibilis: in longitudine: ꝓfunditate ⁊ latitudine. Virgo qz vna stabat iuxta sedē habēs p̄ciosam coronā in capite: omesq̃ seruiebāt soli sedēti in sede: laudantes eū in hymnis ⁊ canticis. ¶ Deinde videbat q̄dā ethyops terribilis in aspectu ⁊ gestibus: q̄si plenus inuidia ⁊ accēsus ira magna: q̄ loquēdo clamauit. O iuste iudex iudica mihi aiam ⁊ audi opa ei⁹: modicū em̄ iā restat de vita eius. Permitte q̄z mihi punire corp⁹ cū aīa: donec ab inuicem separent. Quib⁹ dictis videbat mihi q̄ vn⁹ stabat corā sede quasi miles armat⁹: pudic⁹ ⁊ sapiens in verbis: modestusq̃ in gestib⁹ suis dicēs. O iudex ecce hic sunt bona opa ei⁹ q̄ gessit vsq̃ ad hanc horā. Et statim audiebat vox de sole sedenti in sede: h̄ inq̄t vicium mai⁹ est q̄z virt⁹: nec ē iusticia q̄ vicium summe virtuti ꝯiūgat. ¶ Rn̄dit ethyops. Ergo inq̄t iusticia est vt aīa ista ꝯiūgat mihi. Sicut em̄ ipsa aliqđ viciū hz in se: sicet in me nequitia est oīs. B Rn̄dit miles. Mis̄c̄dia dei quamlibet ꝑsonam sequit vsq̃ ad mortem: et vsq̃ ad vltimū punctum

et postea fit iudicium. In isto ꝟo hoīe de
quo loquimur adhuc ↄiūcta sunt aīa ⁊ coꝛ
pus: et discretio manet in eo. ¶ Respondit
ethyops. Scriptura dicit φ mentiri nō po
test. Diliges deū sup omnia ⁊ ꝓximū tuū
sicut temetipm̄. Vide ḡ φ omnia opa isti⁹
facta sunt ex timoꝛe: nō ex charitate sicut
debuit. ¶ Oīaq₃ pctā eius de quib₃ confes-
sus est: inuenies cōfessa cum modica cōtri-
tione. Ideo ꝓmeruit infernū: q₃ demeruit
regnū celoꝝ. Et ideo pctā eius sunt hic ma
nifesta apud diuinā iusticiam: q₃ nunq₃ ad
huc obtinuit ↄtritionē ex diuina charitate
cōmissoꝝ peccatoꝝ suoꝝ. ¶ Rn̄dit miles
Ipse vtiq₃ sperauit ⁊ credidit obtinere cō-
tritionē verā ante mortē. Cui ethyops: tu
inquit oīa congregasti queciiq₃ benefecit:
omniaq₃ verba et cogitatus ad salutē aīe
eius nosti. Oīaq₃ inquit ista quecūq₃ sunt:
nō possunt assimilari gratie illi que est con
tritio ex diuina dilectione cū sancta fide ⁊
spe: ⁊ minus delere p̄nt oīa pctā sua. Nā iu
sticia ab eterno in deo est: φ null⁹ peccatoꝛ
ingrediat̄ celum: qui nō habuit ꝑfectā con
tritionē. Et ideo impossibile est: φ deus iu-
dicet ↄtra dispositionē ꝑscitam ab eterno
ergo aīa ista iudicanda est ad infernū ⁊ me
cum ad eternā penā cōiungenda. Quib₃ di
ctis miles tacuit: nihil respondēs ad eius
verba. E Post hec videbant̄ demones
innūerabiles: similes discurrētib₃ scintillis
ex feruenti igne: ⁊ clamabant vna voce dicē
tes ei qui sedebat in sede quasi sol. Nos in
quiūt scimus: φ tu vnus de⁹ es in trib₃ ꝑso
nis: ⁊ eras sine principio ⁊ ea sine fine: nec ē
alius deus nisi tu: tu vere es ipsa charitas
cui cōiuncta sunt misc̄dia et iusticia: tu fu
isti in te ab initio: nihil habens diminutū
in te nec transmutabile sicut decet deū: ex
tra te nihil est ⁊ nihil absq₃ te qd̄ gaudium
habeat. Ideo charitas tua fecit āgelos: ex
nulla alia materia nisi a deitatis tue potē-
tia: ⁊ fecisti sicut misericoꝛdia dictabat. Sꝫ
postq₃ nos intus accensi sum⁹ sup̄bia ⁊ in-
uidia ⁊ cupiditate tua charitas diligens iu
sticiā eiecit nos de celo cū igne malicie no-
stre: in abyssum incōp̄hensibilē ⁊ tenebro
sam q̄ vocat̄ nunc infernus. Sic fecit cha-
ritas tua tunc: que nec sepabit̄ adhuc de in
iuste tue iudicio: siue fiat ꝯm misericoꝛdiā
siue ꝯm equitatē. Pl⁹ dicim⁹ si res illa quā
p̄re oībus diligis que est virgo q̄ te genuit
et que nunq₃ peccauit: si unq₃ illa peccas-
set moꝛtaliter: et sine ↄtritiōe diuina moꝛ-
tua fuisset: sic diligis iusticiā: φ anima ei⁹
nunq₃ obtineret celum: sed esset nobiscum
in inferno. Ergo o iudex cur nō iudicas ani
mam istam nobis: vt puniamus eā ꝯm ope
ra sua? D Post ista audiebat̄ sonit⁹ q̄si
tube: quē qui audiebāt tacuerunt: ⁊ statim
quedā vox loquebat̄ dicēs. Silete ⁊ auscul
tate omnes vos angeli ⁊ anime ⁊ demonia
quid mater dei loquit̄. Et statim ipa virgo
ante sedē iudicij appe̅a: ⁊ habens sub mā
tello suo quasi occultas res aliq̄s magnas
dixit. O o inimici: vos ꝑseq̄mini misericoꝛ-
diam: ⁊ cum nulla charitate diligitis iusti-
ciā. Licet in operib₃ bona hic appareat de
fectus: ꝓ quib₃ hec aīa non debet obtinere
celū. Videte tū quid ego habeo sub mantel
lo meo. Cumq₃ virgo ambos apuisset sinus
mantelli: apparuit sub vno: quasi quedam
modica eccl̄ia: in qua aliqui monachi vide-
bant̄. Sub alio ꝟo sinu apparuerūt mulie
res ⁊ viri amiciq₃ dei religiosi et alij: ⁊ oēs
vna voce clamabant dicentes. Miserere mi
sericoꝛs domine. ¶ Deinde factū est silenti
um: ⁊ virgo loquebat̄ dicēs. Scriptura di-
cit. Qui hꝫ fidem ꝑfectam pōt ꝑ eā trāsfer
ferre montes in mūdo. Quid ergo tūc pos-
sunt ⁊ debēt voces istoꝝ facere: q̄ ⁊ fidē ha-
buerunt ⁊ seruierūt deo cū feruenti chari-
tate? E Quid ꝟo illi amici dei facturi
sunt: quos iste rogauit oꝛare ꝓ se vt posset
separi ab inferno ⁊ obtinere celū: nec ꝓ bo
nis opibus suis aliā remunerationē quesi-
uit nisi celestia? Nunq̄d nō p̄nt ⁊ valēt om
nes coꝝ lacrime ⁊ preces app̄hēdere ⁊ ele
uare eū vt obtineat ante moꝛtem suam di-
uinā ↄtritionē cum charitate? Insup ⁊ ego
addā p̄ces meas: cū oꝛationib₃ oīm sancto
rū qui in celo sunt: quos iste specialiter ho
noꝛabat. Et iterū adiecit virgo. O inīqt de
mones p̄cipio vobis ex ꝑtāte iudicis: attē-
dere ad illa que in iusticia nūc videtis. Tūc
omnes responderūt quasi ex vno oꝛe. Nos
siquidem videmus: φ in mūdo modica aq̄
⁊ aer magnus placāt irā dei: sic et tua oꝛa
tione placat̄ deus ad misericoꝛdiā cū cha-
ritate. ¶ Post hec audita est vox de sole di
cens: ꝓpter preces amicoꝝ meoꝝ obtinebit
iam ille diuinam contritionē ante moꝛtē.
Iutm̄ φ nō veniat in infernū: sed purgabi-
tur cū illis qui grauioꝛē penā habēt in pur
gatoꝛio. Purgata ꝟo aīa mercedē habebit
in celis cum illis: qui in terra spem ⁊ fidem
habuerūt cū minima charitate. Quib₃ di-
ctis demones fugerunt. ¶ Deinde sponse
videbat̄ φ quasi locus quidā terribilis ⁊ te
nebrosus apiebat̄ in quo apparuit foꝛnax
ardens intus. Et ignis ille nihil aliud ha-
bebat ad comburendum nisi demones ⁊ vi
uentes animas. F Supꝛa ꝟo foꝛnacē
istum apparuit anima illa cuius iudicium

tiam in superioꝛibus audituꝫ eſt. Pedea ve-
ro anime affixi fuerūt foꝛnaci: ⁊ anima sta-
bat erecta quaſi ꝑſona vna. Nō aūt ſtabat
in altiſſimo loco nec ī infimo: ſed quaſi ī la
tere foꝛnacis. Cuius foꝛma erat terribilis
⁊ mirabilis. Ignis ṽo foꝛnacis videbaẗ ſe
trahere ſurſuꝫ infra pedes anime: ſicut qñ
aqua trahit ſe ſurſum ꝑ fiſtulas: ⁊ violēter
compꝛimendo ſe aſcendebat ſuꝑ caput: in-
tantū ꝙ poꝛi ſtabant ſicut vene currētes
cum ardenti igne. Aures aūt videbanẗ qſi
ſufflatoꝛia fabꝛoꝛum: que cerebꝛum totum
cum continuo flatu commouebant. Oculi
ṽo euerſi apparebant ⁊ immerſi: ⁊ videban
tur ad occiput intus eſſe affixi. Os quoqꝫ
erat aptū: ⁊ lingua extracta ꝑ apturas na-
rium: ⁊ dependebat ad labia. Dentes aūtꝫ
erant quaſi claui ferrei affixi ꝑ palatiū. Bꝛa
chia ṽo ita longa erāt: ꝙ tendebant ad pe-
des. Manus qꝫ ambe videbanẗ habere ⁊ cō
pꝛimere quandam pinguedinem cum ar-
denti pice. Cutis ṽo q̄ appebat ſupꝛa aīaꝫ
videbaẗ habere foꝛmā pellis ſupꝛa coꝛpus
⁊ erat quaſi linthea veſtis circumfuſa ſper
mate. Que quideꝫ veſtis ſic erat frigida: ꝙ
omnis qui videbat eam cōtremuit. Et de
illa procedebat ſicut ſanies de vlcere cū coꝛ
rupto ſanguine: ⁊ fetoꝛ ita malus ꝙ nulli
peſſimo fetoꝛi in mūdo poſſet aſſimilari.
G Viſa itaqꝫ iſta tribulatione audiebaẗ
vox de illa aīa: que dixit quinqꝫ vicibꝫ: ve cla
mans cum lacrimis totis viribꝫ ſuis. Pri-
mo inquit: ve mihi qꝛ ſic modicū dilexi de-
um: ꝓ maximis virtutibꝫ eius ⁊ gratia mi
hi data. Secundo ve mihi qꝛ nō timui iu-
ſticiam dei ſicut debui. Tercio ve mihi: qꝛ
dilexi coꝛpis ⁊ carnis mee peccatricis volu
ptatem. Quarto ve mihi: ꝓpter mūdi diui-
tias ⁊ ſupbiam meā. Quinto ve mihi: ꝙ vn
q̄ꝫ vidi vos ludouicum ⁊ iohannā. ¶ Et tūc
dixit angelus mihi. Ego inq̄t volo tibi ex-
ponere viſionē iſtam. Palatiū iſtud qḋ vi-
diſti eſt ſimilitudo celi. Multitudo ṽo illoꝝ
qui erant in ſedibꝫ veſtiti veſtibus albis et
fulgidis: ſunt angeli ⁊ ſanctoꝝ aīe. Sol ve
ro ſignificat chriſtū in deitate ſua. Mulier
autem virginem que deū genuit. Ethyops
ṽo dyabolꝰ qui animā accuſat. Miles an
gelū qui bona opa aīe dicit. Foꝛnax ṽo no
tat infernū: qui eſt intus ſic ardens: ꝙ ſi to
tus mundus arderet cū oībus que in eo
ſunt: non eēt ſimile magnitudini foꝛnacis
illius. In iſto ṽo foꝛnace audiunẗ voces di
uerſe: omnes loquentes cōtra deum. Om
neſqꝫ inchoantes voces ſuas cum ve: ⁊ ſili
ter finientes. Apparentqꝫ anime quaſi ꝑ-
ſone: quarū mēbꝛa extenduntẗ inconſolabi-
liter nunq̄ꝫ habentes requiem. Scito etiā
ꝙ ignis qui videbaẗ tibi in foꝛnace: ardet ī
eternis tenebꝛis ⁊ anime in eo ardētes: nō
habent omnes equalē penam. H Te-
nebꝛe ṽo que appatuerunt in circuitu foꝛ-
nacis: vocaẗ limbus: ⁊ ꝓcedit de tenebꝛis q̄
ſunt in foꝛnace: ⁊ ſunt tñ ambo vnus locꝰ:
⁊ vnus infernus: q̄cūqꝫ illuc venerit: nūq̄ꝫ
habebit cū deo manſionem. ¶ Supꝛa vero
tenebꝛas iſtas eſt maxima pena purgato-
rij: quam anime poſſunt ſuſtinere. Et vltra
locum iſtum eſt locus alius vbi minoꝛ ē pe
na: que nō eſt alia niſi defectus viriū in foꝛ
titudine ⁊ pulcritudine ⁊ conſimilibus. Si
cut per ſimile dico: quaſi ſi aliquis eſſet in-
firmus ⁊ ceſſante infirmitate vl' pena nihil
haberet de viribus: donec paulatim recu-
peraret. ¶ Tercius ṽo locus ſupioꝛ eſt: vbi
nulla alia pena eſt: niſi deſideriū ꝑueniē-
di ad deum. Et vt melius in conſciētia tua
intelligas dico tibi ꝑ ſimilitudineꝫ: quaſi ſi
es miſcereẗ et arderet cuꝫ auro in igne ar-
dentiſſimo: et tamdiu deberet purgari do-
nec es conſumereẗ: et aurū remaneret pu-
rum. Quanto ṽo es foꝛtius ⁊ ſpiſſius eſſet
tanto ardentioꝛi igne indigeret: donec au
rū eſſet quaſi aqua currens ⁊ totum ardēs
Deinde magiſter eius ꝑfert aurū in locum
alium: vbi obtineat veram foꝛmā in viſu ⁊
tactu. Poſtea mittit in terciuꝫ locū: vbi cu
ſtodiaẗ et pꝛeſenteẗ poſſeſſoꝛi. J Sic
eſt etiā ſpūaliter. In pꝛimo loco ſupꝛa te-
nebꝛas eſt maxima pena purgatoꝛij: vbi vi
diſti illam ſupꝛadictam purgari: ibi eſt de-
monū tactus: ibi ꝑ ſimilitudinem apparēt
venenoſi vermes ⁊ ſimilitudo aīalū feroci
um. Ibi caloꝛ eſt ⁊ frigus: ibi tenebꝛe ⁊ con
fuſio que procedūt de pena que eſt in infer
no: ibi quedā anime habent minoꝛē penaꝫ:
⁊ quedā maioꝛē: iuxta ꝙ erant pctā emen-
data vel nō eo tp̄e quo anima cum coꝛpoꝛe
manſit. Deinde magiſter .i. iuſticia dei: pꝛo
fert aurum .i. animas in alia loca vbi nō eſt
niſi defectus viriū: in quibus anime tādiu
moꝛabunẗ donec refrigerium habebunt:
vel de ſpecialibus amicis ſuis vel ḋ ſancte
eccleſie ꝯtinuis opibus. Nam anima q̄ ma
ius auxilium habebit de amicis: eo citi
tius cōualeſcit ⁊ liberabiẗ ab illo loco. Pꝰ
hec anima ferẗ in locum tercium: vbi nō ē
pena niſi deſideriū ꝑueniēdi ad dei pꝛeſen-
tiam: ⁊ eius viſionem beatam. In hoc loco
moꝛanẗ multi ⁊ nimis diu: pꝛeter illos qui
in mūdo dum vixerunt: perfectum deſide-
rium habuerunt ꝑueniendi ad dei pꝛeſen-
tiam ⁊ eius viſionem. K Scito etiā ꝙ
multi moꝛiunẗ in mundo ita iuſti ⁊ innoꝛ-

tentes φ statim puenniunt ad penitentiã z visionem dei. ¶ Quidã võ pctis suis cũ bonis opib; sic emendatis: φ aĩe eoꝝ nullã sentiant penam. Sed pauci sunt: q̃ nõ veniunt in locũ vbi est desideriũ pueniendi ad deũ. Ideo omnes anĩe in istis tribus locis morantes: participant sancte ecclesie pcibus z bonis opib; q̃ fiunt in mundo. Precipue que fecerũt dũ vixerũt: z eoꝝ que fiunt ab amicis eoꝝ post mortẽ. Scito etiã φ sicut pctã sunt multiformia et diuersa. Sic etiã pene sunt multiplices z diuerse. Ideo sicut esuriens gaudet de pasticulo venienti ad os eius: sitiẽs de potu: tristis letaᵗ de gaudio: nudus de veste. Infirmus in veniendo ad lectũ. Sic aĩe gaudẽt et pticipant his bonis q̃ fiunt p eis ĩ mũdo. ¶ Deinde subiunxit angelus. Benedictus sit ille q̃ in mũdo iuuat animas: orõibus z bonis opibus: laboreq; corpis sui: qꝛ iusticia dei mẽtiri nõ põt que dicit: φ anime aut purgari debent post mortem pena purgatorij: aut operib; bonis amicoꝝ citius solui. L

Post hec de purgatorio audiebaᵗ multe voces dicentes. O dñe iesu christe iudex iuste: mitte charitatẽ tuam his qui spũaliter ptãtem habent in mundo: tũc plus pticipare poterimus q̃ nũc de eoꝝ cantu lectione z oblatione. Supra võ spaciũ istud de quo clamor iste audiebaᵗ: videbaᵗ quasi domus: in qua multe voces audiebanᵗ dicentes. Merces sit illis a deo q̃ mittunt nobis auxilium in defectib; nostris. In ipsa quoq; domo videbaᵗ quasi aurora pcedere: sb tus võ auroraꝫ apparuit nubes que nihil habebat de luce aurore: de qua vox pcessit maxima dicẽs. O dñe deus da de tua incõprehensibili ptãte: vniciuq; centesimaꝫ remunerationeꝫ in mundo: his q̃ nos eleuãt cũ bonis opib; in tue diuinitatis lucem: et tue faciei visionem.

Verba angeli ad sponsam de intentiõe pene aĩe a deo in supiori caplõ iudicate: et de remissione etiã pene ipsius: qꝛ ante eius mortẽ inimicis pepercit. Caplm VIII

Tem loquiᵗ angelus dicens.

Illa anima cuius dispositionem vidisti z iudiciũ audisti: ipã est in grauissima pena purgatorij. Et hoc ideo est: qꝛ non intelligit vtruꝫ veniet ad reqniẽ post purgationẽ an damnata sit: z hec iusticia dei est: qꝛ ipẽ habuit pscĩam seu discretionem magnam: qua vtebaᵗ ad mundũ corpaliter et non ad animã spiritualiter: quia nimis oblitus est z neglexit deum q̃diu vixit: ideo nunc anima eius patiᵗ ardorem de igne: z contremiscit de frigore. Ipsa est ceca de tenebris: et de demonũ visu horribili timorosa: surda de clamore dyaboli. Esuriens z sitiens intus: z ab extra vestita cũ cõfusiõne Attñ deus dedit ei vnã gratiã post mortẽ: φ scꝫ nõ veniret ad tactũ demonũ: qꝛ ppter solũ honorẽ dei pepcit z dimisit grauia delicta capitalib; inimicis suis z fecit amicitiã cũ capitali inimico suo. ¶ Scito etiam φ quicquid boni fecit z quicquid pmisit et dedit de bene acquisitis diuitijs: z maxime preces amicoꝝ dei minuũt z refrigerãt penam eius iuxta φ diffinitum est in iusticia dei. Alia võ bona minus bene acq̃sita q̃ dedit: pficiunt his spũaliter qui iuste antea possidebant ea: aut corpaliter si sint digni iuxta dispositionem dei.

Verba angeli ad sponsam de iudicio diuine iusticie contra animã supra dictã z de satisfactione fienda in hac vita p ipsa existente in purgatorio. Caplm IX

Tem loquitur angelus.

A Tu prius audisti φ ppter preces amicoꝝ dei: obtinuit ille diuinã contritionẽ ex charitate p peccatis modicum ante mortem: que ptritio sepauit eũ ab inferno. Võ post mortem iudicauit iusticia dei: φ deberet p sex etates ardere in purgatorio: quas habuit ab illa hora qua primo sciẽter mortale peccatũ fecit: vsq; dũ ex diuina charitate penituit fructuose. Nisi de mundo et amicis dei auxiliũ obtineret. Prima itaq; etas fuit: φ nõ dilexit deum: ppter nobilis corpis eius mortẽ: z ppter tribulatiões eiᵘ multiformes quas z ipẽ xp̃s tolerauit: nõ ppter aliam causam nisi ppter salutẽ aĩaꝝ. Secunda etas fuit: φ nõ dilexit aĩam ppriam sicut christianus deberet: nec regratiabaᵗ deo p baptismo suo. et ex eo φ nõ erat iudeus vl paganᵘ. Tercia etas fuit: φ bene sciuit que deus p̃cepit facere: z ad hec pficienda modicam habuit voluntatẽ. Quarta etas fuit: φ bene sciuit q̃ deus phibuit his qui ad celum vellent ire: z audacter fecit ptra illa: sequens nõ cõscientie stimulos sed suũ carnalem affectum et voluntatem Quinta etas fuit: φ nõ vsus est gratia z cõfessione sicut ad illum ptinebat: cum habuit tam longum tempus. Sexta etas fuit: φ modicum curabat de corpore christi: nolens illud frequenter recipere: quia a peccato continere noluit: nec charitatem habuit recipere corpus christi anteq̃ꝫ in fine vite. B Post ista apparuit quidã quasi homo modestus valde in visu: cuius vestes erant albe z fulgide quasi alba sacerdo

talis: cinct⁹ zona linea ⁊ stola rubea ad collũ: ⁊ subtus brachia ei⁹: q̃ inchoabat verba sua isto modo. Tu que hec vides attende ⁊ nota: ⁊ memorie tue cõmenda q̃ vides: ⁊ q̃ dicunt tibi. Vos quippe qui estis in mundo viuentes: non valetis eo mõ intelligere potentiã dei: ⁊ eius ante tpa ꝯstitutionem sicut nos qui cũ eo sumus: Quia illa q̃ apud deum fiũt in vnico pũcto: hec apud vos cõprehendi nõ pñt: nisi cũ verbis ⁊ silitudinibus iuxta mundi dispositionez. Ego itaqz sum vnus de illis: quẽ iste hõ iudicatus ad purgatoriũ honorauit cũ donis suis in vita sua. Ideo dedit mihi deus ex gratia sua ꝙ si aliqs vellet facere que moneo: tũc aĩa istius transferri posset in sublimiorẽ locum vbi obtineat suam veraz formã: ⁊ nullã aliam penam sentiat nisi sicut ille pateretur: q̃ magnũ morbũ habuisset: ⁊ omnes dolores abessent. Jaceretqz quasi homo sine viribꝫ. Attamen ex hoc gauderet ꝙ ꝓ certissimo sciret se ad vitã puẽturũ. C Propterea sicut tu audisti ꝙ aĩa istius clamauit quinquies ve: iõ quinqz dico ꝯsolatoria sibi. Primũ ve fuit ꝙ deũ modicum dilexit Ideo vt ab isto liberet: dent ꝓ aĩa ei⁹. xxx. calices ĩ quibꝫ sanguis dei offerat: ⁊ ipe de⁹ magis honoret. Scdm ve fuit ꝙ nõ timuit deum: ideo ꝓ isto absoluendo: eligantur. xxx. sacerdotes deuoti iudicio hoĩm: quorum quilibet dicat triginta missas quando possunt. ix. de martyribꝫ. ix. de confessoribꝫ ix. de omnibꝫ sanctis. vicesimãoctauã de angelis: vicesimãnonã de sancta maria. tricesimã de sancta trinitate: Et oẽs intente orent ꝓ aĩa istius: vt ira dei mitiget: ⁊ iusticia eius ad misericordiã flectat. ¶ Tercium ve fuit ꝓ supbia eius et cupiditate. Ideo ꝓ isto abolendo recipiant. xxx. paupes: quorũ pedes lauent cũ hũilitate: ⁊ dent eis cibaria ⁊ pecunia: vestesqz quibꝫ consolent: q̃z quilibet taz qui lauat: q̃z qui lauant roget deum humiliter: vt ꝓpter humilitatẽ suaz ⁊ amaram passionem suam: dimittat anime istius cupiditatẽ et supbiam quã cõmisit. Quartum ve fuit luxuria carnis sue: iõ quicunqz daret vnã virginẽ in monasteriũ ⁊ vnã viduam similiter: vnãqz puellã in cõiugiũ verũ: dando cũ eis tãtũ de bonis vnde sufficienter ad victum ⁊ vestitũ subsistãt tunc peccatum anime istius qđ in carne cõmiserat dimittet deus: q⁊ he sunt tres vite quas deus in mũdo stare iussit ⁊ elegit.

Q Quintum ve fuit ꝙ multa peccata cõmisit in tribulationẽ plurimorum. s. ꝙ totas vires adhibuit: qualiter illi duo prius nominati conuenirent in coniugium: q̃ nõ minus quadam cõsanguinitate coniuncti erant: q̃z si fuissent ambo de pxima parentela: ⁊ hanc coniunctionem ꝓcurauit plus ꝓpter seipm q̃z ꝓpter regnum: et sine requisitione pape contra laudabilez sancte ecclesie dispositionem. Pro isto itaqz facto multi facti fuerunt martyres: ne contra deum ⁊ sanctam ecclesiam seu christianos mores talia tolerarent: si quis tale peccatum abolere voluisset ad papam dicens: Quidaz homo tale peccatum cõmisit: nõ exprimendo psonam: attamen in fine penituit ⁊ obtinuit absolutionẽ: nõ emendato peccato. Imponite ergo mihi penitentiaz qualemcunqz vultis ⁊ tolerare possim: q⁊ ego paratus sum ꝓ eo peccatũ illud emendare. Vere si non esset isti imposita maior penitentia nisi vnũ pater noster valeret illi anime ad diminutionẽ pene in purgatorio.

Verba querimõie christi de romanis ad sponsam: ⁊ de crudeli sententia contra eos a christo illata si in peccatis suis moriant.

Capitulũ X

Filius dei loquit hec verba dicens. A O roma tu mihi pro multis beneficijs malaz retributionẽ rependis. Ego sum deus qui oĩa creaui: meaqz maximã charitatẽ p corpis mei durissimã mortẽ manifestaui: quã ꝓpria volũtate p aĩaz salute sustinui. Tres itaqz vie sũt qb⁹ te adire volui: ⁊ vere in oĩbus eis tu me ꝓdere voluisti. In prima enĩ via lapidem magnuz suspendisti sup caput meũ: vt me contereret. In secunda via acutam lanceã posuisti: que non sineret me ad te ꝓcedere. In tercia via mihi foueaz fodisti: vt in eam incaute cadens suffocarer.

¶ Sed ista que iã dico: nõ corpaliter sz spiritualiter debent intelligi. Ego quidez ad habitatores rome qui taliter faciunt loqr: sed nõ ad amicos meos qui eoꝝ opa nõ sectantur. Prima itaqz via qua venire solit⁹ sum ad cor hominis est verus timor dei: super quẽ homo ingentẽ suspendit lapidem hoc est magnã cordis duri p̃sumptõnẽ: nõ timens iudicem cui nemo resistere potest: sed ita in corde suo dicẽs. Si venerit ad me timor dei: cõteret eum presumptio cordis mei. Scđa via qua venio est diuini consilij infusio: que etiã multotiens aduenit p̃dicationibus ⁊ doctrinis. Tũc nempe in hac viã homo lanceã ponit ꝯtra me: dũ delectabiliter peccat ꝯtra p̃cepta mea: ꝓponẽs firmiter in malis suis pseuerare: donec nõ poterit ea amplius vsitare. Hec certissime est illa lancea q̃ nõ sinit ad eũ venire grãz dei.

B Tercia aũt via est illuminatio spũssancti in cuiuslibet hominis corde: ꝑ quaꝫ homo intelligere põt et pensare que ⁊ quãta ꝓ eo feceram: ⁊ qualia ꝓ ipso passus fuerã in meipso. In hac siquidẽ via ꝓfundã mihi fodit foueã: sic dicẽs in corde suo. Quicquid mihi libet hoc mihi sua charitate charius est: sufficit eñ mihi de his q̃ in hac vita delectant me cogitare: ⁊ sic diuina charitas vna cuꝫ opibus meis: quasi in ꝓfunda fouea ab eo suffocat̃. Vere habitatores rome hec omnia mihi faciũt: ⁊ certissime verbis ⁊ opibus hec ostendunt. Verba et opera mea ꝓ nihilo reputantes: mihiq̃ꝫ ⁊ matri mee ac sanctis meis in ioco ⁊ serio in leticia ⁊ ira maledicentes: ⁊ cõtumelias pro gratiarũactionibus offerentes. Illi quideꝫ nõ viuũt iuxta cõsuetudinẽ xp̃ianoꝝ sicut sancta ecclesia precipit: qꝛ maiorẽ charitatẽ nõ habẽt ad me q̃ꝫ demones: q̃ magis miserias suas sustinere volunt eternaliter suamq̃ꝫ maliciam retinere: q̃ꝫ me videre mihiq̃ꝫ in ꝑhenni gloria adherere. ¶ Sic vtiq̃ꝫ sunt illi q̃ corpus meũ nolunt accipere: qd̃ in altari de pane sicut ego ipse ꝯstitui cõsecrat̃: cuius ꝑceptio iuuat maxime cõtra dyabolicam tẽptationẽ. O q̃ꝫ miseri sunt q̃ tale iuuamen dñi sani sunt: magis q̃ꝫ venenũ respuunt ⁊ abhorrent: qꝛ nolũt se a peccatis refrenare. C Nunc igit̃ per viaꝫ viam eis incognitã veniã cũ potentia deitatis mee: vindictam mee hũanitatis contemptoribus inferendo. Et sicut ipsi mihi tria obstacula in vijs suis: ne ad ipsos ingrediar ꝑauerunt. Ita ⁊ ego alia tria ipsis parabo: quorũ amaritudinem viui et mortui sentient ⁊ gustabunt. Lapis itaq̃ꝫ meꝰ mors est subitanea ⁊ improuisa: que sic eos ꝯteret ꝙ omnia que hñt ad iocunditatẽ suam hic remanebunt: ⁊ sola anima ad indiciũ meuꝫ venire cõpellet̃. Lancea vero mea ẽ iusticia mea: que ita eos a me remouebit ꝙ nunq̃ꝫ gustabũt bonitatẽ meã q̃ eos redemi: ⁊ nunq̃ꝫ videbũt pulcritudinẽ meaꝫ: q̃ eos creaui. Fouea aũt mea est inferni tenebrosa obscuritas: in quam ipsi cadẽt: viuẽdo ibi in miseria sempiterna. Omes angeli mei in celo ⁊ omnes sancti ꝯdemnabunt eos: omnesq̃ꝫ demones: omẽsq̃ꝫ aĩe in inferno maledicent eis. Sed illos noto ⁊ de illis hec dico: qui ita dispositi sunt sicut ẽ dictũ supius: siue fuerint religiosi siue seculares clerici: siue layci siue mulieres siue ipsoruꝫ filij ⁊ filie: qui ad tantã deuenerũt etatẽ. ꝙ intelligunt deũ omnia pctã vetuisse: et nihilominus tñ pctĩs se implicãt voluntarie amore dei excluso: eiusq̃ꝫ timore paruipenso. ¶ Veruntamen talis est mihi adhuc voluntas qualis fuit mihi pendenti in cruce. Idem enim sum modo qui tunc fui: quando latroni misericordiaꝫ petenti pctã omnia dimisi: ⁊ celi portas aperui. Alteri q̃ꝫ latroni me ꝯtemnenti: inferni claustra patefeci. Vbi ꝓ pctĩs suis eternaliter cruciat̃.

Verba sancte agnetis ad virginem gloriosam ipsam laudantia ⁊ benedicentia: et qualiter rogat virginẽ ꝓ filia: ⁊ de rñsione dñi ⁊ virginis dulci ⁊ ꝯsolatoria ad sponsaꝫ ⁊ qualiter iste mundus per ollam designatur. Capl̃m XI

Agnes loquit̃. O maria A mater et virgo virginuꝫ tu merito vocari poteris aurora: quã sol verus iesus christꝰ illuminauit. Sꝫ nunquid voco te auroram ꝓpter regalẽ ꝓgeniem: aut ꝓpter diuitias ⁊ honores: Nequaq̃ꝫ. Sed merito dicenda es aurora propter humilitatem: ꝓpter fidei illuminationem: ꝓpter singulare votum castitatis. Tu enĩ es veri solis nuncia ⁊ ꝓductiua. Tu iustoꝝ leticia. Tu demonum expulsio: tu consolatio pctõꝝ. Ergo rogo te ꝓpter nuptias istas quas deus fecit tecũ hora ista: vt filia tua stare possit in honore ⁊ amore filij tui. ¶ Respõdit mater dei. Nũq̃ intelligis nuptias istas edicito ꝓpter istam que hec audit: Respondit agnes. Tu ꝑe vtrunq̃ꝫ mater ⁊ virgo ⁊ vxor es. Naꝫ pulcerrime facte sunt in te nuptie hora ista: cum deus homini in te cõiunctus est: absq̃ꝫ confusione ⁊ diminutiõe dꝗtatis. Virginitas q̃ꝫ ⁊ maternitas sociate sunt: illeso virginitatis pudore: simulq̃ꝫ mater ⁊ filia facta es tui creatoris. Illum quippe hodie genuisti tẽpaliter: qui a patre eternaliter genitus: oĩa cuꝫ patre opatus est. Naꝫ spũssanctus in te fuit et extra te et circũquaq̃ꝫ tecũ: qui fecundauit te consentientẽ nuncio dei. Ipseq̃ꝫ filiꝰ dei qui hodie natus est de te: etiã fuit in te anteq̃ꝫ nuncius suus ꝑueniret ad te: id̃ fac misericordiam cũ filia tua. B Ipsa eĩ similis est illi paupcule mulieri q̃ habitans in conualle: nihil habebat nisi modicũ viuidum vtputa gallinã vel anserẽ: que ad dominũ q̃ in monte vallisꝰ habitabat tñ affecta est: ꝙ quicq̃d habebat viuidũ dño ĩ mõte ex charitate offerebat. Cui dñs respõdit Supabundo in oĩbꝫ: nec tua mihi sunt necessaria: sed forte ideo parua tribuis vt tibi maiora tribuant̃. Cui illa. Nõ inq̃t hec ideo offero: quia tibi necessaria sunt: sed qꝛ me tantillaꝫ paupculam cohabitari fecisti monti tuo: a seruisq̃ꝫ tuis honorata sum.

Ideo tantillum qđ mihi tamen est confor-
tatoriū offero tibi: vt probes ꝙ facerez ma
ioza si valerem: ꝛ ne gratie tue sim ingrata
¶ Respondit dñs: qꝛ me tāta charitate di
ligis: ego eleuabo te ad montem meum: et
dabo tibi ꝛ tuis vestes ꝛ victum annualem
¶ Sic nunc est filia tua disposita. Ipsa em̄
illud solū qđ habebat viuidū .i. amorē mū-
di ꝛ filioꝝ reliquit tibi. Ideo tue pietatis ē
puidere ei. ¶ Respōdit mater ad spō-
sam filij dicens. Filia sta stabilis. Ego roga
bo filium meū qui dabit tibi victum annu
alem: ꝛ collocabit te in mōte: vbi milia mi-
lium angeloꝝ seruiunt ei. Naz si computa
rent omnes homines qui nati sunt ab adā
vsqꝫ ad nouissimū qui nasciturus est in fi-
ne mundi: plusqꝫ decē angeli inuenirent p
vnoquoqꝫ hoīe. Mundus quippe nō est ni
si quasi quedā olla. Ignis vero subtus ollaz
et cinis: sunt amici mundi. Sed amici dei
sunt quasi cibus optimus in olla. Ergo qñ
parata fuerit mensa: tūc cibus dulcis p̄sen
tabit dño ꝛ delectab. r in eo: olla vero frange
tur sed tñ ignis nō extinguet.

Verba virginis matris ad filiam de re-
volutione amicoꝝ dei in hoc mundo: nunc
in tribulationib; spūalib; nūc in ꝯsolatio-
nibus: et quid sit tribulatio spūalis ꝛ cōso-
latio: ꝛ qualiter amici dei debent gaudere
ꝛ ꝯsolari temporaliter. Cap. XLI

Mater loquit. Amici
m A dei debēt volui in mūdo: nūc
tribulatiōe spūali: nūc cōsolatiōe
spūali. Cōsolatio vero spūal est īfusio spūsci
ꝯsideratio magnaliū opeꝝ dei. Admiratio
patie ei?. Et qñ hec oīa delectabilr ope ad-
implent. Tribulatio vero spūalis est illa: qñ
contra voluntatē cogitationes immūde ꝛ
inoportune ꝯturbant mentē: qñ mens an-
gustiat de inhonoratiōe dei: ꝛ de dispendio
aīarū: qñ animus ex rōnabili causa cogit
temp̄alibus sollicitudinib; implicari. Sic
etiā amici dei: qñqꝫ p̄nt consolari cōsolatio
ne tp̄ali: sicut de verbis edificatorijs: de lu-
do honesto: seu de alijs opibus in quib; ni-
hil detractoriū sit aut inhonestū. Sicut p
exemplū intelligere poteris. ¶ Si em̄ pu
gnus semper tenet clausus aut ꝯtraheren
tur nerui: aut manus debilitaret. Sic est
etiā in spūalibus. Si em̄ animus staret sp
in contemplatione: aut obliuiscens seipm
euanesceret supbia: aut minueret corona
glorie sue. Ideo amici dei qñqꝫ consolant
spiritussancti infusione: quandoqꝫ tribulā
tur dei pmissione: qꝛ p tribulationes extir-
pauerunt radices petōꝝ: ꝛ fructus iusticie ra-
dicantur. ¶ Uerum tamē deus qui vi-
det corda ꝛ intelligit omnia moderat tem-
ptationes amicoꝝ suoꝝ vt sint eis ad pro-
fectum: qꝛ oīa facit ꝛ pmittit iuste in pon-
dere et mēsura. Ergo qꝛ inuocata es in spi
ritum dei: noli sollicitari de longanimita-
te dei: quia scriptū est ꝙ nemo venit ad de-
um nisi pater traxerit eū. ¶ Sicut em̄ pa-
stor cū fasciculo floꝝ attrahit ꝛ allicit oues
in domū: postea claudēs diligenter domū:
licet oues discurrāt p ambitum non tamē
habebunt egressum: quia domus munita ē
parietibus: tectum altū: ianue quoqꝫ clau
se. ¶ Propter quod oues assuescūt comede
re fenum: intantum ꝙ facte mansuete: eti
am comedunt fenū de manu pastoris. Sic
etiam est factum tecū. Illa em̄ que tibi an
tea videbantur importabilia ꝛ difficilia: iā
facta sunt leuia: intantum ꝙ te nihil iā de-
lectat sicut deus.

Verba christi ad sponsam que lacryme
deo sunt accepte ꝛ que nō: ꝛ de quib; fienda
seu eroganda est elemosyna paupib; p aīa
bus defunctoꝝ: ꝛ de consilio ꝛ rogamine
xp̄i ad sponsam. Capitulū XLII

Filius loquit. Mira-
m A ris cur illum non audio que3
vides multas habere lacrimas: et
plurima largiri paupibus p honore meo.
Respondeo tibi ad primum. Ubi duo fon-
tes decurrunt: frequenter contingit: ꝙ in
vnū ꝯuenientes: alterius aqua que turbi-
da est ꝛ lutosa: maculat et deturpat aquaz
fontis purissimi: quam factam lutosaz q̄s
poterit bibere? Sic est etiam de lacrimis
multoꝝ. Quorūdam em̄ lacrime quando-
qꝫ pcedunt ex humiliatione inclinationis
nature: quandoqꝫ ex mundi tribulatiōe et
timore inferni. Taliū enim lacrime lutose
sunt ꝛ fetide: qꝛ non procedunt ex charita
te dei. Sed ille lacrime sunt mihi dulces: q̄
procedunt ex cōsideratione beneficioꝝ dei
ꝛ ex consideratione suorum petōꝝ ꝛ amore
ad deum. Tales lacrime eleuant animaz a
terrenis in celum: ꝛ regenerant hominē ad
vitam eternam. Nam duplex est generatō
carnalis et spūalis. Carnalis generatio ge
nerat hominem de immūdicia ad immūdi
ciam. Plorat damna carnis: sustinet gau-
denter labores mundi. Talium filius non
est filius lacrimaꝝ: qꝛ p tales lacrimas nō
acquirit vita eterna. Sed illa generat fili-
um lacrimaꝝ q̄ plorat dispendia aīe: q̄ sol-
licita est ne fili? offendat deū. Talis mater
ꝓpinquior filio est q̄z q̄ generat carnaliter.
qꝛ p talē generationē acquirit beata vita.

B Ad secundum.s. ꝙ tribuit elemosinas pauperibus: respondeo tibi. Si emeres tunicam filio tuo ex pecunia serui tui: nunquid de iure nõ esset tunica eius qui possidebat pecuniam: esset vtiq̃. Sic est etiã spũaliter. Nam quicunq̃ grauat subditos suos aut ꝓximos: vt ex eoꝝ pecunia succurrat animabus caroꝝ suoꝝ: plus me ad irã ꝓuocat q̃ mitigat: q꞉ ablata iniuste ꝑderunt his qui bona iuste antea possidebant ⁊ nõ ꝓ q̃bus dant. ⁋ Veruntñ q꞉ iste beneficit tibi: benefaciẽdũ est ei ⁊ spũaliter ⁊ corꝑaliter: spiritualiter fundendo ad deũ preces ꝓ eo: q꞉ nullus credit quantũ deo placẽt p̃ces hũiliũ: sicut ꝑ exemplũ ostendã tibi. Si quis offerret regi pondus magnũ argenti: diceret a circunstantibꝫ: hec est magna p̃senta tio. Si vero legeret vnũ pater noster regi: derideret. Sic est ecõtra apud deũ. Quicũq̃ enĩ offert ꝓ aĩa alterius vnum pater nr̃ acceptiꝰ ẽ deo pondere magno auri. Sicut patuit in illo bono gregorio q̃ oratõne sua traiã infidelem cesarẽ eleuauit ad altiorem gradũ. C Secũdo dicito ei hec verba. quia bene fecisti mihi: rogo deũ oĩm remuneratorem: vt reddat tibi ꝰm gratiã suam. ⁋ Itẽ dic ei sic: charissime vnũ ꝯsulo tibi: ⁊ vnũ rogo. Consulo vt apias oculos cordis tui: ꝯsiderando instabilitatẽ ⁊ vanitatẽ mũdi. Recogitando quantũ refriguerat charitas dei in corde tuo. Et q̃ grauis est pena: ⁊ horrendũ iudiciũ futuꝝ: ⁊ attrahe charitatẽ dei in cor tuũ: disponẽdo oĩa tpa tua: bona tpalia: opa: affectus ⁊ cogitatiões ad honorẽ dei: filios q̃z tuos trade ordinationi ⁊ dispositioni dei: nihil ꝑpter eos de amore dei minuẽdo. Secundo rogo vt ĩ oratio nibꝫ tuis impetres: q̃tinus deus qui omia potest donet tibi patientiã: et impleat cor tuũ sua benedicta charitate.

⁋ Verba confortatiua christi ad sponsam in timore positã: ꝙ non debeat timere: de his que vidit ⁊ audiuit: q꞉ spũsancti sunt: et quõ dyabolus ꝑ serpentẽ ⁊ leonẽ: cõsolatio sctĩ spũs ꝑ linguã designant̃: ⁊ qualiter sit opponendũ dyabolo. Cap. XIIII

Ilius loquit̃. Cur timeres ⁊ sollicitaris ex eo: ꝙ dyabolus immittit aliqua in verba spiritusscti. Nunq̃d aliquẽ audisti cum seruare linguã suã sanã: q̃ eã misit inter dentes leonis cõmoti: Aut nunq̃d aliq̃s q̃nq̃z suxit mel dulcissimũ de cauda serpentis: nequaq̃. Sed q̃s est leo vel serpẽs nisi dyabolus: Leo ꝑpter maliciã: serpens ꝑpter astutiã. Quid ṽo lingua nisi ꝯsolatio spũsctĩ. Quid nãq̃ est linguã ponere inter dentes leonis: nisi verba spiritussancti qui in specie lingue apparuit: ꝑpter fauorẽ ⁊ laudem humanã dicere: Ergo quicunq̃ laudes dei ad placendũ hoĩbꝫ loq̃tur: hic vtiq̃ mordetur ⁊ decipit̃ a dyabolo: q꞉ verba illa q̃uis sint dei: nõ ꝓcedũt de ore charitatis dei: et lingua.s. spiritussancti consolatio auferet ab eo. Qui ṽo nihil desiderat nisi deũ omnia q̃z mundialia sunt ei molesta: nec corpꝰ affectat videre nec audire nisi que dei sunt Anima q̃z eius in infusione spũsancti letatur: hic talis decipi nõ põt: q꞉ spũs malꝰ cedit spũi bono: nec audet ei appropinquare B Quid ṽo significat mel de cauda serpentis sugere: nisi cõsolationẽ spiritussancti de suggestiõibus dyaboli sperare: quod nequaq̃ fieri potest: quia dyabolus se magis millies occidi ꝑmitteret: q̃ vnicũ verbum ꝯsolatorium daret anime: cuius exitꝰ tenderet ad finem vite. Ergo noli timere. Deus enim qui incepit bonum tecum perficiet ad finem bonum. ⁋ Veruntamen scito ꝙ dyabolus est quasi canis venaticꝰ dimissus de copula: quando videt te non esse in infusione spiritussancti: currẽs ad te cũ temptationibus ⁊ suggestionibꝫ suis. Sed si opposueris ei aliq̃d durũ ꝙ dentes sui vel doleant vel obstupescant: statim resiliet a te nec nocebit tibi. Quid ṽo est durũ opponendũ dyabolo: nisi charitas diuina ⁊ obedientia mandatoꝝ dei: que cum viderit dyabolus perfecte in te: statim dentes eius: id est conatus eiꝰ et voluntas frustrabit̃: q꞉ cõsiderat te omnia contraria magis velle pati q̃ mandatis dei ꝯtraire.

Verba christi ad sponsã cur boni ĩ hac vita tribulantur ⁊ mali prosperant̃: ⁊ quõ deus probat ꝑ exemplum: ꝙ q̃nq̃ ꝑmittit tẽpalia: in quibꝫ subintelligunt̃ spũalia: et qualiter deus nõ p̃dixit singula ad certas horas: cum omnes horẽ momenta ei sint nota. Caplm XV

Ilius dei loquit̃. Miraris cur amicum dei honorandum audisti tribulari: inimicũ ṽo dei honoratũ: quem credebas flagellandũ. sicut dictum fuit tibi in alia diuina visiõe. Rñdeo tibi: verba mea: ⁊ spũaliter ⁊ corꝑaliter intelligi debẽt. Quid enĩ ẽ tribulatio mũdi nisi ꝑ̃patio q̃dã ⁊ eleuatõ ad coronã. Quid ṽo ꝓsꝑitas mũdi homĩ abutẽti gr̃a nisi descẽsus q̃dã ad ꝑditionẽ: Ergo tribulari in mundo: vera exaltatio est ad vitam ꝓsꝑerari ṽo in mundo homini iniusto: verus descensus est ad infernũ. ⁋ Ideo ad in

struendum patientiam tuaz in verbis dei.
dico tibi vnū exemplū. Quasi mater vna
esset habens duos filios: quoꝝ vnus natus
fuit in obscuro carcere: nihil sciens nec au-
diens nisi tenebras ⁊ lac matris. Alius ꝟo
natus fuit in tugurio paruo: habens cibū
humanū: requiē in lecto: seruitiū ab ancil-
la. Ei ꝟo qui in carcere natus fuit dixit ma
ter. O fili si volueris egredi a tenebris: ha-
bebis cibū delicatiorē: lectū molliorē ⁊ tuti
orem locum. Quod puer audiens egressus
est: qꝛ si mater promisisset sublimiora. s. vel
currentes equos vel domos eburneas aut
lataz familiā: nō credidisset: qꝛ nihil noue-
rat nisi tenebras: et lac maternū. Sic ⁊ de-
us q̄nqꝫ parua ꝓmittit in quibꝫ altiora in
telligit: vt homo ꝑ tp̄alia addiscat celestia
cogitare. B Alteri ꝟo filio dixit mater
O fili quid tibi vtilitatis est morari in isto
vili tugurio? Audi igit̄ ꝯsiliū meū ⁊ ꝓderit
tibi. Ego scio duas ciuitates. In prima est
habitantibꝫ gaudiū interminabile ⁊ indici
le: honorqꝫ sine fine. In scd̄a est exercitiuz
pugilum: vbi omnes qui pugnant fiunt re
ges: omnesqꝫ qui vincunt̄ vincunt. Nō pu-
er audiens ⁊ egrediens ad stadium: regres
sus dixit matri. Vidi inquit mirabilem lu
dum in stadio: alij ꝯsteruebant̄ ⁊ conculca
bant̄. Alij denudabant̄: et mortificabant̄:
attn̄ omnes tacebant omnes ludebāt: nul
lusqꝫ contra ꝯsternentes se leuauit caput
siue manū. ¶ Respōdit mater Ciuitas ista
quā vidisti nō est nisi suburbium ciuitatis
glorie. In isto eñ suburbio experiri vult do-
minus illos: qui fuerint apti intrare ciuita
tem glorie. Et q̄s viderit vigilantiores ad
certamina: hos in gloria sublimius corona
bit. Et ꝓpterea in ipso suburbio resident hi
qui ꝓbaturi sunt illos qui in gloria sūt co
ronandi. Qꝛ ꝟo vidisti ꝓstratos denudari:
verberari ⁊ tacere: hoc ideo est: qꝛ vestes no
stre maculate sunt ex tenebris tugurij nr̄i:
que vt subtilius mundent̄ opus est magno
certamīe ⁊ labore. C Rn̄dit puer gra-
ue est cōculcari ⁊ tacere: melius eñ iudico
redire ad tuguriū meū. Cui mater. Si in-
quit manseris in tugurio nr̄o: orient̄ ex te
nebris nostris ⁊ vetoribꝫ nostris vermes ⁊
serpentes quoꝝ auditu horrescit auditus
tuus: quorum morsu infrigidabitur om̄is
virtus tua: quorum cohabitatione malles
nō fuisse natus. Quod puer audiens ⁊ cor
porale bonum appetens: quod tamen ma
ter intellexit spiritualiter: fact⁹ est animo-
quior et quotidie incitabatur ad coronam
Sic facit ⁊ deus. Nam quandoqꝫ ꝓmittit
et tribuit temporalia: quandoqꝫ ꝓmittit

carnalia in quibus subintelligit spiritua-
lia. vt et animus per accepta munera inci-
tetur ad feruorem dei: ⁊ per intellectū spi-
ritualem humilietur: ne de seipso p̄sumat:
sicut fecit deus israeli. Primo namqꝫ pro-
misit ⁊ dedit eis temporalia: et cum eis fe-
cit etiam mirabilia: vt ꝑ talia erudirentur
ad inuisibilia et spiritualia. Deinde facta ī
eorum intellectu maiori deitatis cognitōe
cum prophetis deus loquebat̄ obscura ver
ba: et difficilia ad intelligendum: intermi-
scens quedam consolatoria ⁊ gaudiosa: q̄n
do scilicet promisit populo reditum ad pa
triam: pacem ꝑpetuam: omniaqꝫ ruinosa
edificanda. Que omnia ꝓmissa licet popu
lus carnalis intellexit et habere ea voluit
carnaliter: de⁹ tn̄ quedā carnaliter q̄dā ꝟo
sp̄ualiter adimplēda prescivit ⁊ prefiniuit
D Sed potes querere. Cur deus cui om
nes hore et momenta nota sunt: non pla-
ne et ad rectas horas predixit singula: aut
cur alia dixit: et alia notauit? Respondeo
tibi. Israel carnalis erat: ⁊ carnalia sola de
siderabat: nec inuisibilia nisi ꝑ visibilia pci
pere poterat. Ideo placuit deo multis mo
dis erudire populum suum: vt creduli pro
missionum dei coronarentur sublimius ꝓ
pter fidez: vt proficientes in bono feruerēt
amplius: vt desidiosi succenderent̄ ad deū
feruentius: vt transgredientes desisterent
peccare liberius: vt tribulati tolerarēt mi
serias suas patientius: vt laborantes subsi
sterent delectabilius: vt expectantes ꝑ ob-
scuram ꝓmissionem sublimius coronarent̄
Si eñ deus carnalibus sola spiritualia ꝓ
misisset omnes tepuissent ab amore celesti
um. Si ꝟo sola carnalia ꝓmisisset: que tūc
differentia fuisset hominū ⁊ iumento? Sed
pius ⁊ sapiens deus: vt homo moderate tā
q̄ꝫ moriturus: iuste gubernaret corpus su
um dedit ei corporalia: vt aūt appeteret ce
lestia ostendit beneficia ⁊ miracula celestia
vt ꝟo timeret peccare ostendit iudicia ter-
ribilia: et immissiones ꝑ angelos malos vt
etiam illuminator promissionum et dator
sapientie expectaretur ⁊ desiderarent̄: obscu
ra ⁊ dubia cum consolatorijs intermiscebā
tur. E Sic etiā adhuc hodierna die de
us ꝑ similitudines corꝑales indicat īdicia
spiritualia: ⁊ loquendo corꝑalez honorē in
telligit sp̄ualē: vt soli deo oē magisterium
tribuant̄. Quid eñ est honor mūdi nisi vēn
tus ⁊ labor ⁊ diminutio diuine cōsolatiōis
Quid ꝟo est tribulatio nisi p̄uatio ꝟtutis?
Ergo ꝓmittere iusto honorez mūdi: quid ē
nisi p̄uatio cōmodi sp̄ual? Promittere ꝟo
tribulatiōes mūdi: q̄d est nisi medicamētū

et antidotum magne infirmitatis: ¶ Propterea si ia verba dei multipliciter intelligi possunt: nec tñ ob hoc aliqua in deo mutabilitas est consideranda: sed sapiētia eius admiranda ⁊ formidanda. Nam sicut in prophetis multa dixi corporaliter: que ⁊ corporaliter pficiebant. Multa etiā dixi corporaliter: que spūaliter pficiebant vel intelligebant. Sic facio et nunc: ⁊ quando hec ptingunt causam eorum indicabo tibi.

Verba virginis ad filiam quō dyabolus astute frequenter ducit sub deuotōis pelle aliquando aliquos inter seruos dei: vt ipos perturbent: ⁊ quibus indulgentie largiunt: ⁊ quō dispositio ecclesie p anserē ⁊ deus p gallinam designant: ⁊ qui sunt digni vocari pulli dei. Capitulū XVI.

Mater loquit sponse

christi. A Cur collegistis istum cuius lingua magniloqua: vita ignota: mores mūdiales? Respondit illa: qz inquit credebant bonus: ⁊ ne cōsiderer: si homo lingue note despiceret. Veruntā si deo displicuisset pscirem: nō magis eum qz serpentem collegissem. ¶ Cui mater. Nec inquit voluntas tua bona: custodiuit ⁊ refrenauit linguā eius et cor: ne vos ad perturbationē cōmoueret. Dyabolus quippe astutus adduxit vobis lupū in vellere ouis: vt inueniret occasionē sollicitandi vos: ⁊ i vos garriedi. Respondit illa: nobis apparet q deuotus ⁊ penitens: ⁊ q visitat sanctos et dicit se velle abstinere a peccato. ¶ Respondit mater. Vbicunqz anser est eius penne, vtrū comedit caro an penne? Non ne penne abhomiābiles sunt stomacho: caro vo cibat ⁊ pfortat? Sic est spūalis dispositio ⁊ constitutio sancte ecclesie. Est enī quasi anser: in qua est corpus christi tanqz caro recentissima. Sacramēta sunt quasi interiora anseris: ale vo significatur virtutes ⁊ actus martyrū et pfessorū. Plume aūt notant charitatē ⁊ patientiā sanctorū. Sed penne significant indulgētias: quas sancti viri cōcesserunt ⁊ promeruerūt. Ergo ois qui venit ad indulgentias ea intentiōe vt a peccatis priorib absoluant: et tñ vt remaneat in priori viciosa consuetudine: hic qdē habz pēnas anseris: de quib nec cibant nec cōfortat aia. Sed solummodo si sumātur operantur ad refectiorē. B Qui vero eo aīo veniunt ad indulgentias: vt deinceps fugiant peccata: vt iniuste ablata restituant: vt lesis iniuste satisfaciāt: vt vnū obnliī cū turpi lucro nō acqrāt: vt ad vnū dīe viuere nō vellent nisi fm velle dei: vt in aduersitate ⁊ psperitate deo volūtatē suā submittant vt honores mūdi et amicicias eius fugiant: hic quidē talis habebit remissionē petōr: filiusqz est angelo dei i cōspectu dei. ¶ Ei vo qui gaudet de absolutiōe petōrū prior: nec tñ hz volūtatē relinquēdi priores vanitates ⁊ inordinatas mētis sue affectiōes: sz iniuste acquisita vult retinere: mundū in se et in suis diligere: de hūilitate erubescere: psuetudines prauas nō fugere. carnē suā a supfluis nō restringere: huic qdē valent penne. i. indulgentie: ad refectionē. i. ad obtinendū ptritionē ⁊ cōfessionē: qbus eycit petm ⁊ acqrit gra dei. ¶ Euolabitqz quasi pennis qbusdā de manu dyaboli in sinū dei. Si tñ ad hec obtinenda: psonaliter eū volūtate bona velit coopari. Respōdit illa. O mr miscdie ora p isto vt gratiā inueniat i pspectu filij tui. Cui illa: spiritussanctus inqt visitat eū: sz aliqd qsi petra iacet antē cor eius phibēs ne gratia dei ingrediat. C Deus quippe est qsi gallina calefaciēs oua: de quib fiūt viuētes pulli. Oia itaqz oua q subtus gallinā sunt: recipiunt calorē eius: nō aūt alia circūiacētia: nec mater frangit testā oui in q pullus pcipitur: sz ipse pullus rostro suo temptat frāgere: qd vidēs mater: illi pullo calidiorē locū pparat vbi subsistat. ¶ Sic deus oēs cū gratia sua visitat. Eos vo q sic cogitāt: nos inquiunt abstinere volumus a petō: ⁊ iqztū possumus conari volumus ad pfectionē: hos visitat spūssctūs frequentius vt pfectius possint. Qui vero omnem voluntatem suam cōmittūt deo: nolētes nec minima facere cōtra amorem dei: sed sequunt eos quos viderūt tendere ad pfectiora: ⁊ stant humiliū hominū psilio: reluctantes discrete motibus carnis sue: hos quasi gallina pullos subijcit sibi deus: faciēdo eis iugū suū leue: ⁊ psolādo eos in difficultatib suis. D Qui vo ppriā sequunt voluntatē: cogitantes modica bona que faciunt esse digna apud deū mercede: nec conant ad maiorem perfectionē: sz stant in his que mētē delectāt: excusantes fragilitatē suam exēplis aliorū: ⁊ leuigātes culpas suas peruersitatib aliorū: tales non sunt pulli dei: qz voluntatē nō habēt frāgere duriciam ⁊ vanitatē cordis sui. Sed si possent vellēt magis diu viuere: vt i peccato diu possent perseuerare. Non fecit sic ille bonus zacheus: nō sic magdalena. Sz qz in oib mēbris offenderant deū: oia mēbra dederūt ei ad satisfaciendū ei p offensis. Et qz ad mūdi honores ascēderūt mortaliter descēderūt in ctēptū hūiliter: qz difficile est deum ⁊ mundū simul diligere:

nisi fuerit sicut animal illud qd oculos ha-
bebat ante ꝛ retro:ꝛ talis quãtũcũqꝫ solli-
citus est tribulabit tñ. Qui aũt tales sunt
sicut huiusmodi zacheus ꝛ magdalena: tu
tiorem ptẽ elegerũt. Declaratio. ¶Hic
aduocatus ofgocie venit ad annũ iubileũ:
plus ex timore q̃ȝ amore d quo loquit xps
in roma. Ois qui euaserit piculũ aliqd ca-
uendũ est ne recidiuet in priora. Nam nau
te etiã in portu nimiũ cõfidentes pichtan
tur. Ideo iste caueat sibi ne veniat ad prio
rem statuz officij sui. Alioquin nisi cauerit
amittet desiderabilia. Cõgregata venient
ad extraneos. Filij nõ recipiẽt hereditatez
et ipse nõ sine dolore apud alienos moriet
Hic rediens factus est iterũ exactor et om
nia ita euenerunt.

Informatio optima sancte Agnetis ad
filiam: ad bene ꝛ laudabiliter viuendum: et
ad malam vitam ꝛ deo ingratam precauẽ-
dum. In q̃ fortitudo ꝛ patiẽtia pcurrũ p q̃
tuor ꝟo rotas designant iste quatuor ꝟtu
tes. s. pfecte oia relinquere pter deũ: hũli
tas: deũ sapiẽter diligere: carneqꝫ discrete
refrenare: ꝛ ponũt quedã alia de religiosis
Capitulum XVII.

Gnes loquit sponse

a christi. A Vidisti inquit dñaz
supbã in curru supbie hodie. Cui
sponsa respondit. Vidi inquit ꝛ tabescebã
qꝛ caro ꝛ sanguis: puluis ꝛ stercus se ibi lau
dari querit: vbi merito debet se humiliare.
Quid enim est talis ostẽtatio nisi prodiga
donoꝝ dei cõsumptio: vulgi admiratio: in
stoꝝ tribulatio: paupeꝝ desolãtio: dei puo
catio: sup̃bus obliuio: iudicij futuri grau-
or vindicatio: ꝛ dispendiũ animarum: Re
spondit agnes. Gaude filia: qꝛ a talibꝫ ere-
pta es: ppterea ꝛ describere tibi currũ quẽ-
dã volo: i q̃ te secure poteris reclinare. Cur
rus itaqꝫ in quo sedere debes est fortitudo
ꝛ patientia in tribulatiõibꝫ. Cũ em̃ hõ car-
nẽ refrenare cepit: ꝛ totã volũtatẽ suã deo
cõmittere: aut sollicitat mẽtẽ supbia: que
hoĩem eleuat a se et supra se: quasi sit sit
deo ꝛ hoibꝫ iustis: aut certe frangit eũ im-
patiẽtia ꝛ indiscretio: vt vel redeat ad soli-
ta: vel deficiat in viribus vt inept⁹ sit in la
bore dei. Propterea est op⁹ patiẽtia discre-
ta: vt nec impatiens retrocedat: nec indi-
screte pseneret: sed viribꝫ ꝛ tpibꝫ se ꝯformet
B Prima ꝟo rota curr⁹ isti⁹: est volũtas
pfecta relinquendi oĩa pter deũ: nilqꝫ desi
derare nisi deũ. Nã sunt multi q̃ tpalia re
linquũt eo fine vt aduersitatibꝫ careãt: ꝛ tñ
nihil eis desit ad vtilitatẽ ꝛ voluptatẽ: quo

rum rota nõ est bene ductilis ꝛ versatilis.
Qui cũ pungit paupertas desiderãt sufficiẽ-
tiã: cũ grauat aduersitas requirũt psperã
cũ tẽptat eos delectõ murmurãt de dispo-
sitione diuina: ꝛ affectant honores. Cũ pre
cipiunt ꝯtraria q̃rũt ꝓprias libertates. Er
go illa volũtas ẽ deo placita: q̃ nihil de suo
hře desiderat: nec in psꝑitate nec in aduer
sitate. ¶Scđa rota est hũilitas q̃ hõ repu
tat se ad oia bona indignũ ponẽs añ oclos
suos oĩ hora pctã sua: reũ se existimãdo in
ꝯspectu dei. ¶Tercia rota est diligere deuz
sapienter: Ille plane sapienter diligit: q̃ se
ipm circũspiciẽdo odit vicia sua: q̃ ꝯtristat
de pctis ꝓximoꝝ ꝛ parentum suoꝝ: letat ꝟo
de spũali coꝝ pfectu ad deũ: q̃ amicũ suũ
nõ optat viuere ad vtile ꝛ cõmodũ suũ pro
prium: sed vt deo seruiat: timetqꝫ ei pl⁹ de
mũdano pcessu ne offendat deũ. Talis er-
go est sapiens dilectio: odiẽdo vicia ꝛ nõ fo
uendo pter fauorẽ ꝛ honorẽ: eosqꝫ plus di
ligendo quos in amore dei viderit feruẽti-
ores. C Quarta ꝟo rota est refrenatõ
discreta carnis. Quicũqꝫ enĩ est in cõiugio
ꝛ cogitat sic. Ecce inq̃t trahit me caro inor
dinate. Si vixero ꝟm carnem: scio pro cer-
tissimo: quia irascit conditor carnis: q̃ pla-
gare potest ꝛ infirmare: q̃ occidet ꝛ iudica
bit. Ideo ob amorem ꝛ timorẽ dei: refrena
re volo beniuole carnem meã: viuere modo
debito et ordinato ad honorẽ dei. Quicũqꝫ
taliter cogitat petẽs adiutoriũ dei: eius ro
ta accepta erit deo. Si ꝟo religiosus est ꝛ
cogitat sic. Ecce trahit me caro ad delicio-
sa: offert etiam se locus tempus: ꝛ bona et
etas ad delectandum: attamen adiutorio
dei nolo peccare: pter professionẽ sanctaz
et momentaneum delectationis bonũ: ma
gnum quippe est qd voui deo: paup ingres
sus sum: pauperior egrediar. Iudicium de
cunctis sum facturus: ideo ne offendã deũ
meũ: ne scandalisem pximũ meũ: ne meip-
sum faciam piurum abstinere volo. Talis
abstinẽtia digna est mercede magna. D
Si ꝟo aliquis est in honore ꝛ delicijs ꝛ co-
gitat sic. Ecce ego abundo in omnibus et
pauper deficit: et tamen vnus deus est om
niũ: q̃d pmerui ego: ꝛ q̃d demeruit ille: q̃d
ꝟo est caro nisi cibus vermiũ: Quid ꝟo tot
delitie nisi nausee ꝛ occasio infirmitatis: p-
ditio temporis ꝛ peccati incentiuum: Ꝟo
refrenabo carnem meã ne in ea vermes la-
sciuiant: ne grauius iudicium subeam: ne
tempus penitentie inaniter expendã: et si
forte caro male educata non poterit facili
ter flecti ad grossiora vt paup: subtrahã ta
mẽ ei paulatiue delicatiora aliqua sine qui

bus bene potest subsistere: vt necessitatem habeat nō superfluitatē. Quicunqꝫ ergo sic cogitat et faciendo conatur q̄ntum potest: hic et cōfessor et martyr vocari potest: quia martyrij genus est delicias habere et delicijs non vti. In honore eē et honorē contemnere. Magnum esse apud hoīes: et minima sentire de seipso. Itaqꝫ talis rota multū placet deo. Ecce filia currū figuraui tibi: cuius auriga angelus tuus est. Si tū frenū eius et iugū a collo tuo nō excusseris. i. si inspirationes eius salubres nō dimiseris. sensus tuos et cor tuū ad inania et scurrilia relaxādo. E

Nunc etiam currū in quo domina illa sedebat: dicere tibi volo. Currus plane impatientia eius est. s. contra deū et contra proximū et contra seipsaꝫ. Contra deū iudicando occulta iudicia eius: quia nō prosperatur ad votū. Maliguādo contra proximū: quia nō cōsequitur bona eius. Impaticus quoqꝫ in seipsam est: occulta cordis sui impatienter ostendendo. Huius currus rota prima est superbia: perfercudo se alijs et alios iudicādo: cōtemnēdo humiles et honores ambiendo. ¶ Secūda rota est inobedientia preceptoꝝ dei: que inducit in cor eius excusationē infirmitatis sue: leuigationeꝫ culpe sue. presumptioneꝫ cordis maliciequꝫ defensionē. Tercia rota est cupiditatis mūdialiū que inducit ei prodigalitatē in expendēdo que habet: negligentiā et obliuionē sui et futuroꝝ: anxietatē cordis: tepiditatē ad amorem dei. ¶ Quarta rota est superbius amor: per quē excludit a se dei sui reuerentiā et timorem: finēqꝫ suū et iudiciū nō attendit. Huius currus auriga est dyabolus: qui eaꝫ ad oīa que ipse miserit in cor eius facit hylarem et audacem. ¶ Duo vero equi qui trahunt currum: spes est longe vite et volūtas peccandi vsqꝫ in finē. Frenū vero pudor confessionis est. Quidē pudor sic per spem longe vite et voluntatē perseuerandi in peccatō: trahit aīm a recto tramite et in peccatō sic onerat: quod nec terrore: nec pudore nec ammonitione surgere pōt: Sed cū stare firmiter se credit: nisi iuuante gratia dei: descēdet in profundū. Additō

¶ Item loquitur christus de eadē dn̄a dicēs. Hec est virga que linguā habet meretriciam. Fel draconū in corde: venenū amarissimū in carne. Ideo oūa eius erunt venenosa. Felices erūt qui nō exprientur onus eoꝝ.

Verba laudis filie ad virginem gloriosam: et responsio grata virginis ad filiam in qua filie per virginem gratie plurime de se et apl'oꝝ et sanctorum conceduntur et multa alia bona.

Capitulum XVIII

O Dulcis maria inquit sponsa. A Bn̄dicta sis tu eterna benedictiōe: quia virgo ante partū: virgo post partū: virgo cū sponso: virgo etiā indubitata dubitāte sponso. Propterea benedicta sis tu quia mater et virgo: quia sola deo charissima: quia pre angelis oībus purissima: quia sola cū apl'is fide plenissima. quia sola dolore cordis amarissima: quia pre confessoribus abstinentia clarissima. quia pre virginibus oībus excellentissima continentia et castitate. Ideo benedicant te omnia superiora et inferiora: quia per te deus creator factus est hō. Per te iustus inuenit gratiaꝫ: peccator indulgentiam: mortuus vitaꝫ: exul redijt ad patriam suam. ¶ Rn̄dit virgo. Scriptum est quia petro reddēte testimoniū filio meo quod eēt filius dei: rn̄sum est ei. Beatus es symō quia caro et sanguis nō reuelauit tibi. Sic dico ego nunc: hanc salutationē nō reuelauit tibi carnalis anima tua: sed ille qui erat sine principio et sine fine. Propterea tu esto humilis: ego ero tibi misericors. Iohānes baptista vt promisit erit tibi dulcis. Petrus vero erit tibi mitis: paulus aūt fortis quasi gigas. Tūc quia iohānes dicturus est tibi filia sede i genu. Petrus vero dicet: o filia: apios et cibabo te cibo dulcedinis. Paulus vero induet te et armabit te armis charitatis. Ego vero que mater sum pn̄tabo te filio meo. B

Verumtn̄ filia ista potes etiam intelligere spūaliter. Nā in iohāne qui interpretatur grā dei: notatur obedientia vera: ipse quippe fuit et est dulcis. Iohānes dulcis parentibus propter mirabilē grām: dulcis hoībus propter singularē predicationē: dulcis deo propter vite sanctitatē et obediētiā. Obediuit deniqꝫ in iuuentute: obediuit in prosperis et aduersis: obediuit et humiliter stetit cū honorari posset: obediuit et ī morte. Ergo obedientia dicit sede in genu. i. descēde ad humilia et habebis sublimia: relique amara et obtinebis dulcia. Relinque propriam voluntatē: si vis eē paruula. Contemne terrena et eris celestis. Contemne superflua: et habebis abūdantiam spiritualem. ¶ In petro vero notatur fides sancte ecclesie. Sicut eīm petrus stabilis permansit vsqꝫ in finem: sic et fides sancte ecclesie sine fine stabilis permanebit. Ergo petrus id est fides sancta dicit: aperi os et habebis cibū optimū. i. aperi intellectum anime tue: et in sancta ecclesia inuenies cibum dulcissimum. id est ipsum corpus dominicum in sacramento altaris: nouam quoqꝫ legē et veterē explanatiōes doctoꝝ: patientiā martyꝝ; humilitatē confessoꝝ: virginū ca-

stimoniam:omniumq₃ virtutū fundamentū. Itaq₃ fidē sanctā quere in ecclesia sancti petri:quesitāq₃ memoriter retine z operib₉ consumma. C In paulo vō notatur patientia. Ipse em̄ fuit feruēs contra impugnantes fidem sanctam:gaudēs ī tribulationibus:longanimis in spe:patiēs in infirmitatib₉:compassiuus cū dolētib₉:humilis ī virtutib₉:hospitalis ī paupes: misericors ad peccantes:magister z doctor omniū:pseuerans vsq₃ ad finem in dei charitate. Ergo paulus id est patiētia armabit te armis virtutū:q₂ patientia vera fundata est z roborata exemplis z patiētia christi z sanctoꝝ eius:accendit charitatē dei in corde:succendit animū ad agenda fortia: reddit hoīem humilē:mitē:misericordē:feruētem ad celestia:sollicitū supius:pseuerantem in inceptis. Itaq₃ omnē hoīem quem obedientia nutrit in genu humilitatis: fides cibat cibo dulcedinis: patientia vestit armis virtutū. Hūc ego mater misc̄die introduco ad filium meū:qui eum coronabit corona dulcedinis sue. In ipso em̄ est fortitudo inexcogitabilis:sapiā incōparabilis. virtuositas indicibilis:charitas ammirabilis. Ideo z nullus rapiet eū de manu sua. ¶ Veruntā filia q̄uis tibi loquor: ꝑ te tn̄ omnes intelligo:qui fidez sanctaz sequunt̄ opibus charitatis. Sicut em̄ in vno homine israel omnes israelite intelligebant̄: sic ꝑ te omnes veri fideles intelligunt̄.

Verba filie ad dominaz de virtute z laude sue pulcritudinis:z de responsione virginis sui laudē ꝯfirmātis : z q̄liter fil⁹ virginē matrem cōpat aurifabro. Ca. XIX

Dulcis maria pulcritudo noua: pulcritudo clarissima.

o

A Veni in adiutoriū mihi tu: vt deformitas mea depuret̄:charitasq₃ accendat̄. ¶ Tria em̄ dat pulcritudo tua capiti. Purgat primo memoriā: vt verba dei suauiter ingrediant̄. Scdō vt audita delectabiliter teneant̄. Tercio vt ad ꝓximum ardēter diffundāt̄. ¶ Tria etiā pulcritudo tua prestat cordi. Primo aufert oī⁹ durissimū accidie: si tua cōsideret̄ charitas z humilitas. Secūdo dat ocul' lacrimas: si tua attendit̄ paupertas z patientia. Tercio dat cordi internū feruorē dulcedinis: si sinceriter recolit̄ memoria tue pietatis. Vere domina tu es pulcritudo p̄ciosissima:pulcritudo desiderantissima: q₂ infirmis data es in auxiliū:tribulatis in solatiū:oīb₉ in mediatricē. Ergo omnes q̄ audierūt te nascituram:z qui sciunt te iā natam bene clamare possunt. Veni pulcritudo clarissima: z illumina tenebras nostras. Veni pulcritudo preciosissima:z aufer obprobriū nostrum. Veni pulcritudo suauissima:z mitiga amaritudinē nr̄am. Veni pulcritudo potentissima z dissolue captiuitatē nostram. Veni pulcritudo honestissima z dele feditatē nostrā. Ergo benedicta z venerabilis sit talis et tanta pulcritudo: quā omnes videre optabant p̄triarche: de qua omnes cecinerūt ꝓphete: de qua oīs electi gaudent. B Respondit mater. Benedictus sit de⁹ pulcritudo mea: qui dedit tibi talia verba loq̄. Propterea dico tibi: q̄ pulcritudo antiq̄ssima eternis z pulcerrima: q̄ fecit z creauit me: cōfortabit te. Pulcritudo vetustissima z noua innouās omnia: q̄ fuit in me z p̄cessit de me: docebit te mirabilia. Pulcritudo desiderantissima delectās z letificans oīa. inflammabit aīam tuā sua charitate. Propterea cōfide in deo. Cū em̄ pulcritudo celestis apparuerit: oīs pulcritudo terrena confundet̄: z reputabit̄ quasi stercus. ¶ Deinde ait filius dei ad matrē. O benedicta mater: tu es sic' aurifabro: qui p̄parat op⁹ pulcrū. Omnes q̄ viderint opus ꝯgratulant̄: z tunc vel lapides p̄ciosos aut aurum offerunt vt opus pficiat̄. Sic tu dilecta mater oīm conāti surgere ad deū tribuis auxiliū z neminē relinquis vacuū a ꝯsolatiōe tua. Propterea bene vocari poterꝫ sanguis cordis dei. Sicut em̄ sanguine viuificant̄ z roborant̄ oīa mēbra corporis: sic ꝑ te oēs viuificant̄ a pctō z fructuosiores fiūt ad deū.

Informatio sancte agnetis ad filiam de nō retrocedendo:z de non plus debito p̄cedendo z de mō tenendo in abstinentijs incipiendis vel inceptis:z que cōtinentia sit deo acceptabilis. Capitulū XX

Agnes loquit̄. Filia

a

A sta stabilis z nō retrocedas q₂ serpens mordēs iacet añ talos. Nec etiā pl⁹ debito p̄cedas: q₂ cuspis lācee acute ante te stat: a qua si plus iusto p̄cesseris vulneraberis. Quid vō est retrocedere: nisi penitere in tentationib₉ assumpsisse austeriora: z salubria: z velle ad ꝯsuetam dire delectari mente in sordidis cogitationib₉. Talia si mēti placēt oīa obscurant bona paulatīq₃ retrahunt ab oī bono. ¶ Nec etiā debes plus debito p̄cedere. i. vltra vires te affligere: aut alios sup naturā tuam in bonis opib₉ imitari: q₂ ab eterno disposuit deus: opib₉ charitatis z hūilitatis aperiri pctōrib₉ celū: seruata in oīb₉ mensura et discretiōe. Nūc aūt dyabolus inuidus suis

det homini imperfecto supra vires ieiunare pmittere incōsueta ꝛ iportabilia: velle imitari pfectiora: nō cōsideratis viribꝫ suis et infirmitatibꝫ suis. vt deficiente robore: vel homo cōtinuet male incepta ꝑpter ruborē hoīm plus q̄ꝫ ꝑpter deum: vel deficiat citꝰ ꝑpter indiscretionē ꝛ infirmitatē. B
Propterea mensura teipam in teipa: id ē ſm fortitudinem ꝛ debilitatē tuam: qꝛ alij sunt a natura fortiores: alij debiliores: alij gratia dei feruētiores: alij cōsuetudine bona alacriores. Ideo ſm ꝯsiliū timentiū deum guberna vitā tuā: ne aut p incōsiderationē mordeat te serpens: aut cuspis gladij venenosi. i. suggestio diaboli venenosissima deludat mentē tuā: q̄ vel videri velis qd nō es: aut eē appetas qd est supra vires et virtutē tuā. ¶ Nā sunt quidaꝫ q̇ meritis suis obtinere credūt celū: quibꝫ deꝰ parcit a dyaboli temptationibꝫ ex occulta dispensatione sua. Alij sūt q̇ opibꝫ suis satisfacere deo putant p excessibus suis: quoꝝ oīm error oīno damnabilis est. Quia etiā si quilibet homo centies corpus suū occideret nō posset deo vnū p mille respondere: qꝛ ipe dat posse et velle ipse tpa ꝛ sanitatē: ipse replet in bonis desideriū. Ipse dat diuitias ꝛ gloriā ipse est q̇ mortificat ꝛ viuificat: exaltat et humiliat: ꝛ omnia sunt in manu eius. Ido illi soli oīs honor exhibēdus est: ꝛ nulla merita boīm alicuꝰ reputatiōis sunt apud deum. C Qꝛ vō mirabaris de dn̄a q̄ ad indulgentias veniēs corrupta est. Rn̄dio tibi. Sunt quedā mulieres q̇ ꝯtinētiā habēt sed nō diligunt: quibꝫ nec delectatio magna est nec temptatio violēta: q̇bꝫ si nuptie honorande pberent̄ suscipent quideꝫ: ſꝫ qꝛ nō offerunt̄ magna: dedignant̄ parua. Et ideo ex ꝯtinentia aliquando orit̄ supbia et presumptio: ꝑpter quā ꝯtingit ex pmissiōe diuina cadere sicut iā audisti. Si vō aliqua talis esset intentionis: q nec ꝑpter totum mūdū si ei preberet̄ vellet semel maculari: impossibile est talē relinqui ad turpia. Veruntn̄ si deus pmitteret ex occulta iusticia sua talem cadere: plus fieret ei ad coronam q̄ꝫ ad petm̄: dūmodo eēt ꝯtra eius volūtatē. D Propterea pcerto scito qꝛ deus est quasi aqla: q̄ ab alto ꝓspicit infima: q̄ si aliqua viderit ascēdere de terra: statim q̄si funda deijcit illa. Si vō aliquid venenosuꝫ ꝓspicit contrariū sibi: quasi sagitta transuerberat. Si aūt distillat aliq̇d immundū de superioribus supra ipaꝫ quasi anser fortiter excutit a se ꝛ elongat. Sic etiā facit deus: si viderit corda hoīm ex fragilitate carnis vel temptationibus dyaboli ꝯtra voluntatem spūs erigere se contra deū: statim q̄si funda p inspirationē cōpunctionis ꝛ penitentie illud adnihilat: ꝛ facit hoīem redire ad deū ꝛ ad seipm. Si vō venenū cupiditatis carnis vel diuitiarum intrauerit cor mox deus transuerberat mētē sagitta charitatis sue: ne hō pseuerās in pctō a deo separet̄. Qꝛ si aliq̇d immūdū supbie vel lutū luxurie sedauerit aīm: mox quasi anser per fidei ꝛ spei ꝯstantiā deijcit. Ne vel animus obduret̄ in vicijs: aut aīa iuncta deo dānabiliter maculet̄. Propterea filia in omnibus affectiōibus tuis ꝛ opibus ꝯsidera misericordiam ꝛ iusticiā dei: ꝛ sp attēde finē.

Verba sponse ad deū de eiꝰ virtute ꝛ magnificentia: ꝛ rn̄sio virginis ad filiā ipsam ꝯfortās: ꝛ qualiter boni ꝛ serui dei nō debēt cessare a p̄dicatiōe ꝛ monitiōne gentiū siue ꝯuertāt̄ siue nō: qd ꝓbat p exēplū. XXI.

Benedictus sis tu deꝰ
b meus qui es trinus ꝛ vnus: trinus in psona: vnū in natura. A
Tu es ipsa bonitas ꝛ ipsa sapiā: tu ipa pulcritudo ꝛ ptās: tu ipsa iusticia et veritas: p quā sunt oīa: viuūt ꝛ subsistūt. Tu vō siīs es flori crescenti singulariter in campo: de quo oēs appropinquantes flori: obtinēt suauitatē in gustu: ꝛ alleuiationē in cerebro: delectationē in visu: fortitudinē in reliqs mēbris. Sic oēs appropinquantes tibi fiunt pulciores relinquendo petm̄. Fiūt sapientiores sequendo volūtatē tuā ꝛ nō carnis. Fiunt iustiores sequēdo vtilitatē aīe ꝛ honorē dei. Propterea piissime deꝰ: da mihi id amare qd te delectat: tēptationibꝫ viriliter resistere: mundana oīa ꝯtemnere: ꝛ te iugiter in memoria mea retinere. ¶ Respondit mater. hāc salutationē pmeruit tibi ille bonus hieronymus: q̇ recessit de falsa sapiā ꝛ inuenit sapientiam verā: q̇ ꝯtempsit honorē terrenū ꝛ lucratus est ipm deū. Felix talis hieronymꝰ: felices q̇ eiꝰ imitantur doctrinā ꝛ vitā: qui fuit amator viduarū: speculū ꝓficientiū: doctorq̄ꝫ totius veritatis ꝛ puritatis. B Sed dic filia: q̇d ē qd te sollicitat i corde tuo? Et illa: occurrit inq̇t cogitatō dicēs: si bona es sufficit tibi bonitas tua: q̇d ad te indicare ꝛ puocare alios: docereq̄ꝫ meliores: qd nec tui ordis ē nec statꝰ. Ex q̄ cogitatiōe ita obdurat̄ animꝰ q ꝛ suipiꝰ obliuiscit̄: totusq̄ꝫ refrigescit a charitate dei. ¶ Rn̄dit mater. Hec cogitatō mltos etiā pfectos retrahit a deo: nā dyabolꝰ impedit bonos ne loquant̄ malis: ne forte compungerent̄. Impedit etiaꝫ ne loquant̄ bonis: ne forte eleuarentur ad al-

Sapia hiero

tiorem locum: qꝛ boni audita doctrina bonorum eleuant ad altiora merita ꝛ loca: sic eunuchus ille legens esayam: venisset quidē ad minorē penam inferni. Sed occurit philippus ꝛ docēs eū cōpendiū ad celū: eleuauit eū ad felicem locū. Sic etiā petrus mittebat ad cornelium: si cornelius prius fuisset mortuus: venisset quidē ꝑpter fidē ad refrigerium: sed aduenit petrus ꝛ ꝓiecit eū ad portam vite. Similiter etiā paulus venit ad dyonisium: ꝛ duxit eū ad beatā remuneratōnē. ¶ Ergo amici dei nō debent attediari i seruitio dei: sed laborare vt homo malus fiet melior: ꝛ hō bonus veniat ad ꝑfectiora. C Nā quicūqꝫ volūtatē hēret sibilandi i aures omniū transeūtiū: ꝙ iesus xp̄s eēt vere dei filius: ꝛ faciēdo conaret quātū posset ad aliorū ꝯuersionē: licet nulli vel pauci ꝯuerterētur: nihilominus eādē mercedē obtineret: ac si oēs ꝯuerterent. Sicut ꝑ exemplū dico tibi. Si duo mercenarij ex ꝓcepto dn̄i foderent montem durissimū: ꝛ alius inueniret aurū electum: alius ꝓ nihil. Isti ꝑpter laborē ꝛ volūtatez digni equali essent mercede. Sicut paulus qui plures ꝯuertit q̄ alij apl̄i q̄ pauciores ꝯuertebāt omnes tamen vnius erant volūtatis: sꝫ dispensatio diuina occulta est. Propterea nō est cessandū: q̄uis vel pauci vel nulli recipiant ꝟba dei. Quia sicut spina ꝯseruat rosam ꝛ asinus transfert dn̄m suū: sic dyabolus spina pctī ꝑ tribulationes ꝓficit electis tanq̄ rosis: ne ꝑ ꝓsumptionez cordis dissoluant maniter: ꝛ quasi asinus pro̊ducit eos ad dei consolationem ꝛ maiorē remunerationem.

Qualiter modernis tpībꝫ hoīum malicia ꝓcedit dyaboli astutiaz. Et qualiter hoīes nunc ꝓmptiores sunt ad peccandū q̄ dyabolus ad tēptandū: ꝛ de sententia ꝯtra tales illata: ꝛ qualiter dei amici i ꝓdicādo debēt laborare viriliter: ꝛ celeriter ꝛ de scie infusione in suos amicos. Cap. XXII.

Filius loquit. Si turbari possem merito nūc dicere possem: penitet me fecisse hoīez Nā homo mō est sicut aīal qd̄ sponte currit in retia: quātūcūqꝫ eīn inclamat: nihilominus sequit sue voluntatis appetitum Nec iā oīno imputandū est dyabolo ꝙ violenter trahit hoīem: īmo hō ipe ꝓuenit maliciā eius. Sicut canes venatici qui primo ducunt copulis: inde tandē assueti cape et deuorare aīalia: etiā in accelerando ad ꝓdā ꝓueniūt ductorē. Sic iā homo assuetus et fascinatus in peccato: ꝓmptior est ad peccandum: q̄ dyabolus ad temptandū. Nec mirum est: diu eīn est ꝙ sedes apostolica caput mundi: placauit deum sanctitate vite ꝛ exemplo suo sicut primitus faciebat: ꝛ iō reliqua membra facta sūt debilia ꝛ languida. Nec considerat cur deus diues: factus est egenus ꝛ pauꝑ: scꝫ vt peritura cōtemnenda doceret: ꝛ celestia amanda. Sꝫ ꝙ homo pauꝑ natura: diues factus est falsis diuitiis: hoc omnes imitari appetūt: paucique inueniunt alij qui non imitent. B Ideo veniet arator a potentissimo: exaciatus a sapientissimo: qui nō querit terras et pulcritudinē corpoꝝ: non veret fortitudinē fortium: nec timet minas principum: sed nec accipit ꝑsonas hoīm: qui seminabit carnes hominū ꝛ diruet domos spūuz: qui corpa tradet vermibꝫ: animasqꝫ tradet illis quibꝫ seruierunt. ¶ Ideo amici mei ad quos te mittā laborent viriliter ꝛ celeriter: qꝛ non erit istud quod dico in nouissimis diebus vt dixi ꝑius: sꝫ in diebꝫ istis. Et multoꝝ iā viuentiū etiā hoc videbūt oculi: vt īpleat qd̄ scriptū ē. Fiāt vxores eoꝝ vidue: ꝛ filij sine patribus: oēqꝫ desiderabile hoīm auferet. ¶ Verūtn̄ q̄cūqꝫ ad me cū hūilitate veniūt hos ego misericors deus suscipio. Qui ꝓ fructū iusticie opibꝫ impleuerit: his ego dabo meipm̄: qꝛ iustū est vt domus purget in qua rex ingressurus est: vitrū mūdet vt clarescat potus: grauū fortiter cōterat vt ab arista sepet: illudqꝫ qd̄ in formella claudit vehementer premat: donec formelle similitudo obtineat. Attn̄ sic post hyemē venit estas sic ego post tribulationē dabo cōsolatōnē: his. s. q̄ cupiunt eē ꝑuuli ꝛ q̄ celestia ꝓponderant plus q̄ terrena. Verūtn̄ sic hō nō nascit et morit vno eodemqꝫ tēpe: sic oīa tpībꝫ suis nunc implebunt. C Scito etiā ꝙ cuz aliqbꝫ volo facere iuxta ꝓuerbiū cōe. Percute eum in collo ꝛ curret: ꝛ tribulatio accelerare cogit. Cū alijs faciam sicut scribit Apri os tuū ꝛ implebo illud. Ad tercios ꝓo dicā ꝯsolando ꝛ inspirando. Venite ydiote et simplices ꝛ dabo vobis os ꝛ sapientiā: quibus linguosi nō poterūt repugnare. Sic feci iā diebus istis: implens simplices sapientia mea ꝛ resistūt doctis. Euulsi magniloquos ꝛ potētes: ꝛ subito decesserūt. Nec mirū ꝓcepi eīn sapiētibꝫ vt ꝓciderēt linguas serpentiū sic audisti: ꝛ noluerūt. Nec mirū q̄ fuit ꝟgo cōitatis voluit extinguere ora vt ignē extingueret cupiditatꝫ succēsū i cordibꝫ filioꝝ vt monui: iō ego tpe felicitatis eorū succidi eos: ꝛ ꝓcidi linguas eoꝝ.

Verba iohannis euangeliste ad ꝟginez gloriosam de quodā mero ꝛ iniquo ypocrita: ꝛ r̄nsio ꝟginis qualiter talis sit ꝯstitutus.

et de dyaboli illusionib ad ipsum: et quō
et septem signa spūa bonus cognoscit et
et totidem malignus spūs dinoscit.

Cap. XXIII.

Iohannes euangeli

i sta dixit matri dei. A Audi tu
virgo et mr̄ vnius filij nō plurium
Mater vnigeniti filij dei: p̄salmatoris ꝛ re
demptoris oīm. Audi nūquā sicut et audia
quantū iste delusus ē a dyabolo: quantū la
borat vt obtineat ipossibile: quantū infor-
matus est et quātis rebus a spū mendacij
quantū etiaz elongat se a deo in spē onina
et corde leonino. Ego docui q tres sunt q
testimoniū dant in celo ꝛ in terra: pater et
filius et spūssanctus. Isti vero testimoniū
phibet spūs malignus: q totus factus est
filatorie sanctus: quem pater nō fortificat
potentia sua: filius nō visitat sapiētia sua
Spūssanctus non inflāmat charitate sua
Nec mirū: aspirat eñ ad potentiā contra
potentiā patris: vult esse sapiēs contra sa
pientiaz filij: hz inflammatiōem sed aliter
q̄z sicut inflāmat spūssanctus. Ideo roga
filium tuū: vt aut citius subtrahat ne per
dat p̄lea: aut humiliet celerius p errato
B Rn̄dit mater. Audi tu ꝟgo sed tū vi-
rilis nō feminea p̄sona. Tu es quē deo pla
cuit vocare cū leuissima morte de mundo
ppinquius mihi. Ego eī quasi obdormiui
in sepatione aīe et corpis: et euigilaui in
gaudio ppetuo. Nec mirū. Ego quippe p̄
ceteris amarius in morte filij mei dolui et
ideo placuit deo me de mūdo cū morte le-
uissima separe. Tu ꝟo inter apl'os vicinius
mihi appropinquasti: maioraq̄z signa dile
ctionis expertus ca p̄ realijs: ꝛ amarior tibi
passio filij mei facta est quā pre ceteris cla-
rius aspexisti: ꝛ qz pre ceteris fratrib tuis
longius vixisti: quasi in ipsoz oīm martir
fuisti. Ideo placuit deo vocare te de mūdo
morte leuissima post me: qz virgo virgini
fuit cōmendata. Ideo fiet quod petisti et
non plongabit. C Arrū filie mee osten
dere volo: quō iste de quo loq̄mur est cōsti
tutus. Ipse quippe est q̄si fuus monetarij
id est dyaboli: qui ꝯflat et pcutit monetam
suam id est ferme[n]tē sibi: suggestionib et
temptationib suis donec pficiat eum ad
velle suū. Cumq̄z voluntatē hoīs corrupit:
et ad delectatiōes carnis et amorē mundi
inclinauerit: mox quasi formā ꝛ supscripti
onem eī impmit: quia tūc ex signis exteri-
oribus satis apparet quē diligit toto corde
Qū vero hō ope explet affectū mentis sue
ꝛ plus implicare se vult mūdo q̄z status su
ma requirit: plaq̄z faceret et vellet si pos
set: tūc pfecta moneta dyaboli comprobat
C Veruntū scito q alia est moneta dei: et
alia moneta dyaboli. Moneta dei ē aurea
id est fulgēs: ductilis et p̄ciosa. Sic omis
aīa que hz impssionē dei: est fulgēs diuina
charitate: ductilis patiā: p̄ciosa boni opis
ꝯsumatōe. C Ergo aīa bona ꝯflat virtute
dei: et probat multis tēptationib: p quas
aīa cōsiderans origīnē et defectuositates
suas: deiq̄z circa se pietatē et patiam: tāto
fit p̄ciosior deo: quāto hūilior et patiētior
et sui sollicitior inuenit. D Moneta ꝟo
dyaboli est cuprea et plūbea. Cuprea: qz hz
silitudinē auri: hz duriciā: habet flexibilita
tem sz non sicut auz. Sic aīa iniusti: videt
quippe sibi esse iusta: oēs diiudicat: oibus
sua pfert. Inflexibilis ē ad opa hūilitatis
mollia in suis opibus: difficilis ad reuocā-
dum a suis conceptib mirabilis mūdo cō
temptibil deo. Est q̄z moneta dyaboli plū-
bea: qz deformis: qz mollis et flexibilis: qz
pōderosa. Sic aīa iniusti deformis ē in vo
luptuosis affectōibus: onerosa in cupidita
te mūdi: flexibilis q̄si arūdo ad quecunq̄z
dyabolus inspirat mēti: ymo q̄nq̄z facilior
ad faciendū q̄z dyabolus ad temptandū.
Sic etiā iste fuus monetarij ē dispositus:
qui attediat stare in obseruātijs regulari
bus sicut voucrat: cogitauit vias quib ho
minib placeret p simulatā scītatē ad lau
tius nutriendā carnē suam. Et mox dyabo
lus imisit mēti sue quedā mēdacia noctur
nalia: quib delusus credebat ipossibilia q
nō eueniēt sed vita eius abbreuiabit et ho
norē quē cupit non ꝯsequet. E Verun-
tū vbicunq̄z aliqua noua moneta inuenit:
mittēda est ad aliquē sapientē: qui ponde-
ris et forme sciam habeat sufficiēter. Sed
vbi inueniem illuz: Qui si inuētus fuerit
modicū curat: ymo nihil vtz moneta falsa
sit aut vera. Ideo in talib vnicū est ꝯsiliū
sicut p exemplū dico. Si eam porrigeret
vnus florenus nō attēderet ad recipiendū
eū: si ꝟo punctus esset aliq̄ magna pingue
dine: nō dubiū quin tūc ab eo reciperet. Sic
est etiā nūc: si accedit ad aliquē sapientem
dicēdo sic. Ille talis hereticus est: tūc non
attendit qz charitas dei refriguit tota. Si
vero diceret: florenos hz multos: tūc omēs
simul festinarēt. Propterea erit cito qd di
cit paulus: adnihilabo sapiam sapientū et
hūiliabo et hūiles exaltabo. F Arrū fi-
lia ex. vij. poteris cognoscere spūmsanctū
et spūm inmundū. Primo eñ spūs dei facit
vilescere homi mundū: cuius honor repu-
tat in corde q̄si aer. Scdo facit deū carum

anime: et oĩs delectatio carnis refrigescit. Tercio inspirat paciam: et in deo solã gloriatõem. Quarto incitat mentẽ ad ꝓximi dilectõem et compassionẽ: ymo etiã inimicoꝝ. Quinto inspirat ad castitatẽ oimodam: ymo etiã reꝝ licitarũ. Sexto facit cõfidere in deo in oĩbus tribulationibꝫ et in eis gl'ari. Septimo donat desideriũ velle dissolui ⁊ esse cũ xp̃o: magis q̃ȝ in mũdo ꝓsperari ⁊ inquinari. ¶ Ita ecõtra sp̃us malus facit alia septẽ. Primo facit mundũ eẽ suauẽ et celestia fastidire. Scd̃o facit appetere honores: et sibiip̃ius obliuisci. Tercio excitat in corde odiũ et impatiaꝫ. Quarto facit ꝯtra deũ audacẽ: ⁊ in ꝯceptibꝫ animi sui ꝑtinacẽ. Quinto facit leuigare peccatã sua et ea excusare. Sexto inspirat leuitatẽ animi oẽmq̃ȝ carnis impuritatẽ. Septimo inspirat spẽ diu viuẽdi: vereciũdiãq̃ȝ ꝯfitendi. Ideo sollicita esto circa cogitatões tuas ne a sp̃u isto decipiaris. B ¶ Declaratio

¶ Hic fuit sacerdos ordinis cisterciẽ. qui post. xviij. annos apostasie cõpunctus reuersus ẽ ad monasteriũ qui dixit ĩpossibile esse aliquẽ damnari nec deũ loqui cuꝫ aliq̃ ꝑsona in hoc mũdo nec aliquẽ posse videre faciẽ dei ante iudiciũ dei. Qd̃ cuꝫ audisset dñã birgitta dixit ei sp̃us sctũs. Vade inq̃t ad fratrem illũ et dic ei. O frater nõ vides sicut ego video: quõ dyabolus adhuc in senectute tua tenet mentẽ et linguã tuaꝫ ligataꝫ. Deus eternus ẽ: eterna ẽ retributio eiꝰ. Ideo reuertere sceleriter ꝑfecto corde ad deũ et fidẽ veram: q2 sine dubio nõ ascẽdes de lecto isto ſ; vtiq̃ȝ morieris. Et si crediderís eris vas dei in honore. Qui resolutus in lacrimas et dñe birgitte regratiãs sic ꝑfecte correxit vitã suam: ꝙ cõuocatis fratribꝫ suis in hora resolutionis dixit. O frẽs mei certificatꝰ sum ꝙ deus misericors recepit ꝯtritõem meã daturus veniã. Orate ꝓ me q2 credo oĩa que sctã credit eccl'ia et sic sumptis sacramẽtis dei obdormiuit.

Verba v̾ginis ad filiã qui modus tenẽdus sit inter fuos dei ꝯtra inpatiẽtes: et qualiter sup̾bia per dolium vini designat̾. Cap. XXIIII

Ater loquit̾. Vbi dom A liũ vini incalescit ⁊ intumescẽdo excrescit: ascendũt quedã exalatiões et spume: qñq̃ȝ maiores qñq̃ȝ minores ⁊ subito iteꝝ decrescũt. Omẽs aũt circũstantes doliũ ꝯsiderant tales exalatões cito detumescere ⁊ ꝙ tales eleuatões pueniũt ex fortitudĩe vini ad innuendũ calorẽ eius. Ideo patiẽter expectant finẽ et vini seu ceruisie ꝑfectõem. Omẽs aũt circũstantes doliũ qui nimis applicãt nares ad feruorẽ dolij ꝯtingẽt eis duo: aut nimia excitatio vel cõmotio aut cerebrĩ grauius patit̾. ¶ Sic est etiã sp̃ualiter. Nam ꝯtingit aliqñ ꝙ quorundã corda intumescũt ⁊ ascendũt ex sup̾bia mentio sue et impatiẽ quẽ ascensum viri virtutũ attendẽtes: cõsiderãt aut ex ĩstabilitate animi aut motu carnalitatꝫ ꝓcedere. B Ideo patiẽter verba sustinent ⁊ attendũt finẽ: scientes ꝙ post tempestatẽ fiet trãquillitas. Et q2 patiẽtia maior est expugnatore vrbiũ: q2 vincit hoĩem in seip̃o quod difficillimuꝫ ẽ. Illi vero q̇ nimis impatiẽtes sunt verbaq̃ȝ reddũt equipolẽtia nõ attendẽtes retributionem gl'iosam patiẽ: nec q̃ȝ ꝯtemptibilis est fauor mũdanus. Isti incurrũt infirmitatẽ mẽtis: suis tẽptationibꝫ ꝓpter impatiãm: q2 nimis appropinqũt nares ad cõmotionem dolij: id est v̾ba que nõ sunt nisi aer: nimis apponũt cordi suo. ¶ Ideo qñ videritis aliq̃s esse ĩpatiẽtes: ponite adiutorio dei custodiã ori v̾o: nec dimittatis bona incepta v̾ra ꝓpter verba impatiẽ: ſ; dissimulate inquantũ iustũ est audita: tanq̃ȝ nõ audita: donec illi q̇ inuenire volũt occasioneꝫ exprimunt verbo quicquid notant corde.

Verba monitõis matris ad filiaꝫ ꝙ hõ nõ debet curã facere in desiderijs carnis: ſ; bñ resonere corpꝰ in moderatis necessarijs et qualiter hõ stet iuxta corpus suũ: et nõ in corꝑe. Cap. XXV

Ater loquit̾. Tu debes esse sicut sponsa que stat ante antipendiũ: que mox vt vocauerit spõsus: parata est ad voluntatẽ sponsi. Ergo antipendiũ istud: corpus est velãs aĩam quod ꝯtinue abluendũ est: ꝓbandũ et temptandũ: corpus quippe est q̃si asinus indigẽs cibo moderato: ne luxuriet: labore discreto ne sup̾biat: flagello cõtinuo ne lacescat. ¶ Itaq̃ȝ sta iuxta antipendiũ: id est iuxta corpus nõ in corꝑe: faciẽdo curã carnis in desiderijs ſ; corpꝰ moderatis necessarijs refouẽdo: q2 ille stat iuxta corpus nõ in corꝑe qui corpus suũ refrenat a voluptate ciboꝝ nõ a necessitate. Sta q̃ȝ post antipendiũ ꝯtemnendo voluptatẽ carnis: faciendo honorẽ dei ⁊ te totã ꝓ deo impendendo. Sic steterũt illi qui corꝑa sua quasi vestimẽta strauerũt ꝓ deo: qui omi hora parati erãt ad voluntatẽ dei: qñ deo placuit vocare eos: q2 nõ erat eis longũ iter ad eũ quẽ sꝑ habuerũt ꝑ̄sitem: nec grauia onera deprimebãt colla eoꝝ: q2 omĩa ꝯtemnẽtes

solo corpe erāt in mūdo. Ideo libere euolauerūt et sine impedimēto in celū: qꝛ nihil impediebat eos nisi quoddā aridum indumentū disciplinatū optime: quo exuto obtinuerūt qđ desiderabant. Sic iste cecidit piculose: surrexit sapiēter: defēdit se viriliter: pugnauit ꝯstanter ꝑstitit ꝑseuerāter Ideo iam coronabiꝉ eternaliter: ꝛ est in cōspectu dei.

Verbs ammonitōis virginis ad filiam scꝫ que opera virtuosa mereꝉ vitam eternam: et que non: et de maximo obedientie merito. Cap. XXVI

Multi sunt flores arboris nō tñ omnes veniūt ad effectum.

Sic mlta sunt ꝟtuosa opa non tñ oīa mereꝉ mercedē celestē: nisi discrete fiāt. Nā ieiunare: orare: visitare loca sanctorꝫ: virtuosa opa sunt: sꝫ nisi eo aīo fiant vt credat se bō hūilitate penetrare celos: seruūqꝫ inutilē sed oīa ꝛ discretōem habeat in omnibus: modicū valent ad eterna. ¶ Ecce si videris duos hoīes sl' ē sub obedientia al' in libera ptāte. Si ille q̄ liber est ieiunat: simplicē habebit mercedē. Si aūt ille q̄ sub obedictia comedit illo die ieiunij carnes scōm institutiōem regule et ꝑpter obedientiā: attñ libenti' ieiunaret si nō obsisteret obedia. Ipe hēbit mercedē duplicē vnam ꝑpter obediam: aliā ꝑpter dilatōem desiderij sui ꝛ nō impletōem volūtatis sue ¶ Propterea esto sicut spōsa q̄ prius ꝑparat thalamū q̄ꝫ veniat spōsus. Scđo sicut mr̄ que ꝑpat vestes anteq̄ꝫ nascaꝉ puer. Tercio sic arbor que ꝑius portat flores q̄ꝫ veniat fructus. Quarto esto sic vas mundū ad recipiēdū potū aptū ꝑius q̄ꝫ infūdaꝉ

Verba q̄rimonie ꝟginis ad filiā de quodā suo ficto deuoto compando ipsum ad armigerū in bello corpali male armatum. Cap. XXVII

Mater loquiꝉ. Ille est

qui dicit se me diligere: sed ꝟtit ad me posteriora q̄ñ seruit mihi. Cuꝫ vero loquor ei dicit: q̄d dicis tu. Auertitq̄ꝫ oclos a me: ꝛ respicit ea q̄ eū plus delectāt ¶ Iste mirabiliter ē armatus sic ille q̄ esset posit' in corpali bello: cui' galee foramina eēnt i occipite. Cui' clipe' ponēdus in brachio: pēderet in hūeris. Cuius gladio abiecto: vagine remaneret vacue. Cui' diplois que corpus ꝛ pect' defendere deberet: iaceret subtus eū in sella. Cui' selle ligature in equo solute eēnt. Sic iste armat' ē spūaliter corā deo. Et ideo discernere nescit inter amicū ꝛ inimicū: nec scit dānū facere hosti Spūs vero q̄ pugnat cū eo ē sicut ille qui taliter cogitat. Ego volo eē cū vltimis in pugna: ꝙ possim videre rubeta: si ꝑmi ꝑdiderint bellū: si ꝟo vicerint veniā its velociter ꝙ cōputabor cū primis. Ideo q̄ emisit bellū fecit scōm sapientiam carnalē et non ex charitate dei.

Verba ꝟginis ad filiam de trib' modis tribulationū qui ꝑ tres modos panum designanꝉ. Cap. XXVIII.

Mater loquiꝉ. Ubicūq̄ꝫ

ꝯspersio panū est: debet fortiter cogitari ꝛ laborari. Sed dn̄s apponiꝉ panis triticeꝰ: cōmunis sꝫ ꝟo poniꝉ panis deterior: tercius vero panis adhuc peior daꝉ canib'. ¶ Per coagitationē q̄ intelligiꝉ tribulatio: qꝛ spiritualis hā ex co maxime tribulaꝉ: ꝙ deus nō habet honorē a creatura sua: ꝛ ꝙ modica charitas ē in ea Oēs q̄ quicunq̄ꝫ isto mō tribulanꝉ ipsi sūt triticeꝫ illud de quo de' et oīs exercit' celi gaudet. Oēs vero q̄ turbanꝉ de aduersitate mundi: hi sunt q̄si panis deterior: attñ valet multis ad obtinendū celū. Qui vero tribulanꝉ ex eo ꝙ nō valent omnino mala facere que vellēt: isti sunt panes canū illorꝫ qui sunt in inferno.

Verba mr̄is marie ad filiā: q̄liter sunt quidā demones ad hoīes ꝑcipitandū: quidam ad retartandū: quidā in abstinentijs ad temptandū: et de modo tenendo cōtra istos demones. Cap. XXIX

Mater loquiꝉ omnes

istos quos vides circūstare vos: hi sunt spūales hostes vestri: scꝫ spūs dyaboli. Nā qui hūt ꝑticas in quib' cernūtur laquei: hi sunt q̄ vos ꝑcipitare volūt in pctā mortalia. Quos ꝟo vides habere vincinos in manib': hi sunt qui vos cupiūt retardare a fruitio dei: vt sitis ad bona accidiosi. Qui ꝟo hūt instrumēta dētata sicut furcas quib' attrahiꝉ et ꝑponiꝉ quod hō desiderat: hi sunt q̄ temptāt vos: vt assumeretis aliq̄ bona supra vires vr̄as: scꝫ in vigilijs: ieiunijs: orōnib' et laborib': aut in irratōnabili expēsione pecunie vestre: qꝛ q̄ isti spūs sic sunt cupidi ad nocendū vobis: vos tenete voluntatē istā: scꝫ nolle offendere deū: et petite auxiliū dei ꝯtra crudelitatem eorꝫ: et tūc nō nocebūt vob' eorꝫ mine.

Verbs ꝟginis ad filiā ꝙ ꝑciosiora ꝛ pulcriora mūdi seruis dei nō noceāt q̄ꝫuis talibus vtanꝉ dūtaxat ꝙ ad honorē dei vtanꝉ et hoc ꝑ exemplū pauli. Cap. XXX

Cribit⁊ ꝙ paulus ille

s bonus apl'us dixit se esse sapientez quendã corã principe illo: q̃ petrũ captiuauerat: et petrũ vocauit verũ pauperẽ. Et nõ peccauit paulus in hoc qꝛ ꝟba sua erãt ad honorẽ dei. ❡ Sic ẽ etiã cũ illis qui ꝟba dei volũt et desiderãt loq̃: qꝛ si nõ pñt intrare ad dominos nisi haberẽt indutas cõpetentes vestes: nõ peccãt induẽdo eas dũmõ aurũ et vestes et lapides p̃ciosos nõ reputarẽt p̃ciosiores in volũtate ⁊ corde: q̃ȝ assueta vestimẽta antiqua: qꝛ omnia quecunq̃ȝ apparent preciosa: sunt terra.

Verba m̃ris ad filiã p exemplũ probantia ꝙ p̃dicatores ⁊ amici dei nõ min⁹ coronant⁊ in ɔspectu dei si gentes nõ ɔuertant⁊ ad eoꝝ p̃dicatiõem: recta intẽtiõe factam q̃ȝ si conuertant⁊. Cap. XXXI.

Ater dei loquit⁊. Qui

m ɔducit opariũ ad laborandũ dicendo ei porta arenaꝫ de litore et inquire in quolibꝫ onere: si forte: ibi inuenire poteris granũ auri: nõ minor erit merces ei⁹ si nihil inueniret: q̃ȝ si repiret multum. Sic est etiã cũ illo qui ꝟbo et ope ex diuina charitate laborat ad ꝑfectum animaꝝ: nõ ei erit mĩor merces illi si nullos ɔuerterit q̃ȝ si multos. Sic m gr̃ dixit exemplũ. Ille inq̃t bellator qui ad p̃ceptũ dñi sui egrediens ad bellũ: et hñs velle fortiter dimicãdi rediret sauciat⁹ nullũ hñs captiuũ: nõ minorẽ mercedẽ obtineret amisso bello ꝓpter voluntatẽ bonã q̃ȝ si victoriã fuisset ɔsecutus. ❡ Sic est etiã cũ amicis dei. Nam p quolibet ꝟbo et ope quod faciũt ꝓpter deũ et vt aĩe emendent⁊: necnõ et p qualibet hora tribulatiõis quã patiunt⁊ ꝓpter deũ: coronabunt⁊ siue m̃lti ɔuertant⁊ siue null⁹.

Verba m̃ris ad filiã de infinita sui misericordia circa pctõres: et etiã circa ipsam laudãtes ⁊ honorãtes. Cap. XXXII.

Ater loquitur. Pro-

m uerbiũ ẽ vobiscũ. A Cũ tali inq̃t põt me educere d patria. Sic nũc dico ego. Nullus est talis ac tant⁹ pctõr in mũdo: q̃ dicit corde ꝙ fili⁹ meus creator et redemptor oĩm: est sibi amicissim⁹ in corde et intim⁹: quin nõ statim pata sum venire ad eũ: sicut mater charitatꝫ ad filiũ amplectendo eũ ⁊ dicẽdo. Quid inq̃t fili placꝫ tibi qui ⁊ si ꝓmeruissꝫ ꝓfundissimã infern penam: hñret tñ voluntatẽ nihil curare de honoribꝫ mũdi: nec de cupiditate ⁊ voluptate carnis q̃ȝ detestat⁊ eccl'ia: nihilq̃ȝ desideraret nisi solã sustentatõem suam: tũc ipe et ego statiꝫ essemus bñ ɔcordes. ❡ Dic q̃ illi qui scribit cantũ ⁊ laudẽ meã nõ ꝓpter laudem suã: vel mercedẽ suã: sed ꝓpter laudeꝫ illi⁹ qui ꝓpter oĩa opa sua omi laude est dignus. Quia sic p̃ncipes mũdi tribuũt laudatoribꝫ suis mercedeꝫ mũdi: sic spũaliter ego remũerabo eũ. Quia sic vna sillaba hꝫ supꝛ se m̃ltas notas: ita deo placꝫ coronas in celo dare ei p q̃libet sillaba q̃ est in cãtu et dicet⁊ de eo. Ecce venit laudator qui pro nullo tp̃ali bono dictauit cantũ: nisi solum ꝓpter deũ. B. Declaratio. ❡ Hic tẽptat⁹ de sctã trinitate fact⁹ in extasi vidit q̃si tres facies mulieꝝ. Prima dixit. M̃ltis ɔiugijs interfuerã nunq̃ȝ vidi trinũ ⁊ vnũ. R̃ndit scd̃a. Si tres et vnus necesse est ꝙ vn⁹ sit anterior. Ali⁹ posterior aut duo in vno. Et r̃ñdit tercia. Nõ poterũt seipos facere q̃s q̃ fecit eos. Tũc a pte dixit spũssãctus. Ad eũ veniem⁹ et mansionẽ apud eũ faciem⁹. Et eu͂gilãs liberat⁹ est a temptatiõe. Post hec dixit xp̃s dñe birgitte. Ego sum trinus ⁊ vn⁹. Ego volo tibi oñdere q̃d sit potẽtia p̃ris: q̃d sapĩa filij: q̃d ꝟtus spũs scti. Et ista reuelatio cõpleta est vbi loquit⁊ de pulpito. Item dixit xp̃s. Dic isti ꝙ plus merebit⁊ apud me de infirmitate q̃ȝ de sanitate. Nã lazarus clarior factus ẽ ex dolore Et iob dilectior ex patiẽ. Nec tñ electi mei displicẽt mihi qui sanitatẽ hñt qꝛ cor eoꝝ est sempꝛ mecũ. Et corpus eoꝝ est semper in discreta abstinentia et pio labore.

Verba spõse notãda de vrbe romana sb forma q̃stiõis ꝓpoñtia ɔsolatõem: ⁊ deuotionẽ: et ordinatiõem antiq̃tus oĩm romanoꝝ tã clericoꝝ q̃ȝ laicoꝝ ⁊c. Quare nunc ꝓch dolor oĩa ista ɔuersa sunt in desolationem: ⁊ in iordinatõem ⁊ abhomiãtõem: sic ptꝫ in omnibꝫ suprascriptis: q̃ȝ infelix sit corporaliter ⁊ spũaliter. Cap. XXXIII.

Omie reuerende. In

v A ter alias collatões itimet⁊ dño Pape q̃ȝ flebilis est stat⁹ vrbis que quondã felix extitit corꝑaliter ⁊ spũaliter Sed nũc infelix ẽ et corꝑaliter ⁊ spũaliter. Corꝑaliter quidẽ qꝛ eius secl'ares p̃ncipes qui ei⁹ defensores eẽ deberẽt: facti sũt ei seuissimi raptores. Et ideo domus ei⁹ destructe sunt: et m̃lte eccl'ie penit⁹ desolate. In quibꝫ ossa bñdicta sctõꝝ ɔtinent⁊: q̃ gl'iosa miracul' choruscãt: quoꝝ aĩe in regno dei sublimiter coronant⁊. Tẽpla etiã ipsoꝝ tectis destructꝫ ⁊ clausuris ablatis: in latrinas mutata sũt hoĩ canũ et bestiaꝝ. Spũaliter ꝟo infelix ẽ vrbs ista: qꝛ m̃lte ɔstitutiones q̃s scti pape ex ĩfusione spũsscti ad ve

laudē et aīarū salutē in ecclesia statuerūt:
iam delete sunt. Pro quibus ꝓch dolor mlte
noue abusiões: ex maligni spūs īfusiōe: ad
dei irreuerentiā et aīaꝝ ꝑditiōem sunt as-
sumpte. B Cōstitutio quippe sctē ec-
clesie fuit: ꝙ clerici ad sacros ordines ꝓce-
derēt: beatā vitā habēdo: deo ingiter ꝛ de-
uote fuiendo: alijsqꝫ viā celestis pr̄ie bonis
opibus oñdendo: et talib⸫ dabanꝰ ecclesie
redditus. Sꝫ ꝯtra hanc ecclie ꝯsuetudinē
orta ē abusio grauis: in hoc ꝙ laycis bona
ecclie donanꝰ: q̄ vxores nō ducūt ꝓpter no
men canonicale: sꝫ īpudēter hñt ꝯcubinas
in domib⸫ suis ꝑ dies: ꝛ in lectis ꝑ noctes:
d. cētes audacter. Nos nō licꝫ esse in cōiu-
gio: qꝛ canonici sum⁹. Presbiteri etiā dya-
coni ꝛ subdyaconi: olim infamiā immūde
vite maxīe abhorrebāt. Nūc autē quidam
illoꝝ manifeste letanꝰ ex eo: ꝙ meretrices
eoꝝ intumescente vētre cernūt inter alias
ambulare. Nec etiā pudet eos si ab amicis
eoꝝ dicitꝰ eis. Ecce dñe cito nat⁹ erit vobis
filius vl' filia. Ideo tales insti⁹ vocādi sunt
lenones dyaboli: q̄ꝫ ordinati clerici summi
dei. C Sctī etiā pr̄es bñdictus et alij:
ordinauerūt reglas ex licētia summoꝝ pō-
tificū: ꝯstruētes monasteria: in quib⸫ abba
tes cū fratrib⸫ residere solebāt: horas no-
cturnas ꝛ diurnas deuote celebrādo: ꝛ mo
nachos ad bñ viuendū sollicite informādo
Tūc certe iocundū fuit monasteria visita
re: q̄ñ die noctuqꝫ agebaꝰ honor ꝛ glīa deo
in monachoꝝ cātu. Criminosiqꝫ hoies cor
rigebanꝰ ex ipoꝝ pulcerrima vita. Et boni
ꝯfortabanꝰ ex diuīa informatōe prelatoꝝ.
Necnō et aīe in purgatorio existētes: pro
pter eoꝝ deuotas oōes beatā reqēm obti
nebāt. Tūc etiā ille monachus in maximo
habebaꝰ honore: q̄ regulā suā optime ꝑua
bat: ꝛ venerabaꝰ a deo ꝛ hoibus. Qui ꝟo re
gulā tenere nō curabat: sciebat indubitan
ter se damnū et scandalū incursurū. Tūc
etiā oīs hō discernere ꝛ agnoscere poterat
ex habitu: quē monachū esse. D Sꝫ cō
tra istā honestissimā ꝯstitutōem: orta ē de
testabil' abusio in plerisqꝫ. Abbates nanqꝫ
frequētius in castellis suis: ꝛ vbicunqꝫ eis
placꝫ intra vrbē et extra cōmoranꝰ. Ideo
dolorosū est nūc visitare monasteria. Pau
cissimi etenī monachi nūc in choro eē vidē
tur horaꝝ tp̄e: ꝛ aliquotiēs nulli. Vbi etiā
parū legitꝰ et nūqꝫ nihil cantaꝰ: et adhuc
mltis dieb⸫ misse nō dicunꝰ. De quoꝝ ma-
la fama boni molestanꝰ ꝛ mali ꝺ coꝝ mala
cōuersatōe ꝑuiter peioranꝰ. Timendū qꝫ
est: ꝙ pauce aīe ex taliū oronibus in penis
suis: aliq̄d ꝯsolatōis obtineāt. Multa etiaꝫ
hitacula monachoꝝ sunt in vrbe: ꝛ quilibꝫ
hꝫ domū ꝑ se: quoꝝ aliq̄ amicis aduenientib⸫
bus: ꝓprios filios amplexanꝰ cū gaudio di
cētes. Ecce filius me⁹: vix etiā agnosci pōt
monachus nūc in habitu. Nā tunica que
olim pedes solebat attigere: vix nūc opire
genua pōt. Manice ꝟo ipoꝝ nūc sunt arte
ꝛ tolate: q̄ olim honeste esse solebāt ꝛ late:
gladius qꝫ appēdet lateri ꝓ stilo ꝛ tabulis.
Et vix repiꝰ in eo viuū vestimentū in quo
monachus itelligi possit: ꝑter vnū scapula
re qꝺ multotiēs occultaꝰ: vt a nemine vi-
deaꝰ tanqꝫ scandalū sit: aliqꝺ portare mo
nachale vestimentū. Aliq̄s etiā non pudet
loricā ꝛ alia arma hr̄e sub tunicis: ad hoc vt
post crepusculū facere valeāt qꝺ eos dele-
ctat. E Fuerūt etiā sctī qui magnas re
liquerūt diuitias: inchoātes reglas cū pau
pertate qui oēm cupiditatē ꝯtempserūt: ꝛ
ideo aliq̄d ꝓpriū hr̄e noluerūt. Abhorrebāt
oēm supbiam et mūdi pompā: opientes se
paupruis vestib⸫: carnis ꝯcupiscentiā sū-
me detestātes: et ideo purā vitā tenuerūt.
Isti itaqꝫ eorūqꝫ frēs dicunꝰ mendicātes:
quoꝝ reglas sūmi pōtifices ꝯfirmauerūt:
gaudētes ꝙ aliq̄ ad honorꝫ dei et aīarum
ꝯmodū: talē vitā assumere voluerūt. ¶ Sꝫ
iam tristicia ē: eoꝝ etiā reglas cernere mu
tatas in detestabiles abusiōes: et nunc te
neri: sic augustinus dñicus ꝛ franciscus: ex
inspiratōe spūsctī dictauerūt: q̄s mlti di-
uites ꝛ nobiles lōgo tp̄e optime tenuerūt
Multi q̄ppe iam inueniunꝰ hoīes qui diui-
tes vocanꝰ: qui tm̄ in clenodijs ꝛ pecunijs
paupiores sunt illꝫ: q̄ pauptatē ꝓfessi sunt
sic vtiqꝫ volaꝫ de eis fama. Et ideo plerīqꝫ
eoꝝ hñt ꝓpriū qꝺ coꝝ regule vetuerūt: pl⁹
gaudētes de ꝓprio execrabili: q̄ꝫ de paupta
te sctīssima ac glīosa. Glorianꝰ qꝫ: qꝛ in ha
bitu suo hñt pannū eque carū et ꝑciosum
sic diuites epī in suis vestib⸫. F Item
quedā monasteria: ꝑ beatū gregoriū ꝛ per
alios sctōs adhoc sunt cōstructa: vt sic in
eis mlieres recluderenꝰ: q̄tinus vix in dieb⸫
videri possent. Nūc aūt abusionē in se cōti
nent nimis grauē. In eo ꝙ porte indifferē
ter clericis et laycis: q̄bus placꝫ sororibus
introitū dare: etiā in ipis noctib⁹ sūt apte
Et ideo talia loca similiora sunt lupanari
bus: q̄ꝫ sctīs claustris. ¶ Cōstitutio etiam
erat ecclie: ꝙ nullus ꝓ audiētia ꝯfessionuꝫ
pecuniā reciperet: sed ꝓ lrīs sicut esset iustū:
de ꝑsonis: litteraꝝ testimonijs ꝟe indigen
tibus: bñ licuit penitētiarijs pecuniā acce
ptare. Sꝫ ꝯtra ista incepta ē abusio ꝑ hūc
modū: ꝙ diuites ꝑsone quantū eis placet
facta ꝯfessione offerūt. Sꝫ paupes anteqꝫ

audiant̄.cū penitētiario pactū facere com
pellunt̄. Et certe dū penitētiarij oretenus
absoluūt:nō verecundant̄ manib⁹ suis sibi
pecuniā imbursare. ¶ Item ecclīa statutū
fuit:vt quelibet ꝑsona peccā sua ↄfiteret̄ et
ad minus semel in anno acciperet corp⁹ xp̄i:
et hoc quo ad ppl'm laycalē. Nam clerici ꝛ
claustrales hoc sepi⁹ faciūt in anno. ¶ Se
cundū fuit statutū:ꝙ qui non possunt esse
ↄtinentes:vmerent in ↄiugio. ¶ Ter
cium fuit:ꝙ omnes xp̄iani ieiunarent in
quadragesima:et in q̄tuor tp̄ibus et aliaꝝ
festiuitatū vigilijs:que pene omibus ꝑma
nent satis note. Nisi illi qui grauī infirmi
tate:aut in magna angustia essēt ↄstituti.
¶ Quartū fuit ↄstitutū:ꝙ in diebus festi-
uis:ab omni mundialiū laboreviusqꝫꝫqꝫ
abstineret. ¶ Quintū fuit statutū:ꝙ null⁹
xp̄ianus pecuniā sine aliquid aliud tale:lu
crari deberet ꝑ vsurā. ¶ Sꝫ ↄtra hec quin
qꝫ statuta optia supradicta orte sunt quin
qꝫ abusiones inhoneste ꝛ grauiter nocue.
¶ Prima ē ꝙ centū ꝑsone que ad annos di
scretionis venerūt in roma sic moriunt̄:ꝙ
nunq̄ꝫ fecerūt ↄfessionē:nec corpus xp̄i ac
ceperūt magis q̄ꝫ veri ydolatre:ꝓ qualibꝫ
ꝑsona que ↄfessionē facit:et corpus xp̄i re-
cipit:exceptis sacerdotib⁹ et religiosis ꝛ fe
minis aliq̄bus. ¶ Scd̄a abusio est ꝙ multi
legittimas vxores accipiūt:qui si cū vxori
bus hn̄t discordiā: deserūt eas q̄ꝫdiu placꝫ
autoritate eccl'iastica minime req̄sita: fu-
mentes adulteras ꝓ vxoribus:easqꝫ in ho
nore hn̄tes et diligētes. Aliq ui etiā adulte
ram cū vxore in eadem domo habere non
abhorrēt:gaudentes ꝙ eas in eadeꝫ domo
audiūt simul ꝑturire. ¶ Tercia abusio
est:ꝙ multe ꝑsone sane in ip̄a quadragesi-
ma vescunt̄ carnib⁹:ꝛ de multitudīe pauci
sunt:qui vna cōmestione in die ↄtentant̄.
Etiā inueniunt̄ aliq̄ qui in die sc̄a carnib⁹
abstinēt:vtētes cibis quadragesimalib⁹: sꝫ
in nocte in ꝑuatis hospitijs satiant̄ carni-
bus. Certe clerici vna cū laicis hec exercēt
q̄nq̄ꝫ:qui sarracenis siles sunt:q̄ in die ieiu
nant ꝛ in nocte satiant̄ carnib⁹. ¶ Quarta
abusio est: ꝙ q̄uis aliqui oparij a labore ꝑ
dies festinos abstineāt:tn̄ diuites aliq̄ mer
cenarios suos: ad laborandū in vineis: ad
arandū in agris ꝛ ad excidendū ligna in sil
uis:ad deferendūqꝫ illa domicilia sua: per
dies festos mittere nō desistūt: et sic pau-
peres nō maiori quiete dieb⁹ festiuis q̄ꝫ fe-
rialibus gratulant̄. ¶ Quinta abusio est ꝙ
xp̄iani ita sicut iudei exercēt vsurā: et vere
xp̄iani vsurarij cupidiores sunt iudeis. ¶
Item statutū ecclesie fuit ꝙ tales homies
quales iaꝫ numerati sunt anathematē do
marent̄:ↄtra que talis abusio inchoata ē.
Multi quippe nō magis abhorrēt maled
ctionē q̄ꝫ bn̄dictōem:qui etiā si se excōmu-
nicatos nouerint publice: sancte eccl'ie in-
troitū vel ↄuersatōem hoīm seu colloquia
non curant euitare. Pauci eñi ꝑsbiteri: ex
cōmunicatis ecclesie ingressum ꝓhibent.
Pauci etiā: excōmunicatoꝝ ↄuersatiōem
et colloq̄a abhoīant̄:sicis aliq̄ amicabili-
tate ↄiuncti sunt. Nec etiā excōmunicatꝫ
si diuites sunt:sacra sepultura denegatur
¶ Igit̄ dn̄e nō miremini:si noīaui romanā
vrbē infelicē ꝓ talibus abusionib⁹:ꝛ in l'tis
alijs ecclesiasticis statutis q̄uiter ↄtrarijs
Quare timendū est catholicā fidē in breui
depire:nisi tal' venerit q̄ deuꝫ sup oīa:et ꝓ
ximū suū sicut seipm diligat fide nō ficta:
omēs abusiones abolendo. Cōpatimini q̄
eccl'ie et eius clero q̄ toto corde diligit deū
abhorrētes oēs malas ↄsuetudines:qui ꝓ
pter absentiā pape q̄si orphani fuerūt: tn̄
filialiter pr̄is sedē defenderūt: ꝓditoribusꝫ-
qꝫ sapienter restiterūt: in mltis tribulati-
onibus perseuerādo.

Visio sponse de diuersis penis que ꝑpa
rabant̄: cuidā aīe adhuc in corpe existēti ꝛ
qualiter oīa illa genera penarū si aīa ↄuer
sa esset ante mortē ↄuerti deberēt in maxi
muꝫ honorē et gloriā. Cap. XXXIIII

Videbat̄ mihi ꝙ qua-
si viderē hoīes stantes ꝛ ꝑparātes
funes. ¶ Alij ꝟo stabāt et pre-
parabant equos. Alij fabricabāt forpices.
Alij aūt patibulū edificabant. Cūqꝫ hec vi
derē:appꝑuit ꝟgo quedā quasi turbata:que
rens si hec intelligerē: ꝛ me rn̄dente nō in-
telligere. Rn̄dit hec oīa mihi que vidisti:pe
na est spūalis:que ꝑparat̄ aīe illius quē tu
nosti: funes sunt ad ligandū equū q̄ aīam
est tracturus. Forpices ꝟo ad discerpendū
nares:oculos aures: ꝛ labia:patibulumqꝫ
ad suspendendū. ¶ Cūqꝫ ego de his turba
rer. Rn̄dit iteꝝ ꝟgo. Noli turbari adhuc
eñi est tēpus:ꝙ si velit poterit dirūpere fu
nes:suertere eq̄s:forpices sic cerā liq̄scere
pōtqꝫ patibulū remouere. Insupꝫ sic ardē
tem pōt hr̄e charitatē ad deū: ꝙ ista signa
penarū erūt ei ad maximū honorē. Intm̄
ꝙ funes q̄bus ↄtemptibiliter ligari tenere
tur:verteut̄ ei in zonas aureas. Pro equis
ꝟo quib⁹ per plateas trahi deberet: mittē-
tur ei angeli ducētes eū ante cōspectū dei.
Pro forpicib⁹ ꝟo q̄bus ↄtemptibiliter de-
beret discerpi: dabit̄ naribus eius melior
odoratus: ori melior sapor:ocul' pulcerrīa

visio: auribus delectabilissima melodia.
B ¶ Declaratio. ¶ Hic fuit mar scalcus regis: qui veniens romam tantū hūiliatus et cōpunctus ē: q discooperto ca pite circuiret frequētius statiōes: rogāns deū z rogari faciēs: vt nō rediret ad pātam si cōtingeret eū relabi in pctā pora. Cuius vocē exaudiuit deus. Nā eūtes de roma cū venisset in montē flascon: ibi infirmat' est z mortu': de q facta ē alia reuelatio. Vide fllia qd facit misedia dei: qd facit bona vo luntas. Ista aīa fuit in faucib' leonis: sz vo luntas bona eripuit eā de dentib' leonis: et iam est in via ad patriā: et pticipa erit omniū bonoꝝ que fiunt in ecclesia dei.

Verba sponse ad ihesum xpm de desiderio saluatōis aiarum: z rnsione sibi in spū scō facta: q excessus z supfluitas hoīm in potu z cibis resistūt visitatiōibus spūssan cti sibi missa. Cap. XXXV

Dulcissime ihū crea
o tor oim eoꝝ q creata sunt. Vtinā isti agnoscerēt et intelligerēt: calo rem spūs tui sci. Plus eñ tūc appeterēt celestia: z terrena fernētius abhorrerent. Et statim rnsum ē mihi in spū. Coꝝ indr excessus z supfluitas: resistūt spūssancti vi sitationib. Nā excessus in cibis z potib' et in amicoꝝ inuitatōibus: obsistūt ne spi ritusscus dulcescat eis: z ne sentient de mū di delectatōe. Excessus vo in auro et argē to: in vasis z vestimētis et in redditib': ob sistit ne spūs charitatis mee inflāmet coꝝ da eoꝝ et accēdat. Excessus qz in famlis et equis z aīalibus: resistit ne spūssanctus ap ppinquet eis: ymo elongāt se ab eis diabo res eoꝝ angeli mei: et appropinquāt dia torea dyaboli. Ideo ignorāt dulcedine illā et visitatiōem: qua ego qui deus sum: visito animas sanctas et amicos meos.

Verba dei ad spōsam qualiter religiosi antiquitus in monasteria timore et diuina charitate ingrediebant. Et nūc q nūnci dei id est falsi religiosi exeūt in mundū p supbia: et miq cupiditate: z sic de militib' in sua milicia. Cap. XXXVI

Vdi nunc quid inimi
a ci mei faciūt: contra ea que amici mei fecerūt olī. Deniqz amici mei ingrediebant monasteria: et timore discre to z diuina charitate. Sz hi q nūc sunt in monasterio vadūt in mundū: p2o supbia et cupiditate: būtes pp'iā voluntatē: faciē tesqz corpis sui delectamēta. Istoꝝ q qui in tali volūtate moriunt iusticia est q nō sentiāt nec obtineāt gaudiū celeste: sed pe nam in inferno sine fine. ¶ Scito etiam q claustrales qui co gunt pra velle pp'iū: ex diuia charitate fieri plari: nō sunt in eodē numero pputādi. ¶ Milites qz q olym por tabāt arma: pati erāt dare vitā p iusticia: et effūdere sanguinē pter fidē sanctā. Indigentes pmouēdo ad iusticiā malosqz sa ciebant deprimere et hūiliare. Sz nūc audi quō auersi fūt. Placz qppe nūc eis magis mori i bello p supbia z cupiditate z inuidia iuxta dyabolicas suggestōes: qz scdm man data mea viuere: ad obtinēdū gaudiū sem piternū. Ergo oēs q in tali volūtate mori unt: dabit eis stipendiū et iudicio iusticie: hoc ē q dabunt demonib' i stipēdiū in eter na coꝝ piunctōe. Illi vo q mihi fuiūt: tenē tur h re stipēdiū cū celesti exercitu sine fine.

Verba xpi ad sponsam inquirēntia ab ea qualiter mūdus stat. Et de spōse rnsione: scz q stat sicut saccus expansus ad quem omēs indiscrete pcurrūt. Et de crudelissima chaisti sententia et iusta contra tales. Cap. XXXVII

Ilius loquitur. Quō
f filia stat mō mūdus: Et illa: sicut saccus expāsus ad quē currūt oēs: et sicut hō currens nō curās quid sequāt. Rndit dñs. Ideo iusticia ē: vt vadā cū ara tro meo sup mūdū: sup gētiles z xpianos nō parcā seni et iuueni: nō paupi et diuiti: sed vniusquisqz iudicabit scdm iusticiā suā et vniusquisqz morief in pctō suo: et relinquunt domus sine hitatorib': nec tū faciā adhuc pfumatōem. ¶ Et illa. O dñe ne iu quit idigneris si loqr. Mitte aliqā de ami cis tuis: q pcaueāt et pmoneāt eos de picu lo suo. Et dñs. Scriptū est inqt q dūes in inferno desperās de salute sua pp'a: petijt vt aliqs mitteret ad pcauendū frēs suos: ne sibi pitrent. Et rnsum est ei. Nequaqz fiet hoc: qz hūt moysen et pphetas: a quib' doceri pūt. Sic ego dico nūc: habēt euan gelia et dicta pphetarū: habēt exempla et verba doctoꝝ habēt ratiōnē et intelligen tiam: vtant ergo eis z saluabunt. Nam si misero te: non ita alte clamare poteris vt audiaris. Si misero amicos meos pauci sunt: et si clamauerint vix audient. Verū tamē mittā amicos meos ad quib' pla cuerit et preparabūt viam deo.

Verba xpi ad spōsam de fide nō hñda in somnijs ymo pcauendo qstiūcuqz leta vel tristia. Et quō dyabol' in talib' fallit atem admisceat ritati: pter q insurgūt in mūdo mlti errores. Et q pphete ideo nō erraue-

rūt: qꝛ sup oīa deum veraciter dilexerūt.
Cap. XXXVIII

Filius loquit᷑. Quid

f te sic eleuant somnia leta. A
Curᷣo sic te deprimūt somnia tri
stia? Nunq̄d non dixeraꝫ tibi q̄ dyabolus
inuidus ē: et q̄ sine pmissione dei nō pl⁹ fa
cere poterit q̄ȝ stramē an̄ pedes tuos. Dixi
etiā tibi: q̄ ipse est pr̄ et inuētor mēdacij: et
q̄ in oībus falsitatibꝫ suis admiscet ṽitatē
¶ Propterea dico tibi q̄ dyabolus nō dor
mit: sed circuit vt inueīat aliquam occasio
nem ꝯtra te. Ideo cauendū ē tibi: q̄ dyabo
lus q̄ ex subtilitate sciē sue: ex motibꝫ exte
riorꝫ dephendit iteriora: nō decipiat te.
Nā qn̄qꝫ imittit cordi leta vt iauiter gau
deas: qn̄qꝫ tristia: vt dolēdo dimittas aliq̄
bona q̄ potuisses facere: ꝛ vt an̄ miserias fi
as misera ꝛ dolorosa. Qn̄qꝫ etiā dyabolus
inmittit cordi deluso ꝛ volēti placere mū
do: m̄ltas falsitates ꝑ q̄s decipiunt᷑ multi
sicē falsis ꝓphetis. Et hoc ꝯtingit hoī q̄ pl⁹
aliud diligit q̄ȝ ipm deuꝫ. Iō ꝯtingit: q̄ in
m̄ltis falsis ṽbis inueniunt᷑ m̄lta ṽa: quia
dyabolus nūq̄ȝ decipe posset: nisi falsitati
admisceret veritatē: sicē patuit in illo arre
ptitio quē vidisti: q̄ lꝫ ꝯfiteret᷑ vnū deū ipu
dicens tn̄ gestus ꝛ ṽba alia extranea: ostēde
bāt q̄ dyabolus erat in eo possessor ꝛ inha
bitator. B Nūc aūt q̄rere poteris cur ꝑ
mitto dyabolo mētiri? Rn̄deo. Hoc pmisi
ꝛ pmitto ꝓpter pctā ppl̄orꝫ ꝛ clericorꝫ q̄ illa
scire voluerūt q̄ de⁹ noluit eos scire: ꝛ ibi ꝓ
spari desiderabāt: vbi deus videbat saluti
eorꝫ nō ꝓficere. Propterea de⁹ m̄lta pmit
tit ꝓpter pctā: q̄ nō ꝯtingerēt᷑ si hō nō abu
teret᷑ grā et rōne. ¶ Illi ṽo ꝓphete q̄ nihil
desiderabāt nisi deū: nec ṽba dei loq̄ volu
erūt nisi ꝓpter deū: isti nō decipiebant᷑: sed
ṽba ṽitatꝫ loq̄bant᷑ ꝛ dilexerūt. Verūtn̄ sicē
oīa somnia nō sūt recipiēda: sic nec oīa sūt
ꝯtēnenda. Quia qn̄qꝫ etiā de⁹ mal̄ inspirat
bona ꝛ exit⁹ suos: vt resipiscāt a pctīs suis
Qn̄qꝫ etiā bōis bona in somnijs: vt ampli
us ꝓficiāt ad deū. C Ideo qn̄ et quotiēs
tibi aliq̄ talia occurrerint: nō appoīas cor
tuū: sꝫ pōdera ꝛ discerne illa cū amicis tuis
sapiētibꝫ spūalibꝫ: aut dimitte ꝛ exclude ea
de corde tuo q̄si non visa: qꝛ qui talibꝫ dele
ctat᷑: frequētius illudit᷑ et ꝑturbat᷑. Ergo
esto stabil̄ in fide scē trinitatꝫ: dilige deuꝫ
totō corde. Esto obediēs tā in ꝯrijs q̄ȝ in ꝓ
spis. Nl̄i te ꝓ̄feras in cogitatōibus tuis.
Sꝫ time etiā in bn̄factis. Non ꝓ̄feras sen
sus tuos sensibꝫ aliorꝫ: voluntatēqꝫ tuā to
tā ꝯmitte deo pata ad oīa q̄ velit deus tūc
timere nō habes sōnia: si ei leta fuerint nō
credas eis vel̄ nō apperas: nisi ibi ꝓpendat᷑
honor dei. Si ṽo tristia fuerīt nō ꝯtristeris
sed pone te totā ad deū. ¶ Deīn loquebat᷑
mr̄. Ego sum mr̄ miscdie q̄ filie dormiēti ꝑ
paro vestes: filie induēti se ꝑparo cibū filie
laboranti ꝑparo coronam et omne bonū.

Verba mr̄is ad filiū de sponsa. Et rn̄sio
xp̄i ad mr̄em. Itē ṽba mr̄is q̄d designat᷑ ꝑ
leonē ꝛ ꝑ agnū. Et q̄liter de⁹ pmittit ꝓpter
ingr̄titudinē ꝛ īpatiaꝫ hoīm euēire q̄ aliter
eis nō euenirēt. Cap. XXXIX

Mater loquit᷑ ad filiū

m ibim dicēs. Filia nr̄a est q̄si agn⁹: q̄
ponit caput suū in os leonis. Cui
rn̄dit fili⁹: melius ē q̄ agn⁹ ponat caput in
os leonis: vt fiat cū leone vna caro ꝛ vnus
sanguis: q̄ȝ q̄ agn⁹ sugat sanguinē de car
ne leonis. Qū ꝛ leo indignaret᷑: et agn⁹ cu
ius cibꝫ ē fenū infirmaret᷑. Verūtn̄ mr̄ cha
rissima: qꝛ oēm sapiēiam ꝛ plenitudinē toti⁹
prudētie portasti in vtero tuo: fac istā itel
ligere quid sit leo ꝛ quid sit agnus. ¶ Rn̄
dit mater. Bn̄dictus sis tu fili mi: qui eter
naliter manens cū pr̄e descēdisti ad me: et
tn̄ te a pr̄e nunq̄ȝ sepasti. Tu denīqꝫ es leo
sed de tribu iuda. Tu agn⁹ sine macula quē
iohēs digito demōstrauit. Ille ꝗ̄ ponit ca
put in os leonis: q̄ oēm volūtatē suā ꝯmit
tit deo: nec eaꝫ etiā si posset ꝑficere vellet:
nisi tibi sciret cōplacere. Ille ṽo fugit san
guinē leonis: q̄ de iusticia ꝛ dispositiōe tua
impatiēs optat ꝛ nitit᷑ ad alia obtinēda q̄ȝ
tu ei ꝯstitueras velletqꝫ in alio statu existe
re q̄ȝ tibi placeret: et sibiipsi expediret. De
talibꝫ enī nō placat᷑ deus: sꝫ ad irā ꝓuocat᷑.
Sicē ei agni cibꝫ ē fenū sic hō de bn̄libꝫ re
bus ꝛ statu: ꝯtētari dꝫ. Et iō ꝓpter ingr̄titu
dinē ꝛ impatiēiam hoīm m̄lta pmittit deus
q̄ saluti hoīm si patiētes eēnt: nō euenirēt
Ideo filia da voluntatē tuā deo: et si min⁹
qn̄qꝫ fueris patiēs surge per penitētiā: qꝛ
penitētia est sicut bona lotrix macularum
Cōtritio vero est bona candidatrix.

Verba xp̄i ad spōsaꝫ declarātia q̄ sit xp̄i
ana mors. Et quō bō bn̄ morit᷑ aut male.
Et quō amici dei nō debēt tribulari si vide
rint seruos dei corꝑaliter mori et crudeli
ter. Cap. XL

Filius dei loquit᷑. Noli

f A timere filia: nō morieē ista in
firma: qꝛ placēt mihi opa ei⁹. Cūqꝫ
illa eēt mortua. Iterꝫ dixit fili⁹ dei. Ecce fi
lia: verꝫ ē qō dixi tibi: nō est ista mortua: qꝛ
glia ei⁹ magna ē. Nā sepatio corꝑis et aīe

istorum: nō est nisi somnus: quia euigilāt in eterna vita. Illa vero dicēda est mors: qn̄ aīa separata a corpe viuit in eterna morte. Multi quippe nō attendentes futura: optāt vt moriant̄ xp̄iana morte. Quid est xp̄iana mors: nisi mori sicut ego mortu⁹ sum: innocēter: volūtarie: et patient̄. Nunqd ego ideo ↄtemnendus sum qr mors erat ↄtemptibilis et dura? Aut iō electi mei fatui qr ↄtemptibilia patiebant̄ aut hoc voluit fortuna: et opabat̄ cursus stellarum? Nequaq̄. Sz ideo ego et electi mei patiebamur dura vt ostēderemus vbo et exemplo viā ad celū esse duram: et vt assidue cogitaret̄ quāta opus est medicina malis: si tam aspa passi sunt electi et innocētes. B Ergo scito: q̄ ille morit̄ contēptibiliter et male: qui dissolute viuens morit̄ in volūtate peccādi qui habens mundi pcessum optat vt longius viuat: et nescit regratiari deo. Qui vero deū diligit toto corde: et tribulat̄ innocenter despecta morte: aut longa infirmitate grauat̄: ille et viuit et morit̄ feliciter: qr mors aspera et minuit peccatū et penam pcti augetq3 coronā. Ecce reduco tibi ad memoriam duos: qui despecta et amara morte iudicio hoīm moriebant̄: qui nisi talem mortem ex miscdia mea magna obtinuissēt salui nō fuissent. Sed qr dn̄s nō punit bis contritos corde. Ideo venerūt ad coronā. ¶ Propterea amici dei nō debēt cōtristari si flagellant̄ tpaliter: aut si amara morte moriunt̄: qr felicissimū est lugere ad horam et turbari i mūdo ne veniat̄ ad purgatoriū graui⁹: vbi nō erit fuga nec tps laborādi.

Verba mris ad filiam q̄ sacerdotes rite habentes absolutōis officiū quantūcunq3 peccatores sint pnt absoluere a pctis. Et sic de sacramēto eucharistie. Cap. XLI

m Ater loquit̄. vade ad eum qui officiū absolutiōis habet quantūcunq3 ei hostiarius leprosus est: nihilominus aperire pōt portam si habz claues sicut sanus. Ita est etiā de absolutiōe et sacramēto altaris: q̄liscunq3 ei minister est si tn̄ rite habet officiū absolutionis: pōt absoluere a pctis. Ideo nullus est ↄtemnendus. Verūtn̄ premaneo eū de duob3. Vnū est q̄ illud quod carnaliter diligit et optat nō habebit. Aliud est q̄ vita eius breuiabit̄ citi⁹. Et sic formica portās die ac nocte granū aliqn̄ cū appropinquat foramini: cadit et morit̄ in introitu: grano remanēte ab extra. Sic ipse cū incepit peruenire ad fructū laboris sui morietur: et p sup̄uacuo labore suo confundet̄ et punietur.

Verba mris ad filiam qualiter mores boni et opa iusticie per postes in amicis dei designant̄. Et quō serui dei debent cauere a detractione. Cap. XLII

m Ater loquit̄. Amici dei dicunt̄ esse quasi duo postes: p quos ingressuri sunt alij. Ideo cauendū ē diligenter: ne q̄d aspum vel durum obsistat ingredientib3: aut vn̄ cōprimant̄. Quid aūt significāt postes: nisi mores cōpositos: opaq3 iusticie: et vba edificatoria que appatere debēt q̄tidie in amicis dei. Iō caueat̄ attēte: ne quid durū: id est verbū detractoriū vel scurrile inueniat̄ in ore amicorū dei. Aut in opibus cor̄ aliqua mundi alia noteut̄: ppter que ingredi volētes refugiant et ingredi abhominent̄.

Verba mris ad filiam qualiter mali pastores assimilant̄ vermi corrodēti arboris radices. Cap. XLIII

m Ater loquit̄. Isti sūt similes vermi qui vidēs semen optimū: non curat quantūcunq3 fructus pereat vel cadat: dummō radices seu ꝑximiora terre carpe possit. Sic isti non curant quod aīe pereant: si lucra sua et tpalia bona ↄsequant̄. Iō veniat eis iusticia filij mei: et citius subtrahent̄. ¶ Rn̄dit illa. O mater tps apud deum nō est nisi quasi momentū statere: q3tn̄cunq3 apud nos est longū. Iō patiā filij tui est magna etiaz sup iniquos. Rn̄dit mater. Vere dico tibi: non ptrahetur iudicium eorum: sed veniat eis horribile: et rapicitur a delicijs ad confusionem.

Verba xp̄i ad spōsam qualiter corpus p nauē et mūdus p mare designant̄. Et qualiter voluntas est libera ad aīas pducendū in celū vel infernū. Et q̄liter terrena pulcritudo vitro cōparat̄. Cap. XLIIII

f Ilius dei loquit̄. Audi A tu q̄ desideras portū post mūdi pcellas. Ois quicunq3 est in mari non dz timere aliqd si ille custo stat: qui phibere pōt vētos ne flēt. Qui oīa corporalia que nocere volunt iubet abscedere: scapulosq3 mollescere: q̄ pcellis imparebz: vt nauē pducāt ad q̄etū portum. ¶ Sic corporaliter in mundo sunt aliq̄ q̄si nauis p̄ducēs corp⁹ sup aq̄s mūdi: alijs in ↄsolatonem: alijs in tribulatōem: qr volūtas hoīs libera q̄sdaz aīas pducit in celū: q̄sdā in pfundū inferni. Illa ḡ volūtas q̄ nihil desiderat seruēti⁹ audire q̄z honorē dei nec ad aliud viuere q̄z vt possit deo fuire: ipa plz deo qr i tali volūtate gaudēt morat̄ de⁹ et miti

gat oīa p̄icula aīe: scopulosq̨ ꝯterat: in qui
bus aīa multotiēs p̄iclitat̄. B Quid aūt
sunt scopuli nisi desideriū malū: Nā dele-
ctabile ē videre possessiōes mūdi et posside
re: gaudere de corp̄is sui honore: ⁊ gustare
quicq̄d delectat carnē. In talib⁹ eī multo-
tiēs p̄iclitat̄ aīa. Sȝ qñ deus in aīa ē oīa
ista mollescūt: ⁊ aīa oīa ista ꝯtemnit: quia
oīs pulcritudo corp̄ea ⁊ terrēa sīlis ē vitro
depicto ab extra: sȝ intus pleno terra. Fra
cto aūt vitro: nō hȝ plus vtilitatȝ q̄ȝ terra
nigra: que ad nihil aliud creata ē vt possi-
deat̄: nisi vt p̄ eam emat̄ celū. Itaq̨ omīs
hō qui nō plus desiderat audire honorē su
um seu mūdi: q̄ȝ nociuū aerem: qui omnia
mēbra corp̄is sui mortificat: ⁊ voluptates
carnis sic abhoīabilē detestat̄. Hic quiete
requiescere potest ⁊ gaudēter euigilare: q̄ʒ
deus est cū eo in omni hora.

Verba querimōie spōse corā imp̄atoris
maiestate: ex eo q̄ sorores q̄tuor filie regis
ihū xp̄i: scȝ hūilitas abstinentia: ꝯtentatio
charitas nūc p̄ chdolor adnihilāt̄. Et soro
res filie regis dyaboli: scȝ sup̄bia: delectatō
sup̄fluitas: et symonia: vocant̄ domine ⁊c̄.
Cap. XLV

Onqueror nō solum

C ex p̄te mea: sed etiā ex p̄te multoꝝ
electoꝝ dei corā imp̄iali maiestate
vr̄a. A Olī erāt q̄tuor sorores filie potētȝ
regis: quaꝝ quelibȝ hēbat sedeȝ et p̄tātem
in p̄rimonio suo. Quicūq̨ eī volebāt inspi-
cere pulcritudinē istaꝝ soroꝝ obtinebāt cō
solatōem ex pulcritudīe eaꝝ: ⁊ bona exem
pla ex eaꝝ deuotōe. Prima vocabat̄ soror
hūilitas: in oīm agendaꝝ rerū dispositiōe
Scđa vocabat̄ soror abstinētia: ab omī in-
quinata ꝯuersatiōe. Tercia vocabat̄ soror
ꝯtentatio: sine omni sup̄fluitate. Quarta
vocabat̄ soror charitas: in p̄ximoꝝ tribu-
latōe. ¶ Iste aūt q̄tuor sorores: sunt iaȝ in
p̄rimonio suo adnihilate: et q̄si ab omnib⁹
contēpte. In quarū sedib⁹ sunt alie q̄tuor
illegitime sorores institute: q̄ ꝯ fornicario
ꝯgenite sunt: et vocant̄ iam dn̄e. B
Quarū prima vocat̄ dn̄a sup̄bia: q̄ ē ad pla
cendū mūdo. Scđa vocat̄ dn̄a delectatio:
scđm oēm carnis appetitū. Tercia vocat̄
dn̄a sup̄fluitas: sup̄ oēm necītatē. Quarta
vocat̄ dn̄a symonia: a cui⁹ deceptiōe se q̄si
nullus custodire pōt: q̄ʒ vtꝝ iuste vel iniuste
acquisitū sit quod recipit: tn̄ omīa recipit
cū cupiditate. ¶ Iste vero quatuor dn̄e lo-
quunt̄ cōtra precepta dei: volētes ea adni-
hilare: et tribuūt occasionē multis aīabus
ad eternā damnatōem. ¶ Propterea dn̄e

facite p̄pter charitatē quā deus vobiscū fe
cit: et innate istas q̄tuor sorores q̄ vocant̄
v̄tutes: q̄ p̄cesserūt de ip̄a v̄tute ihū xp̄o
sūmo rege. Que ⁊ iā dep̄sse sūt ī scā ecclia
que ē p̄rimoniū xp̄i: vt exaltent̄ ciuius. Et
vt vicia que vocant̄ dn̄e in mūdo: dep̄mā
tur: que sunt p̄ditrices aīmaꝝ: quia nate
sunt de ipso vicio dyabolo p̄ditore.

Verba monitōis sponse ad quendā do-
minū de restitutiōe facienda de iniuste ac-
quisitis. Et de voce angeli sententiā ꝯtra
ip̄m p̄ferentis crudelē. Cap. XLVI

Omie. Vos de p̄icu-

D lo anīe vr̄e p̄caueo. A Reducē
do ad memoriaȝ: quō rex quidā in
veteri testamēto legit̄ vnius hoīs vineam
desiderasse: et p̄ vinea plenū preciū p̄buis-
se. Sȝ q̄ʒ possessori nō placuit vineā vende
re. In dignat⁹ rex: vineā sibi p̄ iniusticiā et
violentiā vsurpauit. ¶ Ad quē postmodū
sp̄ūssctūs p̄ os vni⁹ p̄phete loquebat̄: indi-
cans regē ac reginā p̄ illa iniusticia turpis
sima morte debere mori. Qđ v̄o in eis cō-
pletū est. Ipsorūq̨ liberi de predicte vinee
possessione nequaq̄ȝ sunt letati. ¶ Nunc
igit̄ cum vos xp̄ianus estis et fidem inte-
graliter habetis: ⁊ scitis certissime eundeȝ
deū nūc esse qui tūc erat: et ita potentē et
iustum sicut tūc. Ideo sine omī hesitatiōe
scire potestis: q̄ si aliq̄d possidere desidera
ueritis iniuste: aut cogēdo possessorem ad
vendendū ꝯtra velle suū aut nullū preciū
pro eo exhibēdo: vindex erit ille potēs ⁊ iu
stus iudex. Vos q̄ȝ in dolorib⁹ timere ha-
betis tale iudiciū sup̄ vos venire: quale sup̄
illam reginā legit̄ p̄uenisse: vestrosq̨ libe-
ros de male acquisitis nō ditari: sȝ magis
inopia tribulari. B Te igit̄ p̄ ihū
xp̄i passionē: qui tuam aīam suo precioso
sanguine redemit hortor et ammoneo: vt
aīam tuam p̄ aliquib⁹ trāsitorijs p̄sona-
liter nō disp̄das: sed omibus iniuste a te vel
ob tui causaȝ dāmificatis: plene satisfacias
et quicq̄d iniuste acq̄sisti restituas: illis ad
ꝯsolatōem q̄ nūc dolorē patiunt̄ atq̨ alijs
in exēplū: si dei amiciciā volueris obtinere
De⁹ ē mihi testȝ: q̄ tibi ista nō scribo a me
cū tui noticiā nō habeo: sȝ illō qđ vni p̄so-
ne ꝯtigit hoc me cū diuīa cōpassiōe aīe tue
ꝯpulit ad scribēdū. Illa eī p̄sona nō dormi
ens sȝ vigilās: audiuit in oratoribus suis vocē
angeli dicētis. Vr seuerse q̄ nimis audax es
ꝯtra deū et iusticiā: tua volūtas vicit in te
ꝯsciam tuā. Ita q̄ ꝯscia tua oīno tacet et
volūtas loquit̄ et operat̄. Ideo cito veni-
es in iudiciū ante iudiciū dei: ⁊ voluntas

tua silentiū tenebit ⁊ consciā tua loquet̄ ⁊
teipm̄ scd̄m iusticie rectitudinē iudicabit.

Verba filij ad spōsam quō dyaboli tem-
ptationib' debemus p̄cauere. Et qualiter
dyabolus p hostē: deus p gallinā: eius po-
tentia et sapiā p alas ci' misericordia p pēnas: ⁊
boīes p pullos designant̄. Cap. XLVII.

Filius loquit̄. Si ho-

stis pulsat ad ianuā: nō debetis eē
sic capre currētes ad murū. A
Nec sic arietes: q̄ eleuātes se pedib' anteri
oribus: mutuo se ipingūt cornib': s3 estote
sicut pulli: q̄ vidētes in aere auē volentē no
cere eis: fugiūt sub alas m̄ris vt abscondā
tur. Qui etiā si nō plus q̄ʒ vnā pennā m̄ris
valēt app̄hendere: ⁊ sub illa se ꝓtegere gau
dent. ¶ Quis aūt ē hostis vr̄ nisi dyabolus
qui oībus bonis actib' inuidet: cui' pulsare
est mentē hoīs temptationib' cōmouere:
pulsat q̄ppe q̄nq3 ira ⁊ detractōe: q̄nq3 im-
patiētia ⁊ diiudicatiōe iudicioꝝ dei: qñ s3
oīa nō succedūt ad votū suū: ymo etiā fre-
quētius pulsat ⁊ inq̄etat vos innumeris co
gitationib': vt a seruitio dei abstrahamini ⁊
vt opa v̄ra bona apō deū obfuscent̄. ¶ Jdō
qualescūq3 fuerint cogitatōes v̄re nō debe
tis dimittere locum v̄rm: nec esse sic capre
currētes ad murū: id ē h̄re duriciā cordis:
aut iudicare opa aliena in cordib' v̄ris: q2
sepius q̄ hodie ē malus: cras bonus ē. S3
debet3 submittere cornua v̄ra ⁊ stare ⁊ au-
scultare: id est hūiliare vos ⁊ timere: h̄ndo
patiām ⁊ rogando deū: vt male incepta in
meliora ꝯuertant̄. B Nec etiā esse debe
tis sic arietes ventilātes cornib': id est v̄ba
dare p v̄bis: ⁊ impropia īūgere impropijs
sed stare debetis ꝯstanter supra pedes ⁊ si-
lere: id ē fortiter rep̄hendere affectōes car-
nis: vt in loquēdo et r̄ndendo habeat3 pre
meditatōem: ⁊ violentiā quandā cū patia
q2 viri iusti ē vincere seipm: et a licitis etiā
locutionib': ꝓpter vitandū multiloquiū ⁊
offensam abstinere. Nā qui in cōmotione
animi effūdit nimis quod sentit: videt̄ quo
dam mō vindicasse seip̄m: et indicasse leui-
tatem animi sui: ⁊ ideo vacuus erit a coro
na: q2 noluit patientiā habere ad tēpus: ꝓ
pter quā patientiā et fratrē offendentem
lucratus fuisset ⁊ seip̄m ad maiorē coronā
preparasset. ¶ Quid v̄o sunt ale galline:
nisi potētia et sapiētia diuīa? Ego quippe
sum q̄si gallina: qui pullos currētes ad vo
cem meā: id est desiderātes obumbratōem
alaru3 mearū: ⁊ potēter defendo a dyaboli
laqueis: et sapiēter inspirationib' meis ꝓ-
uoco ad salutē. Quid v̄o est pēna nisi mise

ricordia mea: quā qui obtinuerit ita secu-
rus esse pōt: sicut pullus qui sub alis m̄ris
refouet̄. Ergo estote sicut pulli currentes
ad voluntatē meā: et in omnibus tēptatio
nibus et ꝯtrarijs dicite voce et opibus: fiat
volūtas dei: q2 ego confidētes in me defen
do potētia mea. Reficio miscōia mea: te-
neo patiētia mea: visito consolatōe mea: ⁊
illumino sapiētia mea. Remunero in centu
plum charitate mea.

Verba filij ad sponsam de quodā rege
qualiter debeat augere dei honorē ⁊ chari-
tatem ad aīas: ⁊ de sentētia contra eum si
non fecerit. Cap. XLVIII.

Filius dei loquit̄. Si

iste rex velit me honorare. Primo
minuat dedecus meū: ⁊ augeat ho
honorē meū: dedecus quippe meū est q p̄-
cepta mea q̄ p̄cepi: et v̄ba q̄ psonaliter lo-
cut' sui ꝯtemnunt̄: ⁊ q̄si a plurib' ꝓ nihilo
reputant̄. Si igit̄ velit me diligere: habeat
amminō maiorem charitatē ad aīas oīm: ꝓ
q̄bus ego apui celū cū sanguine cordis mei.
Si aūt plus desiderat requie3 q̄ est cū deo:
q̄ʒ dilatare p̄rimoniū suū hēbit ꝓfecto ma
iorē delectatōem ⁊ auxiliū a deo reuincere
locū illū ih'rlm: in q̄ iacuit mortuū corpus
meū. ¶ Dic insup tn̄ q̄ hec audis. Ego deus
ꝑmisi eum coronari. Jdeo ad ip̄m ꝑtinet
plus seq̄ voluntatē meā: et me sup omnia
honorare ⁊ diligere. Quod si nō fecerit bre-
uiabunt̄ dies eius. Hi q̄3 qui carnaliter eū
diligunt: sepabunt̄ ab eo cū tribulatione.
Regnūq3 eius in plures partes diuidet̄.

Visio spōse sub figura eccl'ie: et de eius
expositōe in q̄ua cōtinent̄ modus ⁊ status
quos papa debet tenere respectu sui et re-
spectu cardinaliū et alioꝝ prelatoꝝ sancte
matris ecclesie. Et q̄ʒ maxime in statu hu-
militatis. Cap. XLIX

Ui persone videbant̄

quasi q esset in magno choro. A
Et apparuit sol magnus et lucēs
duoq3 sedes q̄si p̄dicatoꝝ in choro erāt vna
a dextris aliaq3 a sinistris: distantes a sole
longo spatio et interuallo: duoq3 radij de
sole ad sedes pcedebant. Tūc vox vna au-
diebat̄ de sede: que ad sinistram partē erat
dicens. Aue rex inceternū: creatoꝝ ⁊ redem
ptor iustusq3 iudex. Ecce vicarius tuus q̄
sedet in sede tua in mūdo: reduxit iam se-
dem suam in antiquū et priorē locum vbi
sedit p̄mus papa petrus qui fuit princeps
aplōꝝ. Respōdit vox de dextra sede dicēs.
Quō inq̄t poterit intrare in sanctā eccle-
siam: in qua foramina cardinū sunt plena

rubigine ⁊ terra: Ideo et postes inclinati
sunt ad terrā q2 in foraminib9 nō est locus
vbi vncini imprimant̄: q̄ postes deberēt su-
stentare. Vncini q3 sunt extensi ad plenū:
nihilq3 curuati ad postes tenendū. Paui-
mentū vero totū effossum ē: et ꝯuersum in
foueas ꝓfundas: ad modū puteorū ꝓfun-
dissimoꝝ: que nullū oīno habēt fundū. Te
ctum aūt est linitū pice: ⁊ ardet de igne sul
phureo: stillās q̄si pluuia densa. De nigre-
dine vo et spissitudine fumi: qui de abysso
fossaꝝ et de stillicidijs tecti ascēdit: oēs pa-
rietes maculati sunt: ⁊ ita deformes in colo
re ad intuendū: q̄si sanguis cōmixtus pu-
trida sanie. Ideo amicū dei nō decet man-
sionē hr̄e in tali templo. B Rn̄dit vox
de sede ad ꝑtem sinistrā. Expone inq̄t sp̄ua
liter: q̄ dixisti corꝑaliter. Tūc ait vox: papa
similat̄ et designat̄ in postib9. In foramini
bus vo cardinū significat̄ hūilitas: que sic
vacua deb3 esse ab oīm supbia: vt nihil ap-
pareat in ea nisi qđ ꝑtinet ad officiū hūile
pōtificale: sicut foramē debet esse vacuū to
taliter a rubigine: s3 iam foramīa id est hūi
litatis insignia: sunt ita repleta supfluita
tibus ⁊ diuitijs a facultatib9: que ad nihil
aliud custodiunt̄ nisi ad supbiam: ꝙ nihil
apparet hūile: q2 tota hūilitas cōuersa est
ad mundanā pompā. Ideo nō mirū ꝙ pa-
pa qui siat̄ in postib9: inclinatus ē ad mū-
dialia: q̄ signant̄ in rubigīe ⁊ in terra. Pro
pterea papa īcipiat verā hūilitatē in seipo
p̄mo in apparatu suo in vestib9 in auro et
argēto et vasis argēteis. In equis et alijs
vtēsilibus: segregādo de eis oībus sola ne-
cessaria sua: alia vo erogādo paupibus: et
spāliter his q̄s nouerit amicos dei. Deīn
moderate disponat familiā suā: et necessa-
rios hēat famlos q̄ vitā suā custodiāt quia
lic3 in manu dei ē: q̄n eū velit vocare ad iu-
diciū: iustū tū est vt hēat famlos ꝓpter ro-
borandā iusticiā: et vt eos q̄ se ꝯtra deū et
sctām eccl̄ie ꝯsuetudinē erigūt: valeat hūi
liare. C In vncinis vo qui postib9 cō-
iungunt̄ significant̄ cardinales q̄ extēti ⁊
effusi sunt inq̄tū valēt ad oēm supbiā: cu-
piditatē: ⁊ carnis delectāmentū. Ideo reci
piat papa in manu malleū et forpicē: et fle
ctat cardines ad velle suū: nō ꝑmittendo
eos hr̄e plura de vestib9 ⁊ familia: et de vtē
silib9: nisi quantū req̄rit necessitas et vite
vsus. Flectat atq3 eos forpice: id est vbis leni
bus ⁊ ꝯsilio diuīo paternaq3 charitate: q̄ si
noluerīt obedire recipiat malleū: sc3 ouīdē
do eis seueritatē suā: faciēdoq3 quicq̄t po-
terit: qđ tū nō sit ꝯtra iusticiā donec flectā
tur ad velle suū. C In pauimēto aūt signi-
ficant̄ epi et clerici seculares: quoꝝ cupidi
tas nullū h3 fundū: de quoꝝ supbia ⁊ vita
luxuriosa ꝓcedit fum9: ob quē abhoīant̄
eos oēs angeli in celis: ⁊ amici dei in terris
Ista em̄ papa in multis emendare pōt: si
vnumquēq3 ꝑmittit habere necessaria nō
supflua: precipiat q3 vnicuiq3 epō attēdere
ad cleri sui vitā: et oīs qui noluerit emē
dare vitā suam et stare in continētia: pri-
uetur oīno prebēda sua: q2 carius ē deo ꝙ
in illo loco nō dicat̄ missa: q̄3 ꝙ manus me
retricee tangant corpus dei.

Visio incōprehensibilis spōse de iudicio
multarū ꝑsonaꝝ adhuc viuentiū: in q̄ au-
diuit: si hoīes emēdauerint petā et ego iu-
diciū mitigabo. Cap. L

Ibi videbatur quasi

m ꝙ rex vnus sederet in sede iudicia
ria: et quelibet ꝑsona viuēs staret
ante illū: quelibetq3 ꝑsona hēbat duos stā
tes iuxta se quoꝝ vnus apparebat ꝙ esset
quasi miles armatus. Alter vo quasi ethy-
ops niger. Ante vo iudiciū stabat pulpitū
in quo iacebat liber como dispositus sicut
vidi p̄us: cū ante eū tres reges viderē stare
sc3. viij. lib. cap. xlv. iij. K. C Vidi etiam ꝙ
quasi totus mūdus staret ante pulpitū: et
audiui iudicē tunc dicentē ad militē illum
armatū. Voca inq̄t ante iudiciū illos: qui
bus tu seruiuisti cū charitate. Et mox illi
qui nominabant̄ ceciderūt. Quoꝝ quidā
iacuerunt longiori mora: quidā breuiori:
antēq3 anime separent̄ a corꝑe. Omia aūt
quecunq3 vidi et audiui tunc: nō valeo cō
prehēdere: quia audiui iudicia multoꝝ ad
huc viuentium: qui adhuc cito vocabunt̄.
Attū sic dictū est mihi a iudice. Si inquit
emēdauerint petā hoīes: et ego iudiciu3
mitigabo. Multos q3 tūc vidi iudicari: q̄sdā
ad purgatoriū: alios ad ve sempiternum.

Visio admirabilis et terribilis spōse de
quadā aīa ante iudicē p̄n̄tata et oppositio
nibus dei. Et libri iudicij ꝯtra ipsam aīam
Et de rn̄sionibus aīe cōtra seipsam et de
diuersis penis stupendis sibi ad purgatio-
nem latis. Cap. LI

Ibi videbatur quasi

m ꝙ vna anima ꝑ militē et ethyopē
quos viderā p̄us: ante iudicē p̄n̄ta
ret̄. A Dictūq3 est mihi: hoc inq̄t quod
tibi nūc videt̄: hoc totū factū est sup aīam
istam: eo tpe quo a corꝑe soluebat̄. Cumq3
aīa p̄n̄tata fuisset iudici stabat sola: q2 in
neutri9 manib9 coꝝ erat: q̄ eam p̄n̄tabant
Stabat q3 nuda et dolorosa: ignorans ad

que deueniret. Deiñ videbat̃ mihi: q̃ quod
libr verbũ in libro rñdebat p̃ seipm: ad oĩa
quecũq3 aĩa loq̃bat̃. ¶ Igit̃ audiẽte iudice
et omi exercitu eius: miles ille armat⁹ loque
bat̃ prio sic: nõ est inq̃t iusticia: q̃ illa pctã
replicent̃ aĩe ad obprobriũ: que cõfessione
emẽdata sunt. Veruntñ ego q̃ ista vidi: bñ
et pfecte tũc noui: q̃ miles ille q̃ loquebat̃
oĩa nouit in deo: z vt ego intelligerẽ loque
bat̃. ¶ Tunc de libro iusticie rñsum est: qñ
pñia facta fuit ab ista aĩa: nõ subseq̃bat̃ cõ
tritio digna talib⁹ pctĩs. Nec vera satisfa-
ctio. Ideo dolere debet nũc p̃ his: que tũc
cũ potuit nõ emẽdauit. Quib⁹ dictis aĩa
incepit plorare ita vehemẽter: q̃ q̃si tota
cõstringeret̃. Attñ lacrime videbant̃ et vox
nõ audiebat̃. ¶ Deinde rex loquebat̃ aĩe
dicẽs. Conscientia inquit tua declaret mõ
pctã illa: q̃ satisfactio digna nõ seq̃ebat̃.
B Tũc aĩa extulit vocem suã ita alte: q̃
quasi posset audiri p̃ totũ mundũ dicens.
Ve inq̃t mihi q2 nõ feci iuxta mãdata dei
que audiui z cognoui. Et accusans seipam
addidit. Ego nõ timui iudiciũ dei. Cui re-
spõsum ẽ de libro. Ideo nũc timere debes
dyabolũ. ¶ Et statim aĩa timẽs et cõtre-
miscẽs: ac si tota solueret̃ dixit. Ego quasi
nullã charitatẽ habui ad deũ ideo modica
bona feci. Rñsum ẽ ei statĩ de libro. Ideo
iusticia ẽ: te vicinius approp inq̃re dyabolo
q̃3 deo: q2 ipse dyabolus te ad se suis tẽpta
tionib⁹ allexit z illexit. ¶ Aĩa rñdit. Iam
inquit intelligo: q̃ oĩa quecũq3 feci: erant
scdm dyabolicas infusiones. Rñsum ẽ de
libro: iusticia dictat: q̃ iuris dyaboli ẽ retri
buere tibi scdm ea que egisti: cũ pena z tri
bulatõe. ¶ Aĩa dixit. Nihil fuit a vertice ca
pitis mei vsq3 calcaneũ: quod nisi cũ super
bia vestiui. Quedã eñ vana et sup̃ba or-
namẽta: ego de nouo adinueni psonaliter:
quedã vero sequebar scdm patrie cõsuetu-
dinẽ: lauiq3 manus et faciẽ nõ vt solũ mũ
darent̃: sed vt ab hoĩe laudarent̃ pulcra
Rñsum est de libro. Iusticia dicit: q̃ iuris
dyaboli est retribuere tibi p̃ meritis: q2 te
ornasti et cõposuisti sicut ipe tibi inspira-
bat et dictabat. C Iterũ dixit aĩa. Os
meũ sepe apiebat̃ ad scurrilia: q2 alijs pla-
cere volui. Et animus me⁹ omĩa illa deside
rabat: que pudor z obprobriũ mũdi non se
quebat̃. Respõsum ẽ de libro. Ideo lingua
tua extrahi et extẽdi debet: dentesq3 tui in
curuari: z illa tibi apponent̃ que oĩno tibi
displicẽt: oĩaq3 illa tolli debẽt a te que tibi
placẽt. ¶ Dixit aĩa. Ego vehemẽter gau-
debam ex eo: q̃ multi receperũt exempla z
occasionẽ de his que ego feci: et q̃ multi imi
tabant̃ mores meos. Rñsum est de libro.
Ideo ẽ iusticia: q̃ omĩs qui dep̃hensus fu-
erit in tali pctõ p̃ quo tu punieris: eandẽ
penam ipse patiet̃: et ipe ad te adducet̃: et
tũc p̃pter aduentũ cuiuslib3 qui imitabat̃
adinuentões tuas pena tua augmẽtabit̃.
¶ Quib⁹ dictis videbat̃ mihi: quasi q̃ vin-
culũ quoddã esset alligatũ in capite aĩe
ad modũ corone: et stringebat̃ ita fortiter
q̃ occiput z frons cõiungebant̃ simul. Ocli
vero deciderũt a sedib⁹ suis: dependẽtes p̃
radices suas ad genas. Crines q3 quasi ab
igne cõbusti aruerũt. Cerebrum autẽ rum
pebat̃: defluens p̃ nares et p̃ aures: lingua
extendebat̃: dentesq3 cõprimebant̃. Ossa
vero in brachijs cõstringebant̃: et quasi fu-
nes torquebant̃. Manus etiã decoriate:
ad collũ alligabant̃. Pectus vero z venter
ita fortiter dorso cõiungebant̃: q̃ costis cõ
fractis cor cũ omnib⁹ interiorib⁹ euersum
crepuit. Femora vero pendebãt ad latera:
ossaq3 cõfracta extrahebant̃: eo modo quo
filũ tenue solet in globũ glomerari. D
His visis ethyops respõdit. O iudex pctã
aĩe iam sunt plagata scdm iusticiã. Con-
iunge ergo nos iam ambos me sc3 et aĩam
ita q̃ nunq3 separemur. ¶ Miles vero ille
armat⁹ respondit. Audi iudex. Tu qui scis
oĩa: ad te iam p̃tinet audire vltimã cogi
tationẽ et affectionẽ: quam ista aĩa habe-
bat circa finẽ vite sue. Ipsa quippe in vlti
mo pũcto taliter cogitauit. O si deus vel-
let dare mihi spaciũ vite: vellẽ vtiq3 liben-
ter emendare pctã mea: omniq3 tempe vite
mee seruirẽ ei: nec vnq3 amplius ipm offẽ-
dere. Talia o iudex cogitabat et volebat.
Memento etiã dñe: q̃ psona ista nõ tanto
tpe vixit: q̃ obtineret plene intelligibilem
conscientiã. Ideo dñe cogita iuuentutem
eius: z facito misericordiã. Tũc autẽ sic re-
spõsum ẽ de libro iusticie. Talibus cogita-
tionibus in fine nõ debet̃ infernus. Et iu-
dex tũc ait: p̃pter passionẽ inquit meã apie
tur aĩe celũ: purgatione prius p̃ peccatis
recepta: tanto tpe quanto tenet̃ pati: nisi
obtinuerit auxiliũ ex bonis opibus aliorũ
viuentiũ. ¶ Declaratio. ¶ Hec mulier
vouit v̄ginitatẽ i manu sacerdot3: z postea
nupsit q̃ in ptu postea piclitata moriebat̃.

Visio terribilis spõse de quodã hoĩe et
quadã muliere z de expositõe visionis spõ
se q̃liter ab angelo facta ẽ in qua multa mi-
rabilia cõtinent̃. Cap. LII

v Idebatur mihi vnus homo. A Cuius oculi eruti
erãt: sed tñ dependebãt ad maxil-

las cū duobus neruis: hic habebat aures sicut canis: nares sicut equus: os sicut ferocissimus lupus. Manus ad modū pedū bouis maximi: pedes sicut vulturis. ¶ Una quoque mulier videbatur mihi iuxta eū stare: cuius crines erant sicut vepres. Oculi erāt in occipite. Aures abscise. Nares plene sanie et putredine. Labia sicut dentes serpentis. In lingua erat aculeus venenosus. Manus erāt sicut due caude vulpine. Pedes sicut duo scorpiones. ¶ Dū hec ego viderem non dormiēs sed vigilās: dixi. O quid istud est. Et statim quedā vox dulcisona loquebatur ad me: q̄ tam ꝯsolatoria erat: ꝙ ois terror abscessit a me dicēs. Tu ista vidēs: quid nā existimas illa esse? Ego rn̄di. Ignoro vtrū isti quos video sunt dyaboli: aut bestie de tali bestiali natura ꝓgenite: siue etiā homines a deo sic formati? Vox tūc rn̄dit mihi. Nō sunt dyaboli: quia ipsi non hn̄t corpora sicut istos habere vides. Nec sunt de genere bestiali: quoniā de stirpe adam sunt ꝓgeniti. Nec etiam a deo taliter sunt creati Sed corā deo apparent a dyabolo in aīabus suis taliter deformes facti: et hec tibi videntur quasi corporaliter. Ego tn̄ ostendam tibi quid significent spūaliter. B Illius hominis oculi videntur tibi eruti: dependētes duobus neruis. Per duos eni nervos: duo intelliges. Primū est ꝙ deus credidit eternaliter viuere. Scōm est ꝙ credidit ꝓpriā suam aīam post mortē corporis: eternaliter siue in bono siue ī malo victurā. Per duos vero oculos: etiam duo intelliges. Primū est ꝙ debuit cōsiderare qualiter petm̄ euitare posset. Secūdo quō valeret bona opa ꝑficere. Isti duo oculi ideo eruti sunt: quia non fecit opa bona ꝓ desiderio celestis glorie: nec fugit peccata ꝓ timore gehēnalis pene. ¶ Habet etiā caninas aures. Nam sicut canis neqꝫ nomen dn̄i sui: neqꝫ alterius tantum curat: quantū nomen suum ꝓprium: si hoc nominari audierit: ita etiam iste non tantum curauit de honore nominis dei: quantū de honore nois ꝓprij. ¶ Habet etiā equinas nares. Nā sicut equus qui solutus est eiecto stercore suo: delectatur nares apponere illi. Similiter iste. Nam ꝑpetrato petō quod coram deo vilissimū stercus est: de ipsius fetore dulce sibi videtur cogitare. Habet etiā os sicut lupus ferocissimus: qui ventre ac ore suo repleto: ex illis que viderat adhuc si aliquid aure viuū audierit: deglutire illud desiderat. Ita et iste: si oia possideret que oculis viderat: adhuc cōcupisceret illa q̄ alios possidere audiret. E

Habet etiā manus ad modū pedum fortissimi bouis: qui cum iratus fuerit: animal cui ꝑualet cū pedibꝫ suis dirumpit: ꝓpter ire vehementiam: nō curans de intestinis vel de carnibus eius: dūmmōvitam illi abstulerit. Similiter iste nā qn̄ est in ira: non curat ꝙ aīa sui inimici in infernū descenderet: nec qualiter corpus eius torqueretur morte: si vitā eius auferre posset. ¶ Habet etiā pedes sicut vultur. Nam sicut vultur habēs aliquid inter vngues: quod sumere eū delectat: pedem sup illud tam fortiter stringit: ꝙ viribꝫ pedis deficiētibus pre dolore: ipse quasi nesciens dimittit cadere qd̄ tenebat: ita ꝛ iste. Nā illa que iniuste habet intendit tenere vsqꝫ ad mortē quando omnibus viribus deficientibꝫ illa dimittere coartabitur. ¶ Mulieres ꝟo illius crines: videbantur sicut vepres. In crinibus autem qui sunt in summitate verticis: ornātibus faciem hominis: significatur illa volūtas: que summe sūmo deo placere desiderat. Hec eī voluntas aīam coram deo adornat. Sed quia huius mulieris voluntas est: summe huic mūdo placere plusqꝫ summo deo: ideo sui capilli apparent sicut vepres. D

Oculi vero eius apparēt in occipite: quia mentales oculos auertit ab his que bonitas dei sibi fecerat: in creando eam: in redimendo: et in diuersis sibi vtiliter ꝓuidendo. Illa vera que transitoria sunt intente respicit: a quibꝫ quotidie discedit donec ab aspectu suo penitus euanescant. ¶ Aures igitur abscise spūaliter apparent: nam minime curat doctrinā sancti euāgelij: seu predicatōes audire. Nares vero plene putredine sunt: qm̄ sicut per nares suauis odor ad cerebrum delectabiliter trahitur: vt cerebrum inde fortificetur: sic ipsa per affectiōes suas quicqd putrescibile corpus delectat ad ipsius fortificationē: trahit delectabiliter ad effectuz. Labia vero illius sicut dentes serpentis videbantur: et in lingua aculeus venenosus. Nam dum serpēs dentes fortissime constringit: ꝓpter defensionem aculei: ne ab aliquo euentu frangatur: tamē squalor de ore eius effluit inter dentes: qꝛ separatim sunt locati. Similiter et ipsa claudit labia a confessione vera: ne frangatur delectatio peccati: que est ante sue aculeus venenosus: squalor tamē peccati euidenter apparet coram deo et sanctis eius.

E Dixi tibi prius de iudicio et abiectione vnius matrimonij: qui contra statuta ecclesie contraxerunt. Nunc indicabo tibi plenius de eis. Tu eniz vidisti manus mulieris supra dicte quasi caudas vulpinum: et pedes eius quasi scorpiones. Hoc ideo est: qꝛ

sicut in omnibus membris et affectionibus erat inordinata. Sic z leuitate manuū suarum et incessu pedū dulcedinem carnis ꝓuocādo: grauius scorpione aīam viri puniebat. Et ecce in eodē momento apparuit ethiops: habēs in manu tridentē: z in alio pede quasi tres vngulas acutissimas: clamans et dicēs. O iudex iam hora mea est. Expectaui z siluī. Iam tempus est faciēdi Et statim sedente iudice cū exercitu innumerabili: apparuit mihi vir vnus z mulier nudi. Et dixit iudex ad eos. Dicite inquit Quis omnia scio quid fecistis: Rūdit vir. Audiuimus z sciuimus vinculū ecclesie et non curauimus: ymo despeximus. Rūdit iudex: quia noluistis sequi dnm: iusticia est vt sentiatis maliciam lictoris. Et statim ethyops infixit vngulam in corda amboꝝ et sic fortiter cōpressit eos: vt quasi in prelo positi viderent̄. Et dixit iudex. Ecce filia talia merent̄ qui se scienter elongant a creatore suo ꝓpter creaturā. F Dixit iterum iudex ambobus. Ego dedi vobis saecium vt cōgregaretis fructum deliciarum mearū: quid ergo nunc apportatis. Rūdit mulier. O iudex delicias vētris quesiuim⁹ et non apportamus nisi ꝯfusionem. Tunc dixit iudex lictori. Redde quod iustum est Qui statim infixit vngulam scdam in ventres amborum: z sic fortiter vulnerauit ꝙ omnia intestina viderent̄ pforata. Et dixit iudex. Ecce talia merent̄ qui legem transgrediunt̄: et pro medicamento sitiunt venenum. Iterū dixit iudex ambobus. Ubi est thesaurus meus quem accomodaui vobis ad vsuram: Responderūt ambo. Posuimus eum sub pedibus nostris: qꝛ quesiuimus thesaurū terrenum et non eternū. Tunc dixit iudex lictori. Da quod scis z debes. Qui statim infixit vngulam terciaꝫ in corda eorū et ventres: et pedes: ita vt omnia quasi vnus globus viderent̄. Et dixit ethiops. Domine quo vadam cū eis: Respondit iudex. Tuū non est ascendere nec gaudere. Quo dicto. A facie iudicis statim vir et mulier gementes disparuerūt. Iterꝫ dixit iudex. Gaude filia quia a talibus es segregata.

Uerba virginis ad spōsam qualiter est parata ad defendendū omnem viduam et omnem virginem et ꝯiugatam: quas etiā videt in iusto ꝓposito stantes z suum filiū sup omnia diligentes. Cap. LIII

a Udi tu inquit mater dei: que toto corde rogas deū: vt filij tui placeāt deo. Uere talis oratio placita est deo. Non em̄ est mater que filium meū diligit sup omnia: et illud ideꝫ petit filijs suis quin nō statim parata sum iuuare eam: ad effectum petitionis eius. ¶ Nec etiā est aliqua vidua: que stabiliter rogat auxiliū a deo standi in viduitate: ad honorē dei vsqꝫ ad mortē: quin non statim parata sum ꝑficere voluntatē eius cum ea quia ego fui quasi vidua: eo ꝙ habui filiūꝫ in terris: qui nō habuit carnalem patrem. ¶ Nō est etiam aliqua virgo que virginitatem suā desiderat seruare deo vsqꝫ ad mortem: quin nō parata sum eam defendere z confortare: quia ego sum vere ipsa virgo. ¶ Nec mirari debes. Cur dico ista: Scriptum est eī: ꝙ dauid desiderabat filiaꝫ sanlis qꝫ fuit virgo. Ipse em̄ recepit eam qꝫ fuit vidua. Insup et habuit vxorem vrie: quando vir eius vixit. Attn̄ concupiis dauid non fuit sine petō. Sed delectatio illa spūalis fily mei qui est dn̄s dauid: est sine omni petō. Ideo sicut iste tres vite: scꝫ virginitatis: viduitatis: et ꝯiugij: placuerūt dauid corꝑaliter: ita filio meo placet eas habere in sua delectatōe castissima spūaliter. Ideo non mirū: ꝙ imitando trabo eaꝝ delectationem spūalem: in delectationem filij mei: quia eius delectatio est ad ipsas.

Uerba mr̄is ad filiam de felici natiuitate spūali cuiusdam in petīs pessimis nutritī: quam natiuitatem precibus z lacrimis seruoꝝ dei obtinuit. Cap. LIIII

v Ide filium lacrimaꝝ qui nūc est recenter natus de mundo spūaliter: qui fuerat prius natus de matre sua in mundum carnaliter. Sicut em̄ femina illa: que extrahit infantem de ventre matris: primo caput trahit deinde manus deinde totū corpus: vsqꝫ ꝙ cadit in terrā. Sic ego feci illi ꝓpter lacrimas et preces amicorū meorum. Extraxi illum quippe de mūdo intm̄: ꝙ iam spūaliter est sicut puer noiter natus. Ideo educari debet: et spūaliter et corporaliter. Nā ille ad quem te miseram: educare eū debet precibus suis z bonis opibus: et ꝯsi ꝰ ꝰs custodire. ¶ Illa ꝟo femina de qua tibi dictū est: rogabit ꝓ eo et custodiet spūaliter: attendēdo etiā vt habeat necessaria sua corporaliter: qꝛ ipse ita ꝓfūde cecidit in petā mortalia: ꝙ oēs demones in īferno dixerūt de eo. Apiamus os si forte venerit: vt p̄mamus eū dentibꝫ nr̄is et deglutiamus. Extendamus etiā manus: vt dirūpendo lacerem⁹ eum: habeamus qꝫ pedes ꝓmptos ad calcandū: et calcitrandū eum. ¶ Ideo

dictũ est tibi: q nunc spũaliter natus fuit quia iam de ptãte demonũ est liberatus: sicut bene colligere poteris de v̾bis illis q̃ audisti: q deũ corde ꝛ corpe diligit sup oĩa

Verba mr̄is ad filiam qualiter p̄cibus seruoꝝ dei vult diligere quendaꝫ puerũ et ipm armis sp̄ialib9 armare. Cap. LV

r Ecordare q scribitur de moyse. A q filia regis inuenit eum sup aquas: et dilexit eum pro filio suo. Scribit̃ qꝫ in scolasticis histo rijs: q idem moyses vicit terram per aues que consumpserũt serpentes venenosos. ¶Ego suꝫ filia regis de ꝓgenie dauid que volo puerum istum diligere: quem inueni in procellis lacrimarum: que effuse sunt pro salute aĩe eius: que inclusa fuit in arca corpis eius: quẽ educabũt illi de quib9 dixi donec ad etatẽ venerit in qua armare eum volo: et mittere ad terrã vincendã regi celi Sed quõ hec fiant tibi ignotũ est: et mihi notũ. Nam ego taliter p̄parabo euꝫ: q de eo dicet̃. Iste vixit sicut vir: et mortuus est sicut gygas: venit ad iudiciũ sicut bon9 miles. B ¶Additio. Filius dei loquitur Vbi anial famdicũ repellit̃ a preda. Expectat alonge inueniendo tẽpus redeũdi ad predã: similit̃ vadit ad speluncã suaꝫ. Sic ego feci principi terre huius. Monui eũ bñficijs meis. Monui eũ verbis et verberibus: sꝫ tanto ingratior ꝛ obliuiosior ẽ quanto mansuetiorẽ me ei ostẽdo. Ideo vocabo eum nũc sub coronã et ad scabellũ pedum qꝛ noluit stare in corona. Immittãqꝫ ei et assentatorib9 suis aspidẽ innatẽ de vipera ꝛ subdola vulpe generatũ: qui terrã et habitatores eius ꝯturbet ꝛ simplices depilinabit: q̃ cacumina terraꝝ ascẽdet: ꝛ gloriantes deijciet ꝛ ꝯculcet. Puerũ vero istũ quẽ amici mei nutrierunt: ducã ꝑ aliam viam donec veuerit ad locũ gloriosiorẽ. ¶Item loquit̃ filius dei. Adhuc dicet̃ de puero isto q vixit sic vir: pugnauit sicut miles egregius. Coronabit̃ sicut amicus dei. O filia quid credũt mulieres: que gloriant̃ ex eo q filij eaꝝ ꝓcedunt in supbia. Illa nõ est gloria sed cõfusio: quia regeꝫ supbie imitant̃. Sꝫ illa est gloria ꝛ ille est miles glorie: qui gloriat̃ in eo q facit honorẽ deo quantuꝫ põt: et conat̃ ad maiora. Paratusqꝫ ẽ pati ea que deus vult eũ pati: talis est miles dei et talis coronabit̃ cum militib9 celi.

Verba mr̄is ad filiam de quodam q nõ debeat contristari propter correptionem. Cap. LVI.

Ater loquit̃. Cur turbat̃ ille: Pater quippe percutit filium qñqꝫ cũ lenib9 stramînib9. Ideo nõ est ꝯtristãdũ

Verba mr̄is ad filiã qualiter roma debet mũdari a zizania: p̄mo acuto ferro: secũdo igne: tercio ꝑ iuga boũ. Cap. LVII

m Ater loquit̃. Roma est q̃si ager sup queꝫ zizania exereuit. Ideo p̄mus debet mũdari cuꝫ acuto ferro. Inde igne purgari. Postea arari eũ iugo boũ. Ideo faciam vobiscũ: sicut qui transfert plãtas in aliũ locum. Illi cĩ vrbi preparat̃ talis pena: quasi iudex diceret. Excoria inquit totã pellem: extrahe totum sanguinẽ de carne. Exscinde omnem carnẽ in frusta: et confringe ossa ita. vt defluat omnis medulla.

Verba xp̄i ad sponsam sub figura de expositione vbi xp̄s per dñm ꝑegrinantem: corpus suum ꝑ thesaurũ: ecclesia ꝑ domũ sacerdotes ꝑ custodes designant̃: quos sacerdotes tanqꝫ verus dñs septẽplici honore honorauit. Et qualiter deus ꝯquerit̃ q iniqui sacerdotes septẽplici vitupio ipsuꝫ vitupant: et qualiter septẽ vestes: scꝫ septẽ virtutes quas deberẽt habere vertũt in septem vicia. Cap. LVIII

f Ilius loquitur. Ego A sum similis dño: qui fideliter decertãs in terra ꝑegrinatõis sue regrediebat̃ in terrã natiuitatꝫ sue cũ gaudio: hic dñs habebat thesaurũ preciosum valde: cuius intuitu glorificabant̃ lippiẽtes oculi: tristes ꝯsolabant̃: infirmi ꝯualescebãt: mortui suscitabant̃. Vt ꝟo thesaurus honeste ꝛ tute custodiret̃: facta et ꝑfecta est domus quedã in magnificẽtia ꝛ gloria: habẽs altitudinem decentẽ: septemqꝫ gradus: quib9 ad domũ et thesaurũ ascendebat̃. ¶Nũc itaqꝫ thesaurũ: dñs tradidit ꝟuis suis videndũ et tractandũ: fideliterqꝫ et mũde custodiendũ vt et charitas dñi ꝓbaret̃ ad ꝟuos: fidelitasqꝫ seruoꝝ ad dñm videret̃. Procedente vero tp̄e despici cepit thesaurus. Raro frequẽtabat̃ domus: tepueruntqꝫ custodes: ꝛ charitas dñi negligebatur. Tũc dño ꝯsulente familiares suos: quid faciendũ esset sup tãta ingratitudine Rñdit vnus eoꝝ dicens. Scriptũ est q iudices et custodes populi negligentes iussi sunt suspendi ad solẽ sed tuũ est misericordia ꝛ iudiciũ: qui parcis omĩbus: quia tua sunt omĩa et omnium misereris. B Ego sum in figura ille dñs qui quasi ꝑegrinus per humanitatẽ apparui in terra: cum tñ in celo ꝛ in terra potẽs essem scd̃m deitatẽ Ego quippe tã forte certamẽ habui in ter

ris: q omnes nerui manuū et pedū meorū rumpebant͂ ꝓpter animarū zelum ⁊ salutē. ¶ Relicturus itaq; mūdū ⁊ ascensurus in celū: a quo tñ s̄m deitatē nūq̄ȝ defui: reliqui mundo memoriale dignissimū. s. corpꝰ meū sanctissimū: vt cum lex vetus gloriabat͂ de arca manne ⁊ tabulis testamenti: ceterisq; alijs: sic nouus homo gauderet de noua lege: ⁊ non vt olim de vmbra: sȝ de veritate: scȝ corpore meo crucifixo: quod in lege figurabat͂: vt aūt corpus meū esset in gloria ⁊ honore: institui domū sancte ecclesie vbi seruaret͂ ⁊ tractaret͂. Sacerdotes custodesq; speciales eiꝰ: qui q̄dāmodo etiā officio sunt supra angelos: q2 quē ipsi angeli timent ꝯtingere timore reuerentie: hūc sacerdotes tractant manibus ⁊ ore. L

Honoraui q̄ȝ sacerdotes septemplici honore tanq̄ȝ in septē gradibus. Primo debent esse signiferi ⁊ speciales amici mei: ꝑ mundiciam mentis ⁊ corporis: q2 mūdicia primus locus est ad deū: quē nihil ꝯtingit nec decet coinquinatū. Nam si legalibus sacerdotibꝫ permittebat͂ ꝯmixtio tempore quo nō sacrificabant: nō mirū fuit: q2 ipsi portabant testam nō nucleū. Nūc aūt veniente veritate ⁊ fugata figura: summe studēdū est mundicie tanto copiosius quanto dulcior est nucleus testa. Et in hmōi cōtinētie signū: capilli primo tondent͂: ne voluptas aīo seu carni dñet͂. ¶ In secundo gradu instituunt͂ clerici: q sint viri angelici per omnē humilitatē: q2 humilitate mentis ⁊ corporis penetrat͂ celum ⁊ vincit͂ dyabolꝰ superbus. Et in hmōi gradus signū constituuntur clerici ad expellendos demones: q2 homo humilis eleuat͂ in celum: vnde ꝑ superbiam corruit demon elatus. D In tercio gradu instituunt͂ clerici ex eo q debent eē discipuli dei per cōtinuā diuine scripture lectionē: quibꝫ et ideo ab ep̄is tradit͂ in manus liber: sicut ⁊ militi gladiꝰ vt ⁊ sciāt que agenda sunt: ⁊ orōne ⁊ meditatiōe studeant placare irā dei ꝓ pplo dei. ¶ In q̄rto gradu instituūt͂ clerici custodes templi dei ⁊ speculatores aīaꝝ: quibꝫ ⁊ ideo traduntur claues ab ep̄o. vt solliciti sint circa salutem fratrū verbisq; ⁊ exemplis ꝓmoueant ⁊ incitent infirmos ad ꝑfectiora. ¶ In q̄nto gradu instituunt͂ dispensatores ⁊ curatores altaris ⁊ mūdialiū reꝝ contemptores: vt q̄ altari deseruiunt de altari viuāt et in terrenis nequaq̄ȝ nisi in his que decēt gradum eorum occupent͂. ¶ In sexto gradu instituunt͂ q sint viri apostolici predicādo veritatem euangelicam moribusq; se ꝑdicationi conformando. ¶ In septimo gradu instituuntur q sint mediatores inter deum ⁊ hominem per imolatōnē corporis mei: in quo gradu sacerdotes quodāmodo sunt super angelos dignitate. E

Nūc aūt conqueror q gradus isti dissipati sunt: q2 superbia diligit͂ ꝓ humilitate. Impuritas exercet͂ pro mundicia: dei lectio non attenditur sed liber mundi. Negligentia apparet in altaribus: sapiētia dei reputatur fatuitas. Salus animarū non curat͂. Nec sufficiunt eis ista: sed adhuc etiā vestes meas ꝓiecerunt: et contemnunt arma mea. ¶ Ego quippe ostendi in monte moysi vestes quibus sacerdotes legis vterent͂. Non q in celesti dei habitatione aliquid materiale sit: sed q2 spiritualia nisi per corporales similitudines non capiuntur. Ideo spirituale per corporale ostendi: vt sciatur quanta reuerentia et mundicia opus est hijs: q̄ habent ipsam veritatē: scȝ corpus meum: si tantā mundiciam et reuerentiā habebāt hi: qui portabant vmbram ⁊ figuram. Sȝ ad quid moysi ostendi tantam vestium materialiū pulcritudinē: nisi vt per eas addisceret͂ ⁊ significaretur ornatus ⁊ pulcritudo anime. Sicut em̄ vestes sacerdotis sūt septem: sic anime accedentis ad corpus dei septem debent esse virtutes sine quibꝫ non est salus. F

Prima ergo vestis anime ē contritio et cōfessio que tegit caput. ¶ Secunda est affectus ad deum ⁊ affectus castitatis. ¶ Tercia est labor pro honore dei: et patientia in aduersis. ¶ Quarta est nō attēdere ad laudes ⁊ obprobria hoīm: sed ad honorem solius dei. ¶ Quinta est abstinentia carnis cum vera humilitate. ¶ Sexta ē recogitatio beneficiorum dei et iudiciorū eiꝰ timor. ¶ Septima est charitas dei super omnia: ⁊ perseuerantia in bonis inchoatis. ¶ Nunc aūt iste vestes immutate sunt ⁊ contempte: diligitur quippe pro ꝯfessione excusatio ⁊ leuigatio culpe: pro castitate scurrilium continuatio: pro labore salutis anime: labor vtilitatis corporis. Pro honore ⁊ amore dei: ambitio mundialiū ⁊ superbia. Pro parcitate laudabili superfluitas ī omnibus. Pro timore dei: presumptio et diiudicatio iudicioꝝ dei. Pro dilectione dei super omnia ingratitudo cleri super omnes. Ideo sicut dixi per prophetam veniam in indignatione: et tribulatio dabit eis intellectum. G

Tunc mater misericordie astans Respondit. Benedictus sis tu fili mi pro iusticia mea: loquor ad te qui omnia scis ꝓpter sponsam istam quam tu vis intelligere spiritualia: que tamen nisi per similitudines capere non valet spiritualia. Tu

quione dixisti in deitate tua ante q̄ suscepisses humanitatem de me: q si decem viri iusti inuenirentur in ciuitate misereri velles toti ciuitati ꝓpter decem. Nunc autem adhuc infiniti sunt sacerdotes: qui te oblatione corporis tui placant. Ergo miserere ꝓpter eos his qui parum boni habent: hoc que te fili humanitatē genui rogo: hoc om̄s electi tui petunt mecum. ¶ Respondit filius. Benedicta sis tu: et benedictum verbum oris tui. Tu vides q tripliciter parco ꝓpter triplex bonū quod oblatio corporis mei hꝫ

B Sicut em̄ ex presumptione iude tria om̄ia sunt bona i me. Sic ex oblatiōe sacrificij huius tria veniunt animabus. Denique patientia mea laudatur: q sciens proditorem meū iudam non repuli conuersatione ei⁹. Secundo q astante proditore cū suis omnes ex vnico verbo meo ceciderunt in terrā: vbi potentia mea ostēdebatur. Tercio qꝛ omnē maliciam eius et dyaboli: ad animarum conuerti salutem. vbi sapientia et charitas diuina manifestabatur. Sic etiam ex oblatione sacerdotū tria veniūt bona. Primo laudatur ab omni celesti exercitu patientia mea qꝛ idem sum in manibꝫ boni et mali sacerdotis: quia apud me nō est personarum acceptio: nec merita hominū conficiunt hoc sacramentū: sed verba mea. Secundo quia hec oblatio prodest oībꝫ a quocunque sacerdote est oblata. Tercio qꝛ prodest etiā ipsis offerentibꝫ quātumcūque malis: qꝛ sicut ex vno verbo quod dixi. s. ego sum: corruerūt hostes mei corporaliter in terram: sic dicto verbo meo: videlicet: hoc est corpus meum. fugiunt demones a temptando animas offerentiū nec auderent redire ad eos cū tanta audacia si affectus peccandi nō sequeretur. ¶ Itaque misericordia mea parcit omnibus et omnes suffert: sed iusticia clamat vindictam: quia clamo quotidie: et q̄ multi respondent mihi satis tu vides. ¶ Veruntamen mittā adhuc verba oris mei: et q̄ audierunt cōplebunt dies suos in leticia illa q̄ nec dici nec cogitari potest pre dulcedine. Qui vero non audierint veniet eis sicut scriptum est: septem plage in anima et septem in corpore: quas cōsiderando et legendo ea que gesta fuerant inuenient: ne experiēdo contremiscant.

Verba christi ad sponsam qualiter sacerdos tenetur habere tria: primo corp⁹ xp̄i ꝯsecrare: scd̄o mūdiciā carnis et sp̄us habere tercio parochie sue ꝓuidere. Etiā tenetur habere librū et oleū. Et quō sacerdos angel⁹ dei est: imo q eius officiū est maius q̄ angeli. Capitulū LIX

Filius loquitur. Sacer

A dos tenetur habere tria. Primo consecrare corpus dei. Secundo habere mundiciam carnis et sp̄us. Tercio ꝓuidere parochie sue. Sed potes querere quid prodest habere ecclesiā: si non habet parochiā: Respondeo tibi sacerdos habens voluntatem oībꝫ ꝓdesse: et predicare propter amorem dei: ille habet tam latam parochiam quasi si haberet totū mūdum: qꝛ si posset loqui toti mūdo minime parceret labori suo. Ideo voluntas bona reputatur ei pro ope. Nam deus ꝓpter ingratitudinē audientiū: multotiēs parcit electis suis a labore predicandi: nec tamen fraudantur mercede ꝓpter affectum bonū. ¶ Presbyter etiam tenetur habere librū et oleum. Librū ad instruendū imꝑfectos: oleū sanctum ad infirmos liniēdū.

B Sicut em̄ in libro cōtinetur doctrina corꝑalis et spiritualis: sic in sacerdote sit sapientia ad seipm̄ moderando carnē: ne dissoluatur in ꝑtantia: qua scandalizantur parochiani fugiendo cupiditatem mundi: qua vilipenditur decor ecclesie: deuitādo mores seculariū: quibꝫ dignitas clericalis dehonestatur. Sp̄ualis vero scientia est instruere insipientes: corripe dissolutos: accēdere ꝓficientes. In oleo vero notatur dulcedo orationis: et exempla bona. Sicut enim oleū pingui⁹ est pane: sic oratio charitatis et exempla bone vite: efficaciora sūt ad trahendū homines: et pinguiora ad placandū deum. ¶ Vere dico tibi filia q magnum est nomē sacerdotis: qꝛ angelus domini est et mediator: sed maius est officium eius: quia tractat incomprehensibilem deū: in quo celestibus in manu eius ꝯiunguntur.

Verba sponse ad deū de grato mō effundendi preces coram deo. Capitulū LX

Benedictus sis tu cre

b ator et redēptor me⁹. Ne indignetis si loquor ad te: sicut vulneratus ad medicū: sicut tribulatus ad consolatorem: sicut pauꝑ ad diuitem et abundantē. Vulneratus quippe dicit. O medice noli abhominari me fetidū: qꝛ frater es. O consolator optime: noli me despicere: qꝛ anxi⁹ sum: sed da cordi meo requiem: sensibusque meis consolationem: Pauꝑ vero dicit. O tu diues et nullius egens: respice me qꝛ ꝑiclitor fame. Vide me qꝛ nudus sum: et da mihi vestes quib⁹ calefiam: sic ego dico. O domine omnipotentissime et optime: ego cōsidero vulnera peccatorum meorum: quibus ab infantia vulnerata sum et ingemisco: quia tempus consumptum est inutiliter. Vires

nō sufficiūt ad labores: quia exhauste sunt in vanitatibus. Ideoqꝫ quia tu es fons totius bonitatis ⁊ misericordie: rogo te miserere mei. Tange cor meum manu dilectionis tue: quia medicus es optimus: ꝯsolare animā meā: qꝛ ꝯsolator es bonus.

Qualiter dyabolus apparuit sponse in eleuatione corpis christi loquens ⁊ ꝑ rationes ꝓbans ei ꝙ illud quod eleuabat nō erāt corpus christi. Cui angelus dn̄i statim apparuit ꝯfortans eam et dicēs. Noli credere ⁊c. Et qualiter xp̄s apparens cogit dyabolum vt diceret veritatē coram filia. Et qualiter corpus christi sumit sic a malis sicut a bonis: ⁊ de remedio opportuno in temptationibus de corpore christi. Cap. LXI.

Pparuit sponse i ele

a uatione corpis christi: quidā teterrimus ⁊ ait. A Nunq̄d credis fatua: ꝙ hec cortella panis deus est: diu demqꝫ ꝯsumptus esset etiam si mons maximus fuisset. Nullus quippe sapientum iudeorum: quib⁹ a deo data est sapientia hoc credit sed nec aliquis credat: ꝙ deus ab immundissimo sacerdote q̄ cor habet caninū tangi dignat ⁊ amari. Et vt probes qd̄ dico. Iste sacerdos meus est: quē cū voluero: ⁊ iā in pūcto auferā ad meipsu. ¶ Tūc statim bonus angel⁹ apparens dixit. O filia nō respondeas stulto iuxta stulticiā suam: ipse enī qui apparuit tibi: est pater mēdacij: ꝫ esto parata quia sponsus noster iā ꝓpe est. ¶ Qui sponsus iesus veniēs: ait ad dyabolū. Cur inquit ꝯturbas filiam meā ⁊ sponsam? Ideo dico filiā: qꝛ creaui eā. Idō sponsā: qꝛ redemi eā: ⁊ charitate mea copulaui eā mihi. ¶ Respondit demon. Ideo loqr qꝛ ꝑmissus sū: ⁊ vt ipa refrigesceret in seruitio tuo. Et dn̄s. Hoc inq̄t nocte ista experta est. qꝛ oculos ⁊ reliqua mēbra cōpressisti: ⁊ maiora fecisses si fuisses admissus: ꝫ q̄tiēs ipa resistit immissionib⁹ tuis: totiēs ei duplicatur corona. B Veruntū tu diabole qꝛ dixisti me diu fuisse comestū: etiā si fuissem mons: dicito mihi audiēte filia mea q̄ corporalis est. Scriptura dicit: ꝙ ꝑcipiente populo erigebat serpēs eneus: q̄ viso oīs ꝑcussus a serpentib⁹ sanabat. Vtrum ista virt⁹ sanatiua erat ex eris fortitudie aut specie serpentis: aut de moysi bonitate: seu virtute occulta diuina? Respondit demon. Hec virtus sanationis a nullo erat nisi a ꝓpria sola virtute dei: et fide populi credentis et obedientis: qui sic firmiter credidit deo: ꝙ deus qui de nihilo fecit omnia: etiā omnia posset facere que non erant prius. Iterum dixit deus. Dicito demon: quando virga facta est serpens: vtrum factum est precipiente moyse an iubēte deo? Aut qꝛ moyses sanctus fuit: an qꝛ verbum dei sic dixit? Cui demon. Quid inquit erat Moyses nisi homo infirmus ex se: sed iust⁹ ex deo: ad cuius verbum quod iussit ⁊ ꝓtulit de⁹: facta est virga serpens: deo veraciter iubente: et moyse tanqꝫ ministro obsequente. Nā ante preceptum ⁊ verbū dei virga erat virga: ꝑcipiente ṽo deo: veraciter virga facta est serpens: ita vt et moyses formidaret. C Tunc dominus ait ad sponsam ista videntem. Sic est etiam nūc in altari: an̄ enī verba sacramenti: panis positus in altari panis est: dicto ṽo verbo hoc est corpus meū. fit corpus christi: quem sumūt ⁊ tractāt ita boni sicut ⁊ mali: ita viuus sicut mille: eadē veritate: sed nō eodē effectu: qꝛ boni⁹ ad vitam: malus ṽo ad iudiciū sui. Qꝛ ṽo demō dixit deum fedari ex immūdicia offerentis: hoc verissime falsum est. Sicut enī si seru⁹ leprosus ministrat dn̄o claues. Aut si infirmus offert fortissimarum herbarū confectiones: nihil hoc obesset ei cui ministrarētur: cū eadē virtus est in eis ꝑ qualēcūqꝫ offerent. Sic deus nec ex malicia mali ministri fit malus: nec ex bono fit melior: qꝛ semper immutabilis est ⁊ semꝑ idē. ¶ Qꝛ ṽo dixit demon eū citius moriturum: hoc nouit ex sue nature subtilitate: ⁊ ex causis exterioribus. Attamē auferre eū nō poterit nisi me ꝑmittente. Veruntamen iste sacerdos su⁹ est ꝓpri⁹: nisi se correxerit: et hoc ꝓpter tria. Ideo idē demon dixit eū habere mēbra serentia ⁊ cor caninū: qꝛ fetidus vere est et febricitans: qꝛ habet calorē exteriorē sed interiorē frigiditatē: sitim intolerabilē: languorem mēbroꝝ: panis fastidiū: ⁊ oīs suauitatis abhominationē. D Calescit enī ad mundū: frigescens est ad deum: sitit voluptatē carnis: fastidiens virtutū pulcritudinē. Insipidus est ad mandata dei: feruens ad omnia que sunt carnis: Ideo non mirum: quia non sapit sibi corpus meum. nisi sicut panis coctus in clibano: qꝛ nō cogitat nec sapit ei spirituale opus sed carnale. Ideo dicto agnus dei et sumpto corpore meo in corpus suū: discedit ab eo patris potentia: abscedit et filij dulcissima presentia. Depositis ṽo sacris vestibus recedit spiritus sancti benignitas: qui est vinculū coniunctionis: sola aūt forma ⁊ recordatio panis remanet ei. ¶ Non tamen cogitare debes ꝙ ipse vel alius quantūcūqꝫ malus sine deo sit. sed recedit deus: maiorem cōsolationem non infundendo: ꝑmanet ṽo to-

lerando eũ z a dyabolo defendẽdo. ¶ Quod vero dyabolus dixit: nullũ sapientũ iudeorum hoc velle credere. Respõdeo. Ipsi iudei sũt ita dispositi: sicut qui dextros oculos amiserũt ideo claudicãt vtroqz pede spiritali: propter quod z insipientes sunt: z erunt vsqz in finem. Ergo nõ mirum: q dyabolus excecat z indurat corda eorum z suadet eis impudica z ea que sunt contra fidem. E Itaqz quotienscunqz aliqua cogitatio talis de corpore christi occurrerit menti tue: refer ad spũales amicos tuos: et sta stabilis in fide: quia absqz dubio scias q hoc corpus quod de virginea carne sumpsi: quod crucifixum est z regnat in celo: hoc idẽ est in altari: z hoc sumunt boni z mali. ¶ Nam sicut ostendi me discipulis euntibus in emaus in aliena forma cum tamen essem verus deus z verus homo: ingrediens ad discipulos ianuis clausis: sic sub aliena forma ostendo me sacerdotibus: vt fides habeat meritũ: z hoĩm appareat ingratitudo. Nec mirũ. Ego enim idẽ nunc sum: qui ostendi deitatis mee potentiã per signa terribilia: z adhuc dixerunt tunc homines: faciamus deos q nos precedant. Ego etiã ostendi iudeis verã humilitatẽ meã: z crucifixerũt illã. Ego idẽ quotidie in altari sum: z dicit nausea z temptatõ est nobis sub cibo isto. Que ergo maior ingratitudo esse poterit: quã velle ratione comprehendere deum: eiusqz occulta iudicia z mysteria: que in manu sua propria possidet audere iudicare: Ideo idoctis z hũilibus oñdere volo inuisibili effectu z visibili forma. Quid sit visibilis forma panis: sine pane z sine substantia. Quid vero substãtia in sua forma: quid vero diuisio in forma sine substãtia: aut cur tãta indigna et tãd eformia pfero in corpore meo: vt z hũiles exaltent: superbiqz confundãt

Verba increpatiõis dñi ad quẽdã sacerdotem sepelientẽ quẽdã q in patiẽtia mortuus est presente sponsa. Et qualiter cũ septem plagis spũalibus z septẽ corporalibus: christus veniet ad iniquos sacerdotes: Et qualiter illa aĩa propter patientiam obtinuit gloriam. Capitulum LXII.

Cum quidã sacerdos

sepeliret quendam mortuum: qui tribus annis cum dimidio iacuit ĩ lecto. Tunc audiuit sponsa qualiter dixit spiritus. A Amice qd facis cur psumis tãgere mortuũ: cũ manus tue sanguinolente sint: Cur clamas pro eo ad oĩpotentẽ: cuius vox tua est quasi ranarũ: Cur psumis pro eo placare iudicẽ: cũ gestus tui z mores sui ores sunt ioculatoris: quã deuoto sacerdotis: propterea virtus verborum meorum z nõ opus tuum proficiet mortuo: fidesqz sua z patientia longa: introducent ipm ad coronã. ¶ Item dixit spiritus sponse: Manus isti⁹ sunt sanguinolente: qz oĩa opa ei⁹ sunt carnalia: quibus tangere nõ valet mortuum: qz iuuare eũ nõ poterit meritis suis sed dignitate sacramẽti. Nã boni sacerdotes psunt dupliciter aĩabus. s. virtute corporis dñici: z propria quã ardent charitate. ¶ Vox quoqz ei⁹ est quasi ranarum: qz tota est de lutosis opibus: tota ad voluptatẽ carnis. Ideo nõ ascendit ad deũ: quẽ placari desiderat voce humilis cõfessionis z cõtritiõis. B Mores etiam sui sunt quasi ioculatoris. Quid enim facit ioculator nisi q cõformat se moribus mũdaliũ: Quid vero cantat: nisi comedamus z bibamus fruamurqz in hac vita delicijs: Sic facit iste: conformat enim se veste z actu eis oibus: vt oĩbus placeat: oñesqz exemplo suo z excessu ad superflua incitat dicendo. Comedam⁹ et bibam⁹: qz gaudiũ dñi est fortitudo nostra sufficiat nobis venire ad portam glorie: z si probibear ab ingressu sufficiat mihi residere iuxta portam: nolo esse pfectus. Hec vox z vita grauis est: qz nemo veniet ad portam glorie nisi pfectus aut pfecte purgatus: et nemo apprehendet gloriam: nisi pfecte desiderando eã: aut pfecte eũ poterit pro ea laborando. Attñ ego dñs omniũ ingredior ad sacerdotẽ istũ: sed nõ includor z commaculor. Ingredior vt sponsus egredior vt iudex iudicaturus: contempt⁹ a sumente. E Propterea sicut dixi. Veniam sacerdotibus cum septem plagis. Priuabunt enim omnibus que dilexerunt: eicient a cõspectu dei z iudicabunt in ira ei⁹: tradent demonibus: patientur absqz requie: cõtemnent ab omnibus egebunt bonis oibus: malisqz oibus abũdabunt. ¶ Similiter etiã alijs septem corporalibus malis: sicut israel flagellabunt. Ideo nõ debes mirari si tolero malos: aut si aliqui indigna ostendunt in sacramento meo: qz ad ostendendã patientiã meã z ingratitudinẽ hoĩm suffero vsqz in finẽ. Nec cogitare debes: q talis indignitas sicut audisti de vomitu: sit in corpore meo: sed spẽs ille sensibiles oñdũt qd suũ est. s. deficiendo: et tamẽ transparẽdo manifestãt hoĩm ingratitudinẽ: z perdunt hoĩes ad tam sanctã sumptionẽ reos et ĩdignos. ¶ Itẽ dixit spũs ad animam mortui. O anima gaude et exulta: qz fides tua separauit te a dyabolo: simplicitas tua abbreuiabit tibi lõgã viam purgatorij patientia tua duxit te ad portã glorie. Misericordia mea ĩtroducet te z coronabit te.

Qualiter dyabolus apparuit sponse vo

lens ipsam p rationes apparentes decipere in sacramento corporis christi. Et q̄liter christus in adiutoriũ affuit spōse dyabolum cogendo: ad veritatē corā sponsa dicendam. Et de ꝯformatione ꝛ infirmatiōe vtilissima christi ad sponsam de suo glorioso corpore in sacramēto. Ca. LXIII.

Tem apparuit spōse quidā demon longo ventre ꝛ ait. A Quid credis tu mulier: ꝛ q̇d magna cogitas: ego etiam multa scio ꝛ apta ratione ꝓbare volo dicta mea: sed ꝯsulo tibi: dimitte cogitare incredibilia: ꝛ crede sensib; tuis. Nonne tu vides oculis ꝛ auribus carnis tue audis sonũ fractionis hostie materialis panis: vidisti eũ euomi: tangi: inhoneste deijci ī terram: pluraq; indigna fieri que ego in me nō tolerarē: Et si deũ in ore iusti possibile esset esse: quō descendet ad iniustos quoꝝ auaricia est sine fundo et sine modo: Rñdit illa ad humanitatē xp̄i: que statim post temptationes apparuit dicens. O dñe iesu christe regratior tibi ꝓ omnibus ꝛ specialiter pro tribus. Primo q2 vestis aīam meā: inspirādo. s. penitentiā ꝛ ꝯtritionē: qua omne diluitur pctm̄ quantūcūq; graue. Secundo cibas aīam infundendo charitatē tuā ꝛ memoriam passionis tue: qua aīa quasi cibo optimo delectat̄. Tercio ꝯsolaris omnes inuocantes te in tribulatione. Ergo dñe miserere mei ꝛ adiuua fidem meā: q̄uis enim digna sim tradi illusionibus dyaboli: credo tñ q sine ꝑmissiōe tua ipse nihil potest nec permissio tua est sine consolatione. B Tunc ait xp̄s ad dyabolum. Cur inquit loqueris sponse mee noue: ¶ Cui dyabolus respondit. Quia inq̇r colligata erat mihi: et spero adhuc eam irretiēdā rheti meo. Tūc aūt colligata erat mihi: qñ ꝯsentiendo mihi plus placuit ꝛ placere studuit ꝯsilijs meis: q̄ tibi creatori suo. Nam custodiui vias eius: et nōdū exciderant a memoria mea. ¶ Rñdit dñs. Ergo negociator es tu ꝛ omniū viarū explorator: Cui dyabolus. Vere explorator sum: sed in tenebris: q2 tenebrosum me fecisti. ¶ Et dñs: qñ inq̇t vidisti ꝛ q̄modo tenebrosus factus es: Vidi inq̇t deum qñ me creasti pulcerrimū: sed q2 incaute irrui in splendorem tuū: tanq̄ basiliscus excecatus sum a splendore. Vidi te cū desiderabam pulcritudinē tuā. Vidi te in conscientia mea ꝛ noui qñ decepisti me. Noui etiam rem carne assumpta: ꝛ feci qd̄ ꝑmisisti me. Noui qñ resurgendo: spoliasti a me captiuos tuos. Nosco quotidie potentiam tuam: qua me illudis ꝛ ꝯfundis. C Et dominus: si inquit nosti ꝛ scis de me veritatem: cur mentiris electis meis: vbi scis veritatē de me: Nonne ego dixi: q qui manducat carnē meā viuet ineternū: Et tu dicis q mendaciū est: ꝛ q nemo manducat meā carnem. Ergo ppl's meus plus ydolatra est: q̄ qui colit lapides ꝛ ligna. Verumtamen q2 oīa scio. Rñde mihi audiēte ista: que hic astans spūalia nisi ꝑ similitudines intelligere nō valet. Thomas q̇ tetigit me post resurrectionē: vtrū erat corpus qd̄ tāgebat spirituale an corpale: Et si erat corporale quō intrabat ianuis clausis: Si ꝟo spūale: quō visibile fuit oculis corporeis: Respōdit dyabolus graue est ibi loqui: vbi loquēs oib; suspectus est: et inuitus cogit̄ loqui veritatē. Verumtñ compulsus loq̇r: q resurgendo et spūalis ꝛ corporalis eras Et ideo ꝓpter eternam deitatis virtutē: et ꝓpter spiritualem carnis glorificate prerogatiuam: vbiq; ingrederis ꝛ vbiq; esse potes. D Dixit iterum deus. Virga moysi cum conuertebat̄ in serpentē: dic vtrū similitudo fuit serpentis: aut totū intus et extra serpens. aut sporte ille panū seu fragmenta panum; dic vtrū verus panis fuit totus: an si͞litudo panū: Rñdit dyabolus: Totū erat in virga serpens: totū in sportis panis: et totū virtute tua: totum potentia tua factū est. ¶ Et dñs. Numq̇d inquit difficilius est mihi nūc opari q̄ tūc miraculū consimile: aut mirabilius si placet mihi. an ex quo tunc caro glorificata: potuit ianuis clausis intrare ad aplo's: et quare nūc ī manibus sacerdotū eē non valet. An forsan labor aliquis est deitati mee: ymo sociari celestibus: terrenaq; summis: Nequaq̄. Sz vere pater mendacij: sicut malicia tua maxima est: sic charitas mea est ꝛ erit sup omnes. Nam etiā si sacramētū illud vn9 videret cōburere: alter terere sub pedibus: ego solus scio fidē oīm ꝛ in mēsura ꝛ patiētia dispono omnia. Qui de nihilo facio aliquid: ꝛ de visibili inuisible: qui ꝛ in signo et forma aliq̇d visibile ostendo: qd̄ tñ in signato aliud veraciter est: aliudq; videt̄. ¶ Rñdit diabolus. Huius rei veritatem ego quotidie experior: qñ homines amici mei elongant se a me: et fiunt amici tui. Sed quid dicā amplius seruus dimissus sibiipsi: satis ostendit voluntate: q̇d faceret actu si ꝑmitteret̄. E Tunc iterū loquit̄ filius dei. Crede filia: q ego christus sum reparator vite et non ꝑditor. Verax et ipsa veritas et non mendax: potestasq; eterna: sine qua nihil fuit et nihil erit. Nā si habueris fidem q ego sum in manibus sacerdotis: etiā si sacerdos du

bitaret: tamen ꝓpter fidem credentium et astantium: et ꝓpter verbū qḋ egoipse ꝑsonaliter institui: et dixi: ego veraciter sum in manibus eius. Et omnis qui sumit me: sumit deitatem et humanitatem et formā panis. Quid enī est deus nisi vita et dulcedo: lux illuminans: bonitas delectans: iusticia iudicans: et misericordia saluans. Quid vero est humanitas mea: nisi caro agillima: coniunctō dei ꝛ hoīs: caput omniū christianoꝝ. Ergo omnis qui credit in deum et accipit corpus ei⁹: ipse sumit deitatē: qꝛ sumit vitā. Sumit ꝛ humanitatē qua deus ꝛ homo coniungunt̃. Sumit ꝛ formā panis qꝛ sub alia forma sumit̃ ipse: qui latet sub forma sua ꝓpter fidei argumentū. F Similiter et malus suscipit eandē deitatē: sed iudicantē nō demulcentem: sumit ꝛ humanitatem: sed minus placabilē sibi. Sumit ꝛ formā panis: qꝛ sub forma visa recipit latentē veritatē: sed nō dulcescentē sibi suauitatem. Nā qñ applicauerit me ad os suū et dentes: cōpleto sacramento: ego recedo cum deitate et humanitate: sola forma panis remanet sibi. Nō qꝛ nō veraciter ibi sum ita cū malis sicut cū bonis: ꝓpter sacramenti institutionē: sed qꝛ similē effectū non habent boni et mali. Deinꝙ in sacrificio ipso offert̃ bonum vita: ipse .s. deus: et ingredit̃ vita sed nō ꝑmanet cū malis: qꝛ malū non relinquunt: ꝛ ideo remanet sensibꝫ eorū sola forma panis. Nō tñ ꝙ forma illa panis: que est sub substantia panis: aliquid sit eis effectiuū: sed qꝛ de sumptione illa nihil recogitant: nisi quasi si viderent et sentirent formā panis atꝙ vini: tanꝗ̄ si dominus potens ingrederet̃ domū alicui⁹: ꝛ species ei⁹ quidē reminisceret̃: sꝫ potētia bonitatis eius obliuisceret̃ ꝛ negligeret̃.

Verba matris ad filiam qualiter fili⁹ suus assimilat̃ paup̄i rustico. Et qualiter tribulationes ꝛ ꝑsecutiones bonis ꝛ malis illate sunt: bonis ad purgationē ꝛ coronā in patientia tamen. Caplm LXIIII

Ater loquit̃. Filius

m A meus est quasi paup̄ rusticus q̄ nō habens bouē nec asinum: ꝑsonaliter ligna portabat de silua ꝛ alia instrumenta: ad op̄a sua necessaria ꝑficiēda. Qui inter alia instrumēta etiā virgulas apportabat: que ad duo sunt necessarie .s. ad flagellandū filiū inobedientē: ꝛ ad calefaciendum frigidos. Sic filius me⁹ oīm dñs ꝛ creator fact⁹ est pauperrim⁹: vt eternis nō transitorijs diuitijs oēs ditaret: q̄ ī dorso suo grauissimū pond⁹ .s. amatā crucē portās: oīm petā sanguine suo purgauit ꝛ deleuit. Qui etiā inter cetera opera sua: elegit instrumēta virtutū .i. viros virtutū: p̄ q̄s operante spiritu dei: multoꝝ corda ad charitatē dei sūt īflamata: viaꝙ veritat̄ manifestata. B Elegit q̄ꝫ virgulas quales sunt amatores mūdi: p̄ quos filij ꝛ amici dei flagellant̃ ad coꝝ eruditionē ꝛ purgationē: ꝛ maiorē cautelam ꝛ remunerationē. Virgule etiā calefaciunt filios frigidos: ꝛ deus incalescit etiam ex eoꝝ igne. Sed quō? Vtiꝙ: qñ mundani tribulant amicos dei ꝛ illos q̄ solo timore pene diligunt deū: q̄ tribulati sūt feruentius cōuertūt se ad deū: cōsiderata vanitate mundi: q̄ꝝ tribulationi cōpatiēs deus: immittit eis cōsolatōnē ꝛ charitatē. Sꝫ q̄d fiet de virgulis filijs flagellatis? Vtiꝙ ꝓijcient̃ in ignē cōburende. Non enī despicit de⁹ pp̄lm suū: qñ eū manibꝫ impioꝝ tradit. Sꝫ sicut pater erudit filiū: sic de⁹ malicia impioꝝ vtit̃ ad suoꝝ coronationem.

Verba monitionis ad filiam p̄ exemplū ꝓbantia q̄liter amici dei nec attediari nec cessare debēt a labore predicatiōis ꝛ de magna taliū remūeratiōe. Ca. LXV

Ater loquit̃. Tu de-

m A bes esse sicut vas vacuū aptū ad implendū qḋ nō sit sic latū: vt defluant imposita: nec sit ita ꝓfundū vt careat fundo. Vas aūt istud corp⁹ tuū est: qḋ tunc vacuū est: cū ab appetitu voluptatis extraneū est. Tunc aūt moderate est latū: qñ caro discrete affligit̃: vt aīa abilis sit ad intelligendā spūalia: ꝛ corpus robustū ad laborandū. Tūc vero vas est sine fundo: qñ caro nulla coartat̃ abstinentia: sed quicq̄d anim⁹ appetit hoc corpori nō negat̃. Sed audi que loquor. Seruus me⁹ ꝓtulit v̄bū impremeditatū dicēs: q̄d ad me loqui de his q̄ nō tangūt statū meū. ¶ Verbū tale nō decet seruū dei. Nam oīs qui audit et scit veritatē si tacuerit eā reus est: nisi oīno cōtemnat̃. Nā dñs q̄dā erat habens castrū forte: in quo erant quatuor bona .s. cib⁹ imputribilis pellens omnē famē: aqua salutaris extinguens oēm sitim: odor odoriferus depellens oīa venenosa: arma necessaria debilitātia oēm inimicū. B Tādē dño intēdēte alijs: obsessum est castrū. Qḋ intelligēs dñs ait p̄coni famulo suo. Vade inq̄t ꝛ clama alta voce militibꝫ meis sic. Ego dñs liberabo castrū meum: quicūꝙ me sequit̃ bona voluntate: erit mecum in gloria ꝛ honore consimilis: Qui vero in pugna ceciderit: suscitabo eū ad vitam: que non habet defectum nec anxietatem: daboꝙ ei honorem

pmanentē:z abundātiā indeficientē. Ser
uus itaqꝫ accepto mandato clamauit:sed
minꝰ sollicitꝰ fuit ī clamādo. Intimū ꝙ cla
mor ad strēnuissimū militē nō puenit. Et
ideo miles destitit a labore. Quid ergo fa
ctꝰ est dn̄s militi q̄ voluit libēter labora
re:sed nō audiuit vocē p̄conis: Utiqꝫ re
munerabit ꝑ volūtate. Sed p̄co tepidus
nō erit immunis a correptiōe. Itaqꝫ castrū
illud est sctā ecclesia:fundata sanguīe filij
mei:in q̄ est corpꝰ suū:qd̄ depellit oēm fa
mē:aqua sapie euāgelice:odor exēplorum
sctōꝝ eius:z arma passiōis eius. Hoc castꝝ
nūc obsessum ē ab hostibꝫ:qꝛ in eccl'ia sctā
multi regnūt:q̄ voce p̄dicāt filiū meū:sꝫ
moribꝫ nō ꝯcordāt. imo etsi voce dicūt:vo
lūtate ꝯdicūt:nō curātes de celesti patria
si voluptatē suā possent adipisci. Ergo vt
minuant hostes dei:attediari non debent
amici dei:qꝛ remūeratio nō erit tpalis:sꝫ
illa q̄ nescit finem.

Verba mr̄is ad filiā q̄liter bona tpalia
discrete possessa nō nocēt nisi affectꝰ possi
dēdi fuerit inordinatꝰ. Ca. LXVI.

Mater loquit. Quid

nocet si q̄s acu vel ferro pungit
in pallio:dūmodo nō ledit caro:
Sic nec tpalia bona discrete possessa no
cēt:nisi affectꝰ possidēdi fuerit inordinatꝰ
Iō obserua cor tuū vt intētio bona sit:q̄a
p te v̄ba dei diffundi debēt in alios. Nā si
cut retēnaculuz aque molēdinarie retinet
aquā:z iterꝫ discurrere facit q̄tiēs expedit:
sic tu influētibꝫ cogitationibꝫ varijs z ten
tatiōibꝫ sollicite obseruare debes:vt q̄ va
na sunt et secl'aria dimittant. Que v̄o di
uina sunt ꝯtinue rememorent. sicut scrip
tū est ꝙ aque inferiores defluebant:supio
res v̄o stabāt q̄si murus. Aque inferiores
sunt cogitatiōes carnis z cupiditates inu
tiles:q̄ defluere debēt z nō attēdi. Supio
res v̄o aque sunt infusiōes dei z v̄ba sctōꝝ
q̄ stabiles sint ī corde sicut murꝰ:vt nullis
temptatiōibꝫ a corde diuellant.

Verba xp̄i ad spōsam suīpsiꝰ magnifi
cētiā ostēdētia. Et q̄liter oīa fm̄ eius ordi
natiōnē ꝑseuerāt:p̄terq̄ꝫ misera aīa pctō
ris. Et de oībꝫ inducit p exēplū z q̄liter vo
lūtas ī agēdis ē custodiēda. Ca. LXVII.

Filius loquit ad spō

sam. A Ego suz cuz p̄re z spū
sctō vnus deꝰ. In deitatꝫ mee p̄ui
dētia:oīa ab initio z an̄ scl'a ꝓuisa z stabili
ta fuit. Et oīa tā corpalia q̄ꝫ spūalia:certaz
dispōnē z ordinatiōem hn̄t:oīaqꝫ stant et
currūt fm̄ ꝙ in p̄scia mea ē ordinatū.z p̄re
scitū. Sicut p exēplū intelligere poterꝫ ex
tribꝫ Primo ex his q̄ vitā hn̄t sicut illō est
ꝙ femina parit z nō hō. Scd̄o ptꝫ ex arbori
bus:qꝛ dulcia portāt dulcē fructū:z ama
ra vsum fructū. Tercio ptꝫ ex syderibꝫ.nā
sol z luna z oīa celestia cursum suū pagūt
fm̄ ꝙ in deitate mea est p̄fixitū:sic ex aīe
rōnales p̄scite sunt in deitate mea:q̄les fu
ture erūt p̄cognite. q̄bus tn̄ p̄scia mea in
nullo obfuit nec obest:qꝛ eis dedi liberam
volūtatis sue motionē.i.liberū arbitriū z
ptātē:eligēdi q̄cq̄d eas delectat. Ergo
sicut femina parit z nō hō:sic aīa bona vxor
dei parere debet auxilio dei:qꝛ aīa ad hoc
creata ē vt v̄tutibꝫ ꝓficiat:z semīe v̄tutū
secūda crescat:vt veniat inter brachia di
uinē charitatis. Aīa aūt que degenerat ab
ortu suo z creatorē suo:nec ei fructificat:
facit ꝯtra dispōnē dei:z ideo indigna ē dul
cedine dei. B Scd̄o appet imutabilis
dispositio dei ī arboribꝫ:qꝛ dulces arbores
portāt dulcia:z ecōtra q̄ amare sunt ama
ra:sicut in dactylo duo sunt:dulcedo.s.et
lapis durus. Sic ab eterno ꝓuisum est:ꝙ
vbi spūssanctꝰ habitator est:ibi oīs mundi
cia delectatio vilescit. Ibi oīs mūdanꝰ ho
nor ē onerosus:tātaqꝫ in illo corde spiritꝰ
dei ē fortitudo et duricia ꝙ nulla frangat
impatiētia:nulla deijcit aduersitate:nulla
ꝓsperitate sup se eleuat. Sic etiā ab eter
no ꝓuisum est:ꝙ vbi ē spina dyaboli:ibi est
fructꝰ ab extra rubens:sed intus plenꝰ im
mūdicijs z aculeis. Sicut ī delectatōe dia
boli:momētanea z apparēs ē dulcedo: sed
plena est sentibus z tribulationibꝫ. Quia
quo plus quis implicat mūdo:tanto gra
uiori onere computatiōis onerat. Itaqꝫ
sicut oīs arbor talem ꝓfert fructū:qualis
est radix et truncus. Sic omnis homo ex
intētione operis sui iudicatur. C Ter
cio oīa elemēta stāt in ordine suo z motu
sicut ab eterno ꝓuisuz est:z mouent fm̄ fa
ctoris volūtatem. Sic oīs rōnalis creatu
ra moueri z parata debet esse fm̄ creatorꝫ
institutionē. Cū aūt facit ꝯtrariū:ꝑspicuū est
ꝙ arbitrio libero abutit:z vbi irratōnalia
custodiūt methas suas:ibi rōnalis hō de
generat z aggrauat iudicium suū: qꝛ non
vtitur rōne. Itaqꝫ custodiēda est volūtas
hoīs:qꝛ nō maiorē iniuriā facio diabolo
q̄ꝫ angelis meis:qꝛ sicut deꝰ exigit a spon
sa sua casta dulcedinē illaꝫ indicibilem:sic
diabolꝰ q̄rit a spōsa sua spinas z aculeos.
Nec in aliquo ꝓualere poterit dyabolꝰ ni
si volūtas fuerit viciata.

Verba mr̄is ad filiā de vulpe:et q̄liter
dyabolus vulpi assimilat:z q̄liter dyabolꝰ

subdolus tanq̄ʒ vulpis vario z multiplici
mō tēptationū decipit hoīes z conat̄ deci
pere q̄ʒmaxime q̄s videt in bonis pficere.

Capitulum LXVIII

m Ater loquit̄. Est qḋ-
dam A aīal paruū qḋ vulpis dī
sollicitū in pcurādis oībus necessi
tatib̄ suis z subdolū. Qḋ singit se q̄nq̄ʒ dor
mire z quasi mortuū: vt aues sedētes sup
se: eo liberi⁹ capiat z deuoret: quo incauti
ores sūt in sedēdo. Cōsiderat q̄ʒ volatum
auiū: z q̄s pre lassitudīe videt in terra q̄es
cere vel sub arbore: illas rapit z deuorat.
Sed q̄ duab̄ alis euolāt: ille ɔsundūt eū
z frustrāt in laborādo. ¶ Vulpis ista diabo
lus est: q̄ amicos dei sp̄ insequit̄ z maxime
eos q̄ felle malicie z veneno neq̄tie ei⁹ ca
rēt. Qui fingit se q̄si dormire z mortuū: q̄z
q̄nq̄ʒ dimittit hoīem liberū a tēptatiōibus
grauiorib̄ vt incautū in minimis: eo libe
rius decipiat z inuoluat. Q̄nq̄ʒ etiā viciū
facit videri v̄tutē: z ecōtra v̄tutē viciū: vt
hō inuolut⁹ incedat in uacuū: z nisi discre
tione subueniēte pereat. B Sicut per
exēplū intelligere poteris. Nā miscđia q̄n
q̄ʒ viciū est: q̄n scʒ fit ad homib̄ placēdum.
Justicie vigor ē iniusticia: q̄n scʒ exercet̄ p
pter cupiditatē z pter impaciam. Humi
litas v̄o supbia est q̄n fit pter ostētatōeʒ
et vt videat̄ ab hoībus. Patiētie v̄tus oñ
ditur z nō est q̄n se vindicaret si posset de
iniuria: sed tñ tolerat q̄z aptum tēpus nō
inuenit ad vindicādū. Q̄nq̄ʒ etiaʒ dyabol⁹
subintrit tribulatiōes z tēptatiōes: vt hō
nimia resoluat̄ tristicia. q̄nq̄ʒ etiā diabol⁹
immittit anxietates z sollicitudīes in cor
vt hō tepescat in seruitio dei. Aut diuʒ hō
incautus est in minimis ruat in maiora.
¶ Sic iste de quo loquor supplātatus est
a vulpe. Cum eīn in senectute oīa habe-
ret ad votū z iam diceret se esse felicē opta
retq̄ʒ viuere: raptus ē absq̄ʒ sacramētis et
rōcinijs opeꝝ z rerū suaꝝ. C Quia q̄s
si formica ɔgregabat nocte ac die: sed non
in horreū dn̄i. Et cū puenisset ad foramen
tumuli vbi introduceret grana: mortuus
est: relinquēs alijs labores suos. Quia qui
nō ɔgregat tpe messis fructuose: de seīe
nō gaudebit. ¶ Ideo felices sunt aues do
mini: que nō dormitant sub arborib̄ deli
ciarū mūdi: sed in arborib̄ desiderioꝝ cele
stium: q̄a si apphēderit temptatio vulpis
iniqui dyaboli: citius duab̄ alis: scʒ humi
litate ɔfessionis z spe celestis auxilij euola
būt. Declaratō. ¶ Xp̄s fili⁹ dei loquit̄. Iste
ppositus ē materia epalis. Idō qui arborē
dulcis fructus ascēdere voluerit capiēdo
fructus dulces: debet esse expedic⁹ ab oue
re: pcinctus z robust⁹ ad colligēduʒ: z vas
habere mūdum in quo fruct⁹ deponatur.
Sic iste studeat ɔmodo decorare corpus
suū virtutib̄ dando ei necessaria nō sup
flua: fugiēdo occasionē incōtinētie z cupi
ditatis: ostēdendo se speculū mundū z exē
plū hoībus impfectis. Alioq̄n veniet ei ca
sus horribilis: finis subit⁹: z plaga manus
mee. Ita oīa hec euenerūt.

Verba xp̄i ad sponsam q̄liter boni mo
res z bona opa clericoꝝ p claras aquas: z
mali mores z mala opa p turpes et turbi
das aq̄s designent̄.

Capitulum LXIX

f Ilius loquit̄. Ex tri-
bus A ppendi pōt si aqua fontis
nō est bona. Primo si nō habʒ de
bitū colorē. Scđo si est lutosa. Tertio si
aqua ē cōtinue stans z nō in motu: recipi
ens sed nō eiciens oēs sordes aduenientes.
¶ Per istas aq̄s intelligo mores et corda
clericoꝝ qui tanq̄ʒ fontes tenent̄ esse dn̄i
ces ad potādum z suauitatem moꝝ. Clau
si ɔtra oēs sordes vicioꝝ. Ergo pprius co
lor clerici est vera humilitas: vt tāto plus
humiliet se cogitatiōe z ope: quāto obliga
tiorē se ɔspicit p dō debere laborare. Vbi
eīn supbia est: ibi color est dyaboli. q̄ sicut
man⁹ leprosi hauriēs aquā de fonte: quasi
abhominabilē reddit aquā intuētibus: sic
ipsa supbia opa clerici mōstrat maculosa.
B Tūc v̄o est aqua lutosa: q̄n cleric⁹ cu
pidus est: nec ɔtētat̄ de necessarijs q̄ sicut
sibyp̄si inutilis est z auxius. sic alijs p exē
plū cupiditatis sue ē nociu⁹. Tercio aqua
immūda est q̄ recipit sordes z nō eicit: et
hoc puenit ex incluso meatu: z q̄z non hʒ
motū. Sic cleric⁹ immūd⁹ est: q̄ volupta
tem carnis amat in corde z corpe: z nō per
verā ɔtritionē eicit a se q̄ cq̄d immūdū oc
currerit. Naʒ sicut macula in corpe vbiq̄ʒ
est deformis: sʒ maxīe in facie: sic īmūdicia
oīb̄ odiosa eē debet: sʒ maxime his q̄ ad ex
cellētiora sunt vocati. Ergo hij clerici ad
opus meū eligēdi sunt: q̄ nō abundāt v̄bo
sa scia: sed hūilitate z puritate: q̄ z sibip̄is
viuūt z alios erudiūt v̄bo z exēplo: q̄z etiā
man⁹ leprosa ad opus meū est vtilis: dum
mō mēs bona sit z man⁹ nō desit sp̄ualis.

Verba m̄ris ad filiā passionē filij sui bñ
dicti p ordinē narrātia. Et de forma z pul
critudine corpis eiusdē filij.

dolentes dicere consueuerunt. Eamus et filium matre videamus: vt saltem tanto tēpore releuemur. E Anno igit̄ vicesimo etatis sue: in magnitudine et fortitudine virili pfect⁹ erat. Inter medios moderni tpis magnus: nō carnosus: sed neruis et ossibus corpulentus. Capilli ei⁹ supcilia et barba: crocee brunea erant: longitudo barbe palmo p transuersum manus. Frons vero nō ꝓminens vel mersa sed recta. Nasus equalis: nō paruus nec nimis magn⁹. Oculi vero eius tam puri erāt: q etiā inimici ei⁹ delectabant̄ eū aspicere: labia nō spissa sed clare rubentia. Mentū non erat ꝓminens nec nimis longū: sed pulcro moderamine venustū. Maxille carnib⁹ modeste plene: color eius erat candidus: claro rubeo ꝑmixt⁹ statura eius recta et in toto corpe suo nulla macula erat: sicut et illi testabant̄: qui eū totaliter viderūt nudū et ad columnā ligatū flagellabāt: nūq̄ sup eū vermis venit: nō ꝑplexitas aut immūdicia in capillis.

Questiones grate a christo sponse ꝓposite: et responsiones humiles sponse ad christū facte: et qualiter xp̄s subiunxit ꝓ electione filie sponse: tres laudabiles status. scʒ virginalis cōiugalis et vidualis.

Capitulum LXXI

Ilius dei loquit̄ spōse. A Responde mihi ad quattuor que quero. Si inq̄t aliquis daret amico suo palmitē fructiferū: quē tū dator retineret ꝓpe domū suam: eo q habe ret ex visu eius et odore ꝯsolationē: quid respondere deberet dator: si is cui palmes datus esset peteret palmitē: ad transplantandū eū in aliū locū vbi vberi⁹ fructificaret: Respondit illa. Si amicus dedit ex charitate et esset sapiens: cuperetq̄ꝫ amico bonū ꝑmitteret vtiq̄ꝫ amico facere de palmite q̄cquid vellet: dicēdo ei. O amice licet ego ex vicinitate palmitis habeo gaudiū: tamen q̄ nō multū fructificat mihi: gaudeo q ipsum trāsferre possis si volueris in locū vberiorem. Quesiuit dn̄s secundo. Si parentes dedissent alicui iuueni filiā suā virginē virgineq̄ꝫ cōsentiente in iuuenē: si puer interrogatus a parentib⁹ vtrū ipse vellet habere virginē vel nō: et nihil respōderet: vtꝝ esset virgo desponsata vel nō: Respondit illa: vt mihi apparet: quia puer non expressit velle suum: virgo non est desponsata. B Dixit dominus tercio. Iuuenis nobilis stans inter tres virgines: ꝓposuit eis q quecunq̄ꝫ illarum trium tale verbum ꝓferret, quod eum ad feruētiorē ꝓuocaret charitatē: illa obtineret illud quod iuuenis feruentius adamaret. Tunc respondit prima Ego sic feruenter diligo iuuenem hunc: q antequā inquinari vellem cum alio: magis morerer. Secunda dixit. Antequā vnicum verbum ꝓferrem contra velle suū: aut qd̄ eum offenderet: magis paterer omnē penā. Respondit tercia. Priusq̄ꝫ viderem minimū eius contemptum seu damnū: magis cuperem mihi omne damnū: penāq̄ꝫ amaram pati. Ergo inquit dominus: dic mihi que istarū triū virginū plus dilexit iuuenē: et q̄ ꝓferenda est in amore ei⁹: Rn̄dit illa. Vt mihi videtur omnes eque feruenter dilexerunt: q omnes erant vnius cordis ad eum: et ideo omnes eque digne erāt ad habendam eius charitatem. Dixit dominus quarto. Amicus inquit erat qui cōsuluit alium: ego inquit habeo granum tritici valde fructiferum: si seminetur in terra fructificat in magnam segetem. Sed quia valde esuriens sum: quid tibi videtur consultius: comedere illud an seminare in terram: Respondit amicus: p aliā occasionē ista potest extingui esuries: sed est vtil⁹ tibi vt in terra seminet̄. Tūc domin⁹ subiunxit. Nonne filia et tibi apparet similiter: vt fames patientis supportet̄: et granū multꝫ ꝓfuturum seminet̄. C Iterū dixit dominus: Ista quattuor dicta ꝑtinēt ad te: filia nanq̄ꝫ tua est quasi palmes: quam mihi vouisti et dedisti. Nūc aūt q acceptiorē locum scito ꝓ ea: transplantare eaꝫ volo vbi mihi placet: nec ex hoc tu turbari debes: q in transplantatiōe ꝯsensisti. Iterū dixit dominus. Tu dedisti mihi filiam tuā: sed ego nō ostendi tibi quid mihi accepti⁹ esset: virginitas eius ad coniugium: vel vtrum placeret mihi sacrificium tuum an non. Ideo nunc cognita certitudine: ea q̄ in incertitudine facta sunt corrigi possunt et mutari. Item dixit dominus. Virginitas bona est et summa: quia angelis similis est: si tamē rationabiliter obseruet̄ et honeste. Si vero vnū sine alio defuerit: scʒ virginitas carnis et nō virginitas mentis: deformata est virginitas. Nā acceptior ē mihi ꝯiugata humilis et deuota: q̄ virgo supba et impudica: eq̄ꝫ meriti esse possunt cōiugata non lasciuiens: et iuxta regulam suā in timore dn̄i viuens: et virgo pudica et humilis. Quia licet magnū est in igne ꝓbatiōis eē et non ardere: tamen eque magnum est extra ignē esse religionis: et in igne velle libentius esse: et maiori ardore feruere ad deum extra ignē: q̄ qui est in igne. Ecce de tribus pono tibi exemplum. D Tres quippe fue-

runt Susanna: iudith: ⁊ Tecla virgo. Pri
ma fuit coniugata. Secunda vidua. Ter-
cia virgo. Iste inequalē vitā ⁊ intentionē
habuerunt: et tñ ex merito actiōis sue: in
ꝓmio se ꝯformant. Susanna deniq̄ cū a
sacerdotib᷒ false turbaret̄: ex diuina chari-
tate maluit mori q̄ꝫ ꝯtra regulā suā inqui
nari. Et q̄ꝛ me tanq̄ꝫ vbiq̄ꝫ pñtem timuit:
ideo et saluari meruit ⁊ ex saluatione glori
ficari. Iudith ṽo cū inhonoratione meam
videret: ⁊ ppl'i sui dispēdiū: tātū turbabat̄
q̄ꝛ nō solum obprobrio ⁊ damno se exposu-
it ex diuina charitate: sed ⁊ parata erat ꝓ
me penā pati. Tecla vere q̄ virgo fuit: hec
amaras passiones maluit pati: q̄ꝫ vnū ver
bum ꝯtra me loqui. He tres licet nō habu
erunt vnā actionē: tñ in merito concordāt
Ideo siue virgo siue vidua: omnes mihi eq̄
placere poterunt: dummodo desideriū to-
tū ad me fuerit: ⁊ vita bona. ¶ Item dixit
dominus. Filia tua siue steterit in virgini-
tate siue in ꝯiugio: eque acceptū est mihi:
dūmodo ad velle meum ordinet̄. Quid em̄
prodest ei forte si includeret̄ corpore: et fo-
ris esset mēte. Aut quid gloriosius est: sibi
ipsi viuere sn alijs ꝓdesse? Sed ego q̄ om-
nia scio ⁊ preuideo: nihil facio sine causa: iō
nō veniet ad locum statutū cū primo fru-
ctu: q̄ꝛ ex timore est: nec cū secundo: q̄ꝛ ex te
piditate est. Sed in medio veniet: q̄ꝛ habet
medium calorē amoris: ⁊ fructū honesta-
tis. Qui ṽo eā recepturus est: habeat tria
Domū: vestes ⁊ cibū quo eā recipiat. E
Declaratio. ¶ Filius loquit̄. Miraris q̄-
re virgo hec nō ꝑuenit ad cōiugiū eo mō q̄
sperabas. Respōdeo tibi ꝑ silitudinē. Qui
dam nobilis disposuit filiā suā dare ī ma-
trimonium cuidā paupi: qui paup cū ad de
sponsationē virginis debebat venisse: ꝑua-
ricat᷒ est leges ciuitatis: ⁊ ob hoc repulsus
est cū dedecore a ciuibus: nec obtinuit vir-
ginē quam ꝯcupiuit. Sic ego feci domino
terre huius: ꝑmisi em̄ ei facere grandia: s;
ipse magis inhesit inimicis meis: ⁊ ideo nō
ꝑuenit ad ea que ꝑmittebā. Sed potes q̄re
re: nunq̄d nō ꝑmittebā futura? Vtiq̄ꝫ ꝑui
di sicut ⁊ de moyse ⁊ populo eius legit̄: sed
ideo ostendi ⁊ ostendo multa: vt homines
ꝑparent se ad bona: ⁊ sciant facienda ⁊ pati
enter expectent. Veruntamen scias q̄ꝛ ve
nū abijt: ⁊ alterū veniet sup īgratos re-
gni hui᷒: ⁊ post veniet benedictio mea sup
humiles petentes misericordiā meā. Sci-
to etiā q̄ꝛ virgini hoc expediret q̄ꝛ staret cō
filio meo ⁊ sapientū. ¶ Ista virgo creditur
fuisse domina Cecilia filia sancte Birgitte
de qua vide infra in vita sua. F.

Verba christi ad sponsam de sororibus
⁊ lazaro resuscitato. Et qualiter sponsa et
eius filia vt credo ꝑ sorores: ⁊ aīa ꝑ fratrē
lazarū ⁊ mundi ꝑ iudeos designant̄. Et quō
de᷒ fecit cū istis maiorē misc̄diam: q̄ꝫ cū so-
rorib᷒ lazari. Et qualiter scientes multa lo
qui ⁊ pauca facere indignāt̄ ꝯtra bene ope-
rantes. Capl'm LXXII.

Ilius loquit̄ sponse

f
A Due erant sorores martha ⁊
maria: q̄ habuerūt fratrē Lazarū
quē eis d̄ morte suscitaui q̄ suscitat᷒ pl᷒ mi
hi fuerunt postea q̄ꝫ antea. Sic ⁊ sorores ei᷒
q̄ licet familiares ⁊ fedule erāt ī ministran
do mihi: añ fratris suscitationē. Multo tñ
sollicitiores ⁊ deuotiores postea inueniebā
tur. Consimili mō vobiscū nūc feci spūali-
ter: naz suscitaui vobis fratrē vestrū. i. aīaz
vrām: que ꝑ q̄tuor dies mortua fetens alie
nauit se a me transgressione mandatorum
meoꝝ: praua cupiditate ⁊ dulcedine mūdi:
⁊ pctōꝝ delectatione. ¶ Sed q̄tuor erant:
que me ad resuscitandū lazarū mouebant:
Primū q̄ꝛ amicus meus erat dum viueret
Scōm dilectio soroꝝ. Terciū q̄ꝛ hūilitas
marie tantū meruit in lotione pedū meoꝝ
vt sicut in ꝯspectu ꝯuiuantiū se deiecit ꝓ-
pter me: sic in ꝯspectu multoꝝ letaret̄ ⁊ ho
noraret̄. Quartū vt glīa hūanitatis mee
manifestaret̄. Ista ṽo quatuor nō fuerunt
in vobis: q̄ꝛ diligitis plus illis mūdū. Ideo
maior est misericordia mea in vobis q̄ nul-
lis meritis misc̄diam meruistis q̄ꝫ in illis
sororib᷒: ⁊ tāto plane maior q̄ꝫto mors spi-
ritualis ꝑiculosior est corꝑali morte. Et re
surrectio aīe gl'iosior resurrectiōe corꝑali.
B Ergo q̄ꝛ mīa mea ꝑcessit opa vr̄a: colli
gite me sic sorores ille: in domū mētis vr̄e
cū charitate feruētissima: nihil diligēdo si-
cut me: totā fiduciā habēdo in me: hūilian
do vos cū maria: q̄tidieq̄ꝫ plorādo pctā ve
stra: nō erubescēdo hūiliter viuere inter su
ꝑbos: ꝯtinētes cū incōtinētib᷒: ostēdēdo ali
is exteri᷒: q̄ntū interi᷒ me amatis. ¶ Debe-
tis q̄ꝫ esse sic sorores ille corꝑe viuo et aīa viua
fortes ad mūdi ꝯtēptū: ⁊ ꝓmpte ad dei lau
dē. Et si sic feceritis: tūc ego q̄ resuscitaui
vobis fratrē vestrū. i. aīam: defendā eaz: ne
a iudeis interficiat̄. Quid em̄ profuisset la-
zaro surrexisse a presenti morte: nisi viuen
do honestius in pñti vita: gloriosius resur
rexisset in scđam ⁊ ꝑmanentē vitaz. Sed q̄
sunt iudei qui lazarū querunt interficere:
nisi illi qui ex eo indignant̄: q̄ꝛ melius his
viuitis: qui sublimis didicerūt loqui et mo
dica facere: qui fauores hoīm sequētes tan

to contemptibilius pteminunt facta prede-
cessoꝝ suoꝝ: quanto minus dignant̄ verā
altiora intelligere. C Tales sunt mul-
ti qui de virtutib⁹ sciunt disputare: sed nō
eas viuendo virtuose seruare. Ideo ꝛ coꝛū
anime periclitant̄: qꝛ verba plurima sūt ꝛ fa-
cta nō apparent. Nunq̄d sic fecerūt predi-
catores mei? nequaq̄. Ipsi certe mouebāt
audiētores: nō verbis sublimib⁹: sed paucis et
charitatiuis: parati dare aīas suas ꝓ aīa-
mabus eoꝝ. Ideo ꝓpter charitatē eoꝝ: aliꝗ
obtinuerunt charitatē. Nam ardoꝛ docen-
tis plus q̄ verba aīm audientis informa-
bat. Nunc aūt pleriq̄ loquuntur de me ar-
dua: sed nullus sequit̄ fructus. Quia flatus
solus nō incendit ligna: nisi et igniculꝰ sein-
tille cooperet̄. ¶ Ergo ab istis iudeis ꝓte-
gam ꝛ custodiam vos: ne vel ꝑ verba vel eo-
rum facta a me discedatis: nō tñ ita defen-
dam vos ꝙ nihil patiamini: sed ne ꝑ impa-
tientiam succūbatis. Vos em̄ adhibete vo-
luntatē: ꝛ ego cum charitate mea incendā
velle vestrum.

Verba virginis ad sponsā qualiter nō
debet turbari de milite denunciato ꝛ osten-
so quasi mortuo. Cap. LXXIII

Miles quidā viuens nunciabat̄ mortuus: qui etiam in spirituali visione ostendebat̄ spon-
se quasi moriens petens auxilium: de cuꝰ
morte cū dicta dñā turbaret̄: dixit mater
misericordie ad eam. Filia vtrū mortuꝰ est
miles iste vel nō: scies tpe suo: sed nos vo-
lumus operari ad hoc vt melius viuat.

Verba christi ad sponsā ꝛ iohannis ba-
ptiste ad christum ipm̄ laudando ꝛ in ꝯspe-
ctu sui preces deuotas fundēdo ꝓ xp̄ianis
Et maxime ꝓ quodā milite cuius preci-
bus ipe miles ꝑ manus ipsiꝰ ꝛ virginis glo-
riose ꝛ petri et pauli est armaturis spūali-
bus. i. virtutib⁹ armatꝰ ꝛ honoꝛatus. Et q̄d
ꝑ oīa arma coꝛꝑalia singillatim designe-
tur: et de bonis oratiōibꝰ. Ca. LXXIIII

Filius dei loquebat̄ sponse dicens. A Tu compo-
suisti hodie: ꝙ melius esset pueni-
re q̄ preueniri. Sic ego p̄ueni te dulcedine
grāe mee: ne dyabolus dn̄aret̄ aīe tue. ¶ Et
statim apparens iohēs baptista dixit. Be-
nedictus sis tu deus q̄ es an̄ oīa: cū q̄ nullꝰ
vnq̄ fuit deus: ꝛ preter quē nullus: et post
quē nullus erit. Quia tu es ꝛ eris eterna-
liter vnus deus. Tu es veritas ꝓmissa a ꝓ-
phetis: de quo ego nōdū natus exultaui: et
quem demonstrando plenius agnoscebā.
Tu es gaudiū nrm̄ et gloria. Tu desidera-
bile nostrum et fruitio. Quia videre te re-
plet nos suauitate indicibili quā nemo ag-
noscit nisi qui degustat. Tu quoq̄ es sola
dilectio nostra. ¶ Nec mirum ꝙ diligimus
te: quia tu cum sis ipsa charitas: nō solum
diligentes te diligis: sed etiam cum sis crea-
tor omnium: etiam his facis charitatem q̄
te dedignant̄ scire. Nunc ergo domine mi:
qꝛ diuites sumus de te ꝛ in te: rogamus te
vt des de nostris diuitiis spūalibus: his q̄
nihil diuitiarum habēt. Vt sicut nos gau-
demus in te nō nostris meritis: sic plures
participent̄ bonis nostris. B Respon-
dit christus. Tu vere es summū membrum
cum capite ꝛ iuxta caput. Verumtñ fauces
sunt ꝓpinquiores ꝛ excellentiores. Sic ego
omniū caput sū. Mater vō mea quasi fau-
ces: deinde angeli. Tu vō et apl̄i mei quasi
spondilia dorsi: qꝛ non solum diligitis me:
sed et diligentes me promouendo honora-
tis. Ideo fixum est quod dixi: opa que ego
facio ꝛ vos facietis. Et voluntas vestra est
voluntas mea. Sicut em̄ nō mouet̄ caput
carnale sine membris: sic nec in vestra spūa-
li connunctione ꝛ vnione: aliquid est velle ꝛ
nō posse. Sed totū est posse: quod vnusq̄s-
q̄ vestrum vult: ideo fiat quod petis. Qui-
bus dictis: iohannes quendā militē quasi
semimortuū ꝓtulit in mediū et dixit. Ecce
dñe. Ecce iste qui hic astat desiderat tibi
militiam: qui conat̄ ad pugnandū sed non
p̄ualet: qꝛ inermis est ꝛ infirmus. Ego vero
duplici de causa iure eū teneoꝛ: tū ꝓpter
merita parentū: tū etiam ꝓpter charitatē
qua afficit̄ circa honoꝛē meū. Ergo ꝓpter te
metipm̄: da ei vestes militie: ne appeat cō-
fusio nuditatis sue. C Rn̄dit dn̄s. Da
ei inquit qd̄ vis: ꝛ vesti eū sicut placet. Tūc
ait iohānes. Veni fili: ꝛ accipe a me primū
vestimentū militie tue: quo adepto: facilꝰ
accipere ꝛ tolerare poteris reliqua milita-
ria indumenta. Ad militē itaq̄ ꝑtinet ha-
bere vicinius ad carnem hoc quod molle ē
et leue. s. diploydem: hac ergo induaꝛ te: qꝛ
sic placet deo. Sicut em̄ coꝛpoꝛalis diplo-
ys mollis est et leuis: sic spiritualis est di-
plois: habere deum charū in anima: ꝛ sua-
uem in affectu. Dulcedo quippe ad deū ꝓ-
uenit ex duob⁹. s. ex ꝯsideratione beneficio-
rum dei: ꝛ ex recordatione peccatorum cō-
missoꝝ. Hec duo ego puer habui. Conside-
raui quippe quali gratia me p̄uenit deus
nondū natū. Quanta benedictione benedi-
xit me post natiuitatē. Et cōsiderando in-
gemui: q̄d possem dignū reddere deo meo
Consideraui etiā instabilitatem mundi: et
ideo cucurri in heremū: vbi tantū dulcesce

bat mihi dominus iesus meus: q omia de-
siderabilia mũdi erant mihi in fastidio ad
cogitandum z onerosa ad concupiscendũ
Veni ergo miles z induere ista diployde:
qz reliq̃ dabunt tibi tpe suo. D Deinde
apparuit beatus petrus apostolus dicens
Johannes dedit tibi diploydẽ: ego aũt qui
graniter cecidi: sed fortiter surrexi: ĩpetra-
bo tibi loricam. i. diuinam charitatem. Si-
cut enim lorica ex multis esse constat circu-
lis ferreis: sic charitas defendit contra te-
la inimici: z animequiorem reddit hominẽ
ad toleranda mala ingruentia. Agiliorem
efficit ad honorem dei: z feruentiorẽ ad di-
uinos labores. Inuictum in aduersitatib
longanimẽ in spe: pseuerantẽ in inceptis.
Hec itaqz lorica fulgere debet aurũ vt: for-
tis eẽ vt calibs z ferrum. Quia omis homo
charitatẽ habens: ductilis debet esse vt au-
rũ p patientiã: cõtra aduersitates. Fulgẽs-
qz p sapientiaz z discretionem: ne heresim
recipiat p integritate fidei: dubiaqz p cer-
tis. Sit quoqz lorica fortis vt ferrum: vt si-
cut ferrũ domat omnia: sic homo vtẽs cha-
ritate: studeat humiliare eos q̃ resistunt fi-
dei z bonis moribus. Nõ retrocedat pter
oblocutiones. Non flectat pter amicici-
as. Non tepescat pter cõmoda sua tpalia:
nõ dissimulet pter q̃etẽ carnis. Nõ vere-
atur pter mortẽ: qz nemo põt auferre vi-
tam: nisi pmittente deo. Verũtñ q̃uis lo-
rica ex multis constat esse circulis: tñ duo
sunt principales circuli: quib lorica conte-
xitur charitatis. Primus itaqz charitatis
circulus est cognitio dei: z frequens cõside-
ratio diuinoz beneficioz et preceptoz. Vt
sciat homo q̃d faciendum sit deo: quid pro-
ximo: quid ve mundo. Scd's circulus ẽ re-
frenatio pprie voluntatis pp̃ter deũ: Ois
quippe q̃ deũ pfecte et integre diligit: nil si-
bi ipsi de voluntate sua que ↄtra deũ est re-
seruat. Ecce fili hanc loricam dat tibi deus
z ego pmerui tibi pueniri charitate dei.
E Deinde apparuit beatus Paulus: di-
cens. O fili: Petrus summus pastor omnĩ
dedit tibi loricã: ego vo ex charitate dei da-
bo tibi thoracem: que est charitas ad pxi-
mũ. Velle. s. p salute pximi libenter opan-
te dei gratia mori. Sicut em ĩ thorace mul-
te sunt lamine combinate: z claui ↄiũgen-
tes: sic in charitate pximi multe cõcurrũt
virtutes. Ois quippe q̃ diligit pximũ: te-
net primũ dolore: q oẽs qui sunt redemp-
ti sanguine iesu christi: nõ repẽdũt deo di-
lectionẽ. Scd'o dolendũ est q scta ecclesia
sponsa dei: nõ stat in sua laudabili disposi-
tione. Tercio q paucissimi sunt q̃passionẽ

dei recordant cum amaritudine z charita-
te. Quarto attendere debet ne pximus su
corrũpat aliquo exẽplo suo prauo. Quinto
dare pximo suo bona sua hylariter z orare
pro eo deũ vt in omni bono pficiat z pficiat
Claui vo ↄiungentes laminas: sunt vba di-
uina. Nam homo charitatiuus vbi vide-
rit proximum tribulatum: debet eum con-
solari verbis charitatiuis. Impugnatum
vero contra iusticiam defendere: infirmos
visitare: captiuos redimere: pauperes non
erubescere: veritatem semper amare: cha-
ritati dei nihil preponere: a iusticia nun-
q̃ deuiare. Hac igit thorace ego sui indut
qui infirmus sui cum infirmis. Qui in con-
spectu regũ z principum: nõ erubui verita-
tem loqui: z p salute proximi mori parat
fui. F Deinde apparuit mater dei z di-
xit isti militi. Quid igit fili adhuc tibi de-
est: Et ille: caput inquit nõ habet galeam.
Tunc mater misericordie dixit ad angelũ
custodẽ anime eius. Quid inq̃t profuit ani-
me custodia tua: aut q̃d habes pñtare do-
mino nostro: ¶ Rñdit angelus. Habeo ali-
qua licet modica sint. Nã q̃nqz fecit elemo-
synã z legit aliquas orões ex charitate dei:
q̃nqz etiam dimisit voluntatẽ ppriam pro-
pter deum. Rogans deũ sinceriter vt ei vi-
lesceret mundus: z deus fieret ei sup omia
charus. ¶ Rñdit mater. Bonũ est aliq̃ ap-
portare. Ergo volumus facere sicut bonus
aurifaber facit: qui faciens opus grãde de
auro: si necessitat z deficit in auro: petit au-
xilium ab amicis hñtibus: quẽ omes habẽ-
tes aurũ iuuant: vt pficiat opus eius. Qui
vo facit opus luteum: quis dabit ei de auro
suo: cum indignũ sit lutum misceri auro
Ergo omnes sancti diuites auro: pmere-
buntur tibi mecum galeam quã habitur
es. Ista aũt galea est voluntas placendi so-
li deo. Sicut em galea defendit caput a ia-
culis z ictibus: sic voluntas bona z sola ad
deum defendit animã: ne temptatiões dia-
bolice preualeant ↄtra eam: deũqz in aĩaz
introducit. Hanc habuit ille bonus Geor-
gius z mauricius: z plures alij: imo etiam la-
tro pendẽs in cruce: sine qua nemo funda-
mentum bonũ faciet: nec pueniet ad coro-
nam. In hac quoqz galea debent eẽ duo fo-
ramina ante oculos: q̃b pũideant aduerti-
entia: q̃ sunt discretio faciendoz et cautio
omittendoz: qz sine discretione et pmedi-
tatiõe: multa sunt in fine mala: q̃ in pnci-
pio videt bona. G Itẽ loq̃t mr ad mi-
litẽ: quid adhuc tibi deest fili: Et ille rñdit
Manus inq̃t unde sunt z nõ habẽt armaturã
Cui mr: ego inq̃t iuuabo vt manus non sint

nude. Ergo sicut due sunt manus carnis: sic due sunt manus spūales. Dextera autē manus qua tenēdus est gladius significat opus iusticie: in qua debent esse quinqꝫ virtutes quasi quinqꝫ digiti. Prima vt omīs iustus primo sit iustus sibiipi: cauēdo.s. ne quid in locutione seu operatione aut exēplo appareat: quod ꝓximum possit offendere. Ne quod ex iusticia reprehendit vel docet in alijs destruat moribus inordinatis. Secunda est nō facere iusticiā seu iusticie opera ꝓpter fauorē hoīm: seu cupiditatē mundi: sed amore solius dei. Tercia est: nō timere aliquē ꝯtra iusticiam: nec dissimulare ꝓpter amiciciam. Nec flecti a iusticia ꝓ paupere vel diuite: amico seu inimico. Quarta est libenter etiā velle ꝓ iusticia mori. Quinta est: nō solū facere iusticiā: sed etiā sapienter diligere iusticiā: vt ꝛ in iudicio sit misericordia et iusticia. Et vt aliter corrigatur q̄ minus peccat: ꝛ aliter qui grauius: aliter qꝫ qui peccat ex ignorantia: ꝛ aliter qui peccat ex industria seu malignitate. ¶ Quicunqꝫ autem istos digitos quinqꝫ habuerit: cauere debet ne gladium exacuet in impatientia. Nec delectatio mundana hebetet: ne improuidentia excutiet: ne leuitas animi denigret. H Sinistra vero manus est oratio diuina: que etiā quinqꝫ digitos habebit. Primus est firmiter credere articulos fidei: de deitate ꝛ humanitate: omīa operando. Credere que sctā ecclesia sponsa dei confitetur. Secundus est: nolle peccare scienter contra deū: velleqꝫ cōmissa omnia contritione et satisfactione emendare. Tercius orare deū vt amor carnis conuertatur in amorem spūalem. Quartus est: non ad aliud viuere in mundo: nisi vt deo faciat honorem: ꝛ vt minuat petā. Quintus est: nihil de seipso presumere: sed sp̄ timere deum: mortemqꝫ oī hora expectare. Ecce fili: he sunt due manus quas habere debes: dextera.s. qua vibrandus est gladius iusticie: ꝯtra transgressores iusticie: sinistra vero orationis: qua petendū est auxiliū a deo: vt nūqꝫ ꝯfidas de tua iusticia: nec insolescas cōtra deū tuū. I Iterū apparuit btā maria et dixit militi: qd adhuc tibi deest fili? Rūdit ille. Armatura inqt pedū. Et illa. Audi inqt miles olim mūdi: sed iā nūc meus: oīa q̄cunqꝫ sunt in celo ꝛ in terra creauit deus: sꝫ inter oīa inferiora: dignior ꝛ pulcrior creatura est aīa: q̄ filius est in imaginatiōibꝫ suis volūtati bone. Sicut eīm de arbore multi pcedūt palmites: sic de aīe spūali exercitatione ꝛ operatione: oīs ꝓcedit virtutum pfectio: ꝗ vt obtineatur spūalis armatura pedū

voluntas bona mediante grā dei debet esse initiū. In qua debet esse duplex ꝯsideratō tanqꝫ duo pedes sup bases aureas. Primus itaqꝫ pes aīe pfecte: est ꝯsideratio huiōi.s. qꝫ nollet peccare ꝯtra deū: etiā si nō sequeretur pena. Scda pes est bona opa facere etiam si sciret se damnandū: ꝓpter magnā patientiā ꝛ charitatē dei. Genua vero aīe sunt hylaritas ꝛ fortitudo bonevoluntatis. Sicut eīm genua incuruantur et flectūtur ad vsum pedum: sic volūtas aīe flecti ꝛ refrenari debet fm rōnē ad velle dei. K Scriptū eīm est qꝫ spūs ꝛ caro sibi ad inuicē aduersantur. Iō et paulus dicit: Nō qd volo bonū hoc ago. Quasi diceret. Quedā bona volo fm aīam sꝫ nō preualeo ꝓpter īfirmitatē carnis: sꝫ ꝛ si q̄nqꝫ potero facere: sꝫ non cū hilaritate: q̄d ergo? Nunquid ideo priuabatur apl's mercede: qꝛ voluit ꝛ nō potuit? Aut qꝛ fecit bona: sꝫ nō cū hilaritate? Nequaqꝫ: sed magis augebatur ei corona dupliciter. Primo qꝛ ab exteriori hoīe: erat ei laboriosa operatio: ꝓpter carnē reluctantē bono. Secundo ab homine interiori: qꝛ nō erat ei ꝯsolatio sp̄ spūalis. Ideo multi seculares laborāt tpaliter: sed non ꝓ his coronantur: qꝛ laborant motu carnis. Qui quidem labor si esset preceptū dei: nequaqꝫ sic feruerent in laborādo. Isti itaqꝫ duo pedes anime: scilꝫ nolle peccare contra deum: ꝛ velle bona opera facere: etiam si sequeretur dānatio: armandi sunt duplici armatura. scilicet discreto vsu temporalium: et discreto desiderio ad celestia appetenda. Discretus autem vsus temporaliū est: habere bona ad moderatā suā sustentationē: nō ad supfluitatem. Discretū vero desideriū celestiū est: celestia bonis operibus ꝛ labore velle promereri. Homo qppe ꝑ ingratitudinem et desidiam auersus est a deo: ideo per labores et humilitatem ad deum est rediendus. Ergo fili: quia ista nō habuisti: rogemus sanctos martyres et cōfessores: qui talibus diuitijs abundabāt: qꝫ tibi auxilientur. ¶ Tūc statim sancti apparentes dixerūt. O domina benedicta: tu portasti dominū in te: ꝛ tu domina omniū es: quid est quod nō poteris? Qd eīm tu vis hoc factum est: voluntas tua semp est nostra. Tu merito mater charitatis es: quia omnes visitas charitate. L Iterū apparuit mater et dixit militi. Fili: adhuc deficit clypeus nobis. Itaqꝫ ad clypeum duo pertinent: scilicet fortitudo: et signū domini sub quo militat. Ergo clypeus spiritualis significat considerationē amare passionis dei: q̄ debet esse ī sinistro brachio iuxta cor. Vt quotiens animum delectat volup

tas carnis: considerent liuores iesu christi. Quotiens vero pungit et contristat animum despectio et aduersitas mundi: rememorentur paupertas et obprobria christi. Quotiens vero delectat honor et longa vita carnis: recogitetur amara mors et passio christi. Talis clipeus debet habere fortitudinē pseuerātie in bono: latitudinēq charitatis. Signū vero clypei: debet esse de duobus coloribus: quia nihil clarius et longius pspicitur q̄ qđ de duobus coloribus fulgentibus est compactū. Duo aūt colores: quibus clipeus considerationis passionis diuine decoratur: sunt continentia affectionū inordinatarum: puritasq et refrenatio motuum carnis. His enim duobus illustratur celū. Et angeli videntes congratulando gaudent dicentes. Ecce signū puritatis et societatis nostre: adiuuare tenemur militem istū. Demones vero videntes militē his signis clypei decoratū clamabūt. Quid faciemus o socij? Iste miles terribilis est in congressione: decorus in armis. In lateribus eius sunt arma virtutū. In tergo castra angelorum. A sinistris vigilantissimū habz custodē .s. deum. In circuitu plenus ē oculis: quibus inspicit maliciam nostram. Impugnare eum quidē possumus: sed in confusionē nostram: quia nequaq preualemus. O q̄ felix est talis miles: quem angeli honorant et cuius timore demones contremiscunt. ¶ Verūtn̄ fili quia istū clypeū nondū obtinuisti: rogemus sanctos angelos puritate spirituali intentes: vt te iuuent. M Iterum loquitur mater. Fili adhuc deficit nobis gladius. Itaq: ad gladium duo ptinent. Primo q habeat duas acies: secūdo q sit bene exacuatus. Gladius vero spūalis: est cōfidentia in deo ad preliandū p iusticia: hec aūt cōfidentia duas debet habere acies: scz rectitudinē iusticie in psperis tanq a dextris: et gratiarū actionē in aduersis: tanq a sinistris. Talem gladium habuit ille bonus iob: qui in psperis obtulit sacrificiū pro filijs qui pater erat pauperum: et ostiū eius viatori patuit. Qui in vanitate ambulant nec cōcupiunt aliena: sed timuit deū: sicut sedens sup fluctus maris. Habuit q̊z grārū actionē in aduersis: qū pditis filijs et bonis: qū cōuiciatus ab vxore et pcussus vlcere pessimo: sustinuit patienter dicens. Dominus dedit dn̄s abstulit: sit ipse benedictus. Hic q̊z gladius debet esse bene exacuatus: conterendo impugnantes iusticiā vt moyses et Dauid. Habendo zelum legis vt phinees. Loquendo constanter: vt helyas et iohannes. O q̄ multorum gladius nūc nimis ebetatus est qui si loquuntur verbo: digito non mouent.

Querentes amiciciam hominū: et gloriam dei non attendunt. Ergo quia gladium talem nō habuisti: rogemus patriarchas et prophetas qui talem confidentiam habuerunt: et dabitur nobis confidenter. M Iterū apparuit mater dicens militi. Adhuc fili necessarium est tibi cooptoriū sup arma: quo arma defenduntur a rubigine: et ne a pluuia maculentur. Hoc aūt cooptoriū est charitas: velle mori p deo. Et etiā si possibile esset sine dei offensa: separi a deo p salute fratrum. Hec charitas opit oīa pctā: cōseruat virtutes. mitigat iram dei: oīa facit possibilia: deterret demonia: gaudiū est angelorum. Hoc vero opimentū debet esse intus albū: et ab extra fulgens quasi aurū. Quia vbi zelus diuini amoris est: ibi vtraq mūdicia nō est neglecta. Hac itaq charitate abundabant apli: ideoq rogandi sunt: vt tibi auxilientur. M Iterum apparuit mater dicens. Adhuc tibi fili necessarius est equus et sella. Itaq per equū spūaliter itelligitur baptisma. Sicut enim equus puehit hoīem ad aliquā pficiendam viam: hn̄s quatuor pedes: sic baptisma qđ per equū intelligitur: puehit hoīez ante conspectū dei: habēs q̄tuor effectus spirituales. Primus est q baptisati liberantur a dyabolo et obligantur ad mandata et seruitia dei. Scđs est q purgantur a pctō originali. Tercius est q filij dei efficiuntur et coheredes dei. Quartus est q celū eis apitur. Sed heu multi sunt q̇ cū ad annos discretōis peruenunt: imponunt equo baptismatis frenum: et abducūt eū per viā falsam. Tūc q̇ppe via baptismatis recta est et tenetur recte: qū homo infra annos discretiōis instruitur: et cōseruatur in bonis moribus. Et qū homo peruenit ad annos discretionis: et cogitat sedule q̇d in fonte baptismatis pmisum est: tenetq fidē et charitatē dei inuiolatā. Sed tūc abducitur a via recta: et imponitur frenū: quando mundus et caro pponuntur deo. P Sella vero equi .i. baptismi: est effectus amare passionis et mortis iesu christi: per quē baptismus obtinuit effectū. Quid enim est aq̄ nisi elementum? Postq̄ vero effusus est sanguis dei: venit ad elementū verbū dei et virtus effusi sanguinis dei. Et sic aqua baptismi: per verbū dei facta est reconciliatio hominis et dei. Porta misericordie: expulsio demonū. Via celi: venia pctōrum. Ergo qui in virtute baptismi gloriari voluerit: cogitet primo amaritudinē institutionis: baptismalis effectus. Vt cum mens humana cōtra deū intumuerit: cogitet q̄ amare redemptus sit. Quotiens etiam votum baptismi trāsgressus est. Quidve p tanta recidiuatione

pmeret. ¶ Item vt hō firmiter in sella ba
ptismal' effect⁹ sedeat: necessaria sunt due
strigiles:scz duplex ꝯsideratio in oratione
Primo orare debet taliter. Q O dñe
deus omps:bñdictus sis tu:qꝛ me creasti ꝛ
redemisti. Et cū dampnatōe dignus essez in
pctis tolerasti:ꝛ ad pñiam reduxisti. Reco
gnosco dñe corā maiestate tua: oīa quecū-
qꝫ dedisti mihi ad salutē: inutiliter ꝛ dāna
biliter me expēdisse: videlicz tēpus penitē-
tie mee in vanitatib⁹:corpus in supfluita-
tibus:gr̃am baptismi in supbijs. Et oīa di-
lexi plus qꝫ te:creatorē et redemptorē: nu
tritorē ꝛ ꝯseruatorē meū. Et iō miscdiam
tuam peto:qꝛ miser sum ex me:et quia nō
agnoui benignā patiam tuā in me. Nō ti-
mui horrendā equitatē tuā. Non attende
bam quid tibi ꝑ innumerabilib⁹ bonis tuis
rnderem:sz ꝯtra me de die in diez:te malis
meis puocabā:ꝓpterea non habeo nisi vnū
cum verbum ad te:scz. Miserere mei deus
scdm magnam misericordiā tuā. R
Item secūda oratio sit talis. O dñe deus
omps: scio me omīa habere a te: et sine te
nihil esse nec posse:nisi solummō hoc quod
ego ipse feci:scz pctm̄. Ideo depcor hūiliter
pietatē tuā:vt non scdm peccata mea faci
as mihi: sed scdm magnā misericordiam tuam
Et mitte mihi spm̄ tuū sanctuz: qui illu-
minet cor meū:et ꝯfirmet in viam manda
torum tuoꝝ: vt in his que te inspirāte co-
gnoui:pseuerare valeā nullisqꝫ temptatō
nibus a te separi. Ergo fili qꝛ ista deficiunt
tibi:rogem⁹ illos qui passionē dei amarius
fixerūt in corde suo: vt tibi tribuāt de cha-
ritate sua. ¶ Quib⁹ dictis:statiz apparuit
qsi vnus equus:paratus cū ornamētis decen
ratis. Et rndit mr̃. Iste inqt ornatus equi
significat dona sctispūs: que in baptismo
largiunt. In baptismo ꝗppe:siue p bonuz
siue p malum ministret ministꝛ: remittit
paternuz delictū. Augetꝛ gratia. Dimittit
quodcūqꝫ pctm̄. Datꝛ spūssctūs in pignus.
Angeli in custodiam:celū in hereditatem.
¶ Ecce fili hec sunt ornamēta spūalis mili
tis. Quib⁹ qui indut⁹ fuerit: accipiet stipē
diū illud indicibile:quo emitꝛ delectabile p
petuū:honor quietissimus:eternalis abū-
dantia:vita sine fine. ¶ Iste miles fuit do
minus Karolus filius sancte Birgitte.

Verba sponse ꝯcantia ad xp̄m et ad vir
ginem laudes optimas inducēdo. Et rn̄sio
virginis ꝯsolatoria ad filiā: pbans p exem
pla exposita:ꝙ deus iusto iudicio frequen
ter de mendacio dyaboli pmittit:vt virtus
dei fit manifestior:et quomō tribulatiōes
inductiue sunt ad spiritualia bona.

Cap. LXXV

Benedictus sis tu de⁹
b meus: creator ꝛ redemptor meus
A Tu es stipendium illud quo a
captiuitate redēpti sumus: quo ad saluta-
ria cūcta dirigimur quo vnitati ꝛ trinitati
faciamur. Propterea et si de feditate mea
erubesco: gaudeo tñ:ꝙ tu qui semel ꝑ salu
te nr̃a mortuus es:nunqꝫ amplius morie-
ris. Tu enī vere ille es:qui etiam añ secula
eras. Tu es qui ptātem habes vite ꝛ mor-
tis. Tu solus es bonus et iustus. Tu solus
omps et metuēdus. Ideo tu sis bñdictus
in eternū. ¶ Sz quid de te dicaz: o bñdicta
maria mūdi tota salus: Tu es illi similis:
qui amico dolēti de perdita re:subito fecit
videz qd perditū erat:quo mitigabatꝛ do-
lor:creuit gaudiū: ꝛ mēs tota reaccēdebatꝛ
leticia. Sic tu dulcissima mr̃: ondisti mun
do deū suū quē hoīes perdiderāt: genuisti-
qꝫ eū in tpe: qui añ tempora genitus ē: ex
cui⁹ natiuitate:celestia et terrestria sūt ga
uisa. Iō dulcissima mr̃:rogo te adiuua me
ne gaudeat inimicus meus de me:nec ꝯua
leat aduersum me fraudib⁹ suis. B
Rn̄dit mr̃. Ego iuuabo te: sz cur turbaris
ꝙ aliud ondebatꝛ tibi spūaliter: et aliud au
diebatꝛ corpaliter: in eo scz:ꝙ ille miles qui
viuit corpaliter:ondebatꝛ tibi mortu⁹ spūa
liter: et spūali auxilio indigere? Sed audi
nūc certitudinez. Ois nanqꝫ v̄itas de deo
est:omneqꝫ mendaciuz a dyabolo: qꝛ pater
mendacij est. Ideo qꝫuis veritas ex deo est
tamē de malicia dyaboli et mēdacio:quod
deus qñqꝫ permittit occulto iudicio: vir-
tus dei fit manifestior. Sicut per exemplū
indicabo tibi. ¶ Virgo quedā fuit:que spō
sum suum tenerrime diligebat: ꝛ similiter
sponsus virginē:ex quorū dilectione deus
glorificabatꝛ: et parētes amboꝝ letabantꝛ.
Quod inimicus coꝝ considerās:cogitauit
taliter. Scio inquiēs: ꝙ sponsus et spōsa
per tria conueniūt scz per lr̃as:per mutua
colloquia:aut per corpoꝝ visionem. Ergo
ne nuncij ꝛ portatores lr̃arum aditum ob
tineant: implebo vias omēs stipidibus spi
nis ꝛ vincinis. Ne ergo approp inquent ad
mutua colloquia: faciā clamores et strepi-
tus:quibus distrahantꝛ in colloquēdo. Ne
vero nudi conueniāt in lecto:statuā custo-
des tales:qui qꝫlibet rimam obseruabunt
ne aliqꝫ occasionem obtineāt conueniēdi.
C Sponsus itaqꝫ astutior hoste intel
ligens ista: dixit seruis suis. Hostis meus
ponit mihi insidias in talib⁹:et vos illis lo
cis attēdite:ꝙ si ita inueneritis: finite euz

laborare donec posuerit laqueos: ₇ postea
ꝯsurgentes: nō interficiatis eū ſʒ deluden
do inclamate eū. Vt ꝯſeruī veſtri videntes
astutias hostis: efficiant̄ sollicitiores in vi
gilando ₇ custodiendo. Simili mō est etiā
in ſpūalibus. Nam lr̄e quibus sponsus et
sponsa: id est deus ₇ bona aīa conueniūt
nihil aliud sunt: nisi oratōes ₇ suspiria bo
nor̄: sicut enī lr̄e corꝑales: indicāt affectuʒ
et voluntatē emittētis eas: sic oratōes bo
norū ingrediunt̄ ad cor dei: et coniungūt
aīam deo in vnū vinculū charitatis. Sed
dyabolus quoqʒ impedit corda hoīm: ne ro
gent ea q̄ salutis aīe sunt aut q̄d carnali
voluptati ꝯtrariū est. Impedit qʒ: ne rogā
tes ꝑ alijs petōribus exaudiant̄: qui petō
res ꝑ sevtiliora aīe nō petunt: nec rogāt
ea que sunt ad vtilitatē sempiternā. D
Quid ᵽo sunt mutua colloquia: quib; spō
sus ₇ sponsa efficiunt̄ vnū cor et vna aīa:
nisi pn̄ia et cōtritio? In quibus quoqʒ dya
bolus tm̄ facit clamorē: q̄ ad inuicem non
audiunt̄. Quid aūt est clamor eius nisi sug
gestio eiꝰ praua: suggerēs cordi fructuose
volēti penitere: dicēdo inspirationib; suis.
O aīa inquiens delicata: durū est aggredi
inconsueta et insolita: nunq̄d omnes pn̄t
esse ꝑfecti: sufficit tibi vnū esse de multis:
quid maiora attemptas? Cur facis quod
nemo facit? Perseuerare enī non poteris.
Deridēris quidē ab oībus: si te nimis hūi
lias ₇ submittis. Talibus igit̄ aīa delusa
inspirationib;: cogitat secū: graue inquit
est ꝯsueta relinquere: ideo faciā ꝯfessioneʒ
de ꝑteritis: sufficit enī mihi sequi viā plu
rium: nō valeo esse ꝑfecta: deus quippe est
misericors. Nec redemisset nos ꝑire nos
voluisset. Talib; clamorib; impedit dyabo
lus aīam: ne audiat deus. Non q̄ deus nō au
dit oīa: sed qꝛ in audiendo talia nō dele
ctatur deus: qꝛ aīa magis consentit tem
ptationi sue: qꝫ ꝓprie rationi. E Quid
vero est: q̄ deus et aīa coniungunt̄ inidi:
nisi desideriū celeste et charitas pura: qui
bus aīa flagrare debet omni hora. Sʒ hec
charitas impedit̄ quadruplicter. Primo
instigat dyabolus aīe aliquid facere ꝯtra
deū: quod licet non reputat̄ graue: tn̄ dele
ctat aīm: et hm̄oi delectatio: quia leuigat̄
nec curat̄: odiosa est apud deū. Secūdo in
spirat dyabolus aīe: aliqua bona facere ꝓ
pter placentiā hoīm: et omittere quoqʒ bo
na que posset facere: ꝓpter honorē et timo
rem mundi. ¶ Tercio dyabolus immittit
obliuioneʒ faciendoꝛ bonoꝛ aīe et tedium
per que animus absorptus: attediat̄ in fa
ciendo bona. Quarto dyabolus sollicitat

animā: aut in curis mundialiū: aut in gau
dio ₇ dolore supfluo: seu in timore dispē
dioso. Per talia itaqʒ impediunt̄ lr̄e et ora
tiones iustorū: et mutua colloquia sponsi
et sponse. Sed licet dyabolus astutus est:
tn̄ deus sapientior atqʒ fortior est: cōminu
ens laqueos hostis: vt lr̄e nusse ꝑuenire va
leant ad sponsum. Tunc aūt franguntr̄ la
quei: qn̄ deus immittit cogitare que bona
sunt: et cor desiderat: vt obtineat volūta
tem fugiēdi que praua sunt: et faciēdi que
placita sunt deo. Dissipat̄ etiā clamor ho
stis: qn̄ anima discrete penitet: habēs velle
confessa nō iterandi. F Scito etiā: q̄
dyabolus nō solū facit clamorē et strepitū
his qui sunt inimici dei: sʒ etiā amicis dei:
sicut ꝑ exemplū intelligere poteris: quasi
esset virgo: cui cum loqueret̄ vir: apparuit
quoddā antipendiū inter eos: quod quidē
vir vidit sed nō virgo. Finita autē collocu
tione: virgo eleuatis oculis vidit antipendi
um: et timens cogitauit secū. Prouideat
inquit deus: ne forte laqueis hostis sim de
cepta. Sponsus vero videns virginē con
tristatam: remouit antipendiū: ₇ ostendit
ei omnem veritatē. Sic etiam ꝑfecti homi
nes: visitant̄ inspirationib; diuinis: quib;
dyabolus facit tūc clamores: quādo vel ele
uantur supbia subita: aut eyciunt̄ nimio
timore: seu inordinate condescendēdo to
lerant aliorū peccata: aut nimia leticia vel
tristicia dissoluunt̄. G Similiter fa
ctum est et tecū. Dyabolus quippe instiga
bat quosdam: scribere tibi illū esse mortu
um qui viuebat: vnde magnū cōcepisti do
lorem. Sed deus ostendit spūalem mortē
eius: vt quod scriptores dixerunt corꝑali
ter esse falsum: hoc deus ꝯsolando te spūa
liter ostendit esse verū. Ideo verū est quod
dicit̄: q̄ tribulatōes inductiue sunt ad spi
ritualia bona: qꝛ nisi ꝓpter mendaciū au
ditum fuisses ꝯtristata: tanta virtus ₇ pul
critudo aīe ostensa tibi nō fuisset. Propte
rea vt intelligeres occultā dei dispensatio
nem: quasi quoddā antipendiū erat inter
aīam tuam et deū loquentē: et qꝛ aīa appa
ruit in spē indigentis auxilio: et deus in
omni locutiōe sua istam obseruauit ꝯclusi
onem: vtꝝ inquit mortuus est vel viuit: sci
as tempe suo. Ostensa vero pulcritudine
aīe et ornatu quo anima ꝑfici debet ad in
gressum celi: ablatū est antipendiū ₇ osten
sa veritas: scʒ q̄ homo ille corꝑaliter viue
bat: et spūaliter erat mortuus: et talibus
virtutibus armari debet: quicunqʒ patriā
celestem est ingressurus. ¶ Veruntn̄ dya
boli intentio fuit ista: vt videlicet ꝓbaret

te ꝑ mendaciū ⁊ tribularet. Et vt dolendo de subtractōe tam cari amici. Distraheret te ab amore dei: sed postq̄ȝ dixisti: ꝓuideat deus ne forte istud sit illusio: ⁊ dixisti deus adiuua me. Tūc ablatū est velamen: et ostē sa est tibi v̄itas a deo: tam corꝑalis q̄ȝ spiritualis. Ideo ergo ꝑmittitꝫ dyabolo etiam tribulare iustos: vt eoꝝ corona augeatur.

Verba v̄ginis ad filiam ostendētia qui sunt amici dei. Et quō pauci inueniunꝫ modernis temꝑibus assignando oēm statum: tam laycorum q̄ȝ clericoꝝ. Et que est causa quare deus diues dilexit pauꝑtatē: et qualiter elegit pauꝑes et nō diuites: et ad quē finem diuitie fuerunt concesse ecclesie.

Cap. LXXVI.

Mater loquitur sponse xp̄i.

A Cur turbaris filia: q2 inq̄t timeo mitti ad induratos. Et mater. Vn̄ inq̄t intelligis induratos amicos dei? Et illa. Nescio discernere: nec eciam aliquib9 indicare audeo: q2 duo homines ostensi sunt mihi prius: quoꝝ alter humilimus ⁊ sctīssimus: iudicio hoīm apparebat. Alius v̄o largus ⁊ ambiciosus: quoꝝ tn̄ intentio et volūtas discordabant ab ope: vehemēter terruerūt intellectū meū. Rn̄dit mater. Ex his que aꝑte videnꝫ mala: iudicare ꝑmittiꝫ: aīo scȝ compatiēdi et corrigēdi. De dubijs v̄o que quo aīo fiunt nō sunt certa: iudicare non est tutū. ¶ Propterea indicare tibi volo: q̄ sunt amici dei. Scito itaq3 illos esse amicos dei: qui in acceptis donis dei timidi sunt: et ꝓ his omni hora regratianꝫ deo: et sup̄flua nō requirūt sed de datis contentanꝫ. Sed vbi inueniunꝫ hi tales? Inquiramus p̄mo in cōmunitate. Quis ē qui dicat sufficit: maiora nō quero? Inquiramus in militibus ⁊ dn̄is alijs quis eorū cogitat taliter bona que habeo hereditate acquisiui: et de his sustentamē tum meū moderatū: iuxta statuȝ meū deo et hominibus conuenientē requiro: cetera v̄o deo et pauꝑibus cōmunicabo. Si vero bona ista hereditaria scirem acquisita male: aut restituerē: aut dimitterem consilio electorum spūalium seruoꝝ dei. O filia: talis cogitatio rara est in terra. B Inquiramus etiam in regibus et in ducibus: quis stat in laudabili suo statu. Ille quippe est rex: qui in moribus suis est sicut iob: in humilitate sicut dauid: in zelo legis vt phinees vt moyses in mansuetudine et longanimitate. Ille q̄ȝ est dux: qui regis exercituȝ regit et informat ad p̄lia: qui fiduciā habȝ in deo et timorē vt iosue: qui vtilitatē dn̄i sui plus querit q̄ȝ ꝓpriam vt ioab: qui zelū legis et cōmodū ꝓximoꝝ diligit: vt iudas machabeus. Talis dux similis est vnicorni qui acutū habȝ cornu in frōte: ⁊ sub cornu lapidem p̄ciosum. Quid aūt est cornu ducis nisi cor virile ducis: quo pugnandū est fortiter. Hostesq3 fidei feriendi. Lapis v̄o sub cornu ducis est charitas diuina que iugiter in corde manens: reddit eū ad oīa agileȝ et inuictū. Sȝ nūc duces similiores sunt hedis lasciuis: q̄ȝ vnicornib9 q2 vbiq3 pugnant ꝓ carne: non ꝓ aīa nec pro deo. ¶ Inquiramus ḡ in regibus quis eorū nō grauat subditos suos ꝓpter sup̄biam suā. Quis tenet statū suū iuxta redditus corone: quis restituit ea que corona detinet iniuste? Quis est qui exoccupat se ad faciendaꝫ iusticiā ꝓpter deū vtinā filia in mūdo reges tales appareant vt glorificeꝫ deus. C Inq̄ramus insuꝑ in clero: quoꝝ est diligere ꝯtinentiā pauꝑtatē ⁊ deuotōem: et certe hi etiā a via recesserūt. Quid aūt fuit clerici: nisi pauꝑes ⁊ elemosinarij dei? vt viuentes de oblatiōe dei: tanto essent hūiliores et ad deū feruētiores: q̄to a curis mūdi plus debent esse segregati. Jō et a tribulatione et pauꝑtate p̄mū surrexit ecc̄lia: vt deus esset hereditas eoꝝ: et nō in mūdo nec in carne: sȝ in deo gloriarenꝫ. Sȝ nunquid filia nō potuisset de9 elegisse reges et duces in ap̄l'os: et tūc ꝑ eos hereditate terrena ditata fuisset ecc̄lia? Potuisset quidē sȝ diues deus venit in mundū pauꝑ exēplo vt terrena ondēderet transitoria esse: ⁊ vt hō dn̄i sui: addisceret nec erubesceret pauꝑtatez: sȝ ad v̄as diuitias et celestes festinaret. Jō cū pauꝑe piscatore: inchoabat pulcerrimam dispositiōem ecclesie: et posuit eū in locum suū: vt de sorte dn̄i non de hereditate: viueret in hoc mūdo. D Itaq3 a tribus bonis cepit ecc̄lia. Primo a feruore fidei. Secundo a pauꝑtate. Tercio ab effectu virtutū et miraculoꝝ. Hec q̄ȝ tria fuerunt in beato petro. Nam habuit feruorē fidei: qn̄ libera voce deum suū ꝯfessus est: et ꝓ eo mori nō dubitauit. Habuit etiam pauꝑtatem: qn̄ circueundo mendicabat ⁊ laborando manib9 se pascebat. Veruntn̄ in spūalib9 erat diues quod maius est: qn̄ scȝ claudo dedit gressum: quod nullus p̄ncipum potuit: cui auꝝ et argentū dare non habebat. Sed nūquid petrus nō obtinuisset auꝝ: qui suscitauit mortuū si voluisset? vtiq3: sed exonerauit se ab onere diuitiarū vt expeditus intraret celū: et vt magister omnium: hūilitatis exemplū daret oībus: quia hūilitas et pauꝑtas aut spūalis aut

corporalis: ingressus est in celũ. Tercio fuit in eo effectus miraculorum: quia p̄ter innissis altioribus miraculis: etiã ad vmbrã petri infirmi sunt sanati. Ergo quia habuit secũ pfectionẽ virtutũ: que est ꝯtentari de necessarijs: et ideo lingua eius clauis celi facta est et nomẽ eius in bñdictione est in celis ⁊ in terris. Qui vero noĩa sua vocauerũt in terris: et stercora id est terrena dilexerũt: neglecti sunt in terris: ⁊ in libro iusticie diuĩe horribiliter sunt descripti. E Veruntñ deus ostendere volens: quod non paupertas petri nec aliorum sanctorum coacta erat sed spõtanea: ideo incitabat aĩos multorum ad largiendũ eis. Sed ipsi plus in paupertate quam in sentibus diuitiarum gloriabantur: propterea ⁊ quo plus abũdabat in eis paupertas: tanto deuotõ cumulatius augebatur. Et quid mirum qui cũ p̄tem suam ⁊ gaudiũ posuerũt deũ quõ poterit deus abesse eis? Qui vero delicias mũdi appetebant: quõ potuit eis dulcescere deus? ymo peregrinus erat in oculis corum. ¶ Processu vero tpis: vt amici dei feruentiores ⁊ expeditiores essent ad p̄dicandum verbum dei: ⁊ vt sciretur quod non diuitie male sunt: sed abusus earũ: ideo sub siluestro et alijs: bona tp̄alia ecclesie data sunt: quas viri sancti longo tp̄e: ad solam necessitatem suã et amicorum dei: et pauperũ sustentatiõem dispensabãt. Ergo tales scito amicos dei: qui ꝯtentantur de dispositõe dei qui et si tibi non sunt cogniti: filius meus subtilius videt eos: quia in duro metallo multotiens inuenitur aurum: et de duro silice extrahitur scintilla ignis. Vade itaque secura: quia prius clamandũ est: et postea faciendũ: quia nec filius meus in carne manẽs oẽm simul iudeã ꝯuertit. Nec ap̄li simul et semel gentilitatem: sed tp̄a longiora habenda sunt ad pficiendũ opem dei.

Verba sponse ad xp̄m magnificã misericordiã quam xp̄s cum ea fecit manifestantia et verba xp̄i ad spõsam eandem misericordiã dulciter in sponsa cõformantia. Et qualiter ipsam elegit in vas implendũ vino et per ipsam seruitoribus dei ppinando: ⁊ de grata interrogatione et humili sponse ad xp̄m. Cap. LXXVII

Onor sit omipotenti

b deo p oĩbus que creata sunt: laus sit ei p oĩbus suis virtutibus. Decus et seruitiũ reddatur ei: p omni charitute sua. A Ego indigna psona q̃ a iuuẽtute mea multa ꝯtra te deũ meũ deliquerã: regratior tibi dulcissime deus meus. Et p hoc maxime quod nullus ita criminosus ẽ: quod ei miam tuam denegas: qui cũ charitate et vera hũilitate misericordiam a te postulat cũ pposito emendãdi. O carissime deus: ⁊ oĩm dulcissime: mirabile oĩbus audiẽtibus est illud qđ tu mecũ fecisti. Nam qñ placet tibi tũc sopis corpus meũ: non tñ sopore corporali: sed q̃ete spũali. Aiam aũt meam tũc quasi a somno excitas ad videndũ et audiendũ atque sentiendum spũaliter. O dñe deus: o quam dulcia sunt oris tui verba. Vñ vero mihi quotiẽs verba spũs tui audio: quod aĩa mea in se illa deglutiat cũ quodã sentimẽto ineffabilis dulcedinis sicut suauissimũ cibũ: qui cadere vĩ in cor corporis mei: cũ magno gaudio ⁊ ineffabili ꝯsolatõne. ¶ Mirabile tñ hoc esse videtur: quod dũ verba tua audio: tũc vtrumque efficior: scilicet satiata et famelica: propter hoc aũt satiata: quia tunc nihil aliud mihi libet nisi illa: propter hoc vero famelica: quia semp augetur appetitus meus ad illa. Benedictus igitur sis tu deus meus iesu xp̄e: da ergo mihi dñe auxiliũ tuũ: vt omnibus diebus vite mee: que tibi placita sunt pficere valeam. B Xp̄s autẽ respondit dicens. Ego sum sine principio et sine fine: et oĩa creata sunt ex potentia mea: et ordinata ex sapientia mea: omnia etiam reguntur ex meo iudicio nihilque mihi impossibile est: et vere oĩa opa mea cum charitate sunt disposita. Et ideo nimis durũ est illud cor: quod nõ vult diligere me nec me timere: cũ sim vtrumque: scilicet omniũ hominũ nutritor ⁊ iudex. Dyaboli autẽ qui lictor meus est: et ipsorum hominum pditor: voluntatẽ faciunt. Ipseque demque tam pestiferũ virus in mundo ppinauit: quod viuere nõ potest aĩa: illud delectabiliter pregustans: sed mortua in infernũ cadit: in miserijs tamẽ eternaliter victura Hoc autẽ virus pctm̃ est: quod licet multis dulciter sapit: in fine tñ horribiliter amarescit. Hoc certissime venenum: de manu dyaboli bibitur cum delectatiõe omni hora: et quis talia audiuit vnque: aut maius mirum? Prebetur ei hominibus vita: et ipsi mortem eligũt: et volũtarie amplectuntur. Ego autẽ qui potens sum super oĩa: compatior eorũ miserie et angustie magne. Ego enim feci sicut rex diues ⁊ charitatiuus: qui mittens familiaribus seruitoribus suis preciosum vinum: diceret ita ppinate pluribus vinum quam vobis solis: quoniã valde salubre est. Hoc enim egris sanitatem reddit: mestis consolatõem: et sanis hominibus cor virile. Vinum etiã non mittitur sine vase. C Vere sic ego feci in regno hoc. Ego quidem seruitoribus meis misi verba mea que vino optimo comparantur: ⁊ ipsi alijs ea dabunt:

quoniā salubria sunt. Perpendas autem te in
telligo que v̄ba mea audis. Nam tu vtrūqꝫ
fecisti: quia verba audisti ꝛ protulisti: quia
tu es vas meum ꝓprium: quod implebo dū
voluero: ꝛ ex quo dū mihi placuerit exhau
tio: et ideo spiritus meus monstrabit tibi
quo ꝑgere debeas ꝛ quid loquaris: et nemi
nem timeas nisi me. Sed gaudenter quo-
cunqꝫ voluero debes pergere: et intrepida
dicere: quod tibi mandauero: quoniā mihi
nihil potest resistere: et ego tecum volo ma
nere. ¶ Deinde loquebat̄ sponsa. Ego in-
quit que audiui hanc vocem: cum lacrimis
sic respondi. O mi domine deus: ego que
sum quasi minima culex in potestate tua:
rogo vt des mihi licentiam respondere tibi
Vox autem respondit dicens. Ego respon
sionem tuā prius noui: q̄ꝫ tu eam cogitasti
Veruntn̄ do tibi loquendi licentiā. Tunc
inquit sponsa. Ego quero quare tu o omīs
glorie rex: et omnis sapientie infusor atqꝫ
omniū virtutum opator et ipsa virtus: ad
tale officium me vis assumere: que corpus
in peccatis ꝯsumpseram: que quo ad sapi-
entiam sum similis asino: et ad virtutum
operatōem defectuosa. Noli mihi dulcissi-
me deus iesu xp̄e ꝓpter hoc irasci: ꝙ sic te
interrogaui: nihil enim mirandū est de te:
qm̄ facere potes quicquid volueris: de me
autem totaliter miror: qm̄ in multis te: of
fendi: et parum emendaui. D Vox q̄ꝫ
respōdit dicens. Ego quidem ꝑ similitudi-
nem tibi respondeo. Si regi diuiti et po-
tenti diuerse mōete presentarent̄: quas po
stea rex ꝯflari faceret: et quicquid sicut pla
ceret ex eis fabricari. Vtputa coronas et
anulos de moneta aurea: scutellas et vasa
bibitoria de moneta argētea: lebetes ꝛ sar
tagines de moneta cuprea: his q̄ꝫ omnibꝫ
rex vteret̄ ad suum cōmodum et honorem
Unde cum non mireris ꝙ ipse sic faceret.
Ideo non magis tibi mirandum sit: ꝙ ego
amicoꝝ meorum corda per ipsos mihi pre
sentata: libēs accipio de eis quicquid mihi
placet faciendo. Et q̄uis aliqui maiorem
sensum habeant: aliqui autem minorem:
tamen dum ipsi mihi corda sua presentāt:
de splendoꝛe eius excecabar. Secūda fuit
cōpendiosa et labilis quasi glacies: in qua
cū ꝑcessissem ad vnū vestigiū: relabebar ad
vnū passum. Tercia fuit nimis lōge: in qua
cū ꝓcederē venit post me toꝛrēs impetuo-
sus: et transtulit me subtus montē in pro-
fundā fossam. In pꝛima via notat̄ progres
sus sugbie mee: que fuit luminosa nimiū: qꝛ
ostētatio que ꝓcedit de sugbia tn̄ resplen
duit in oculis meis: ꝙ non cogitam finem
eiꝰ. Et iō fui ceca: In scd̄a via notat̄ inobe
dientia: denicꝫ tp̄s inobedientie in hac vi
ta nō est longum qꝛ post moꝛtem cogit̄ hō
obedire. Veruntn̄ mihi fuit longum: quia
quando processi per vnum vestigium scꝫ in

humilitate confessionis: relabebar ad pas-
sum: q2 volui ꝙ petm̄ ꝯfessū diuit tereꝛ: s3
facta ꝯfessiōe nolui peccatum declinare: et
ideo nō steti stabilis in obedientie vestigio
sed relabebar in peccata sicut q̇ labiꝛ ī gla-
cie: q2 voluntas frigida fuit nolens ab his
que me delectabant resipiscere. Sic ḡ qū ꝓ
cessi ad vnū vestigiū cōfitendo peccata: re-
labebar ad passum: q2 volui pctā ⁊ delectā-
tia me ꝯfessa iterare. R Tercia via fu
it ꝙ sperabam impossibilitatē. s. posse face-
re petm̄ ⁊ nō habere longā penā. Posse eci
am diu viuere: ⁊ horā mortis non accelera
re. Et cū ꝑ hanc viā ꝓcessissē venit post me
torrēs impetuosus. s. mors: que ab vno an
no in aliū apprehendēs me: euertit pedes
meos cum infirmitatis pena. Quid autē
erant pedes: nisi ꝙ appropinquanteꝛ infir-
mitate modicū potui attendere corꝑis vti
litatē: ⁊ minus aīe salutē? Ideo cecidi in ꝓ
fundā fossam: qū cor qđ altū erat in sup̄bia
et durū in pctō crepuit. ⁊ aīa ꝓfunde ceci
dit in foueam pene pctī. Et ideo hec via ni
mis longa fuit: q2 vita carnis finita: pena
longa cito incohabatur: venit mihi ḡ ma-
ter mea q2 quecūq3 a te cum gaudio didici
hec modo luo cū ploratu. ¶ Item loquebaꝛ
eadē filia mortua ad sponsam que hec vide
bat dicēs. Audi tu que vides me: tibi videꝛ
ꝙ caput meū ⁊ facies est quasi tonitruum
fulminans intus ⁊ extra. Collū ꝟo ⁊ pect⁹
quasi in duro prelo cū longis stimulis ꝓ-
sitū. Brachia aūt ⁊ pedes mei sunt q̄si lon
gi serpentes: et venter percutitur cum du
ris malleis. Crura vero mea et tybie: sunt
quasi fluens aqua de canalibus tecti pen-
dens congelata. S Sed adhuc vna
pena interior est amarior vniu̇ oībȝ istis
Sicut enī si aliqua ꝑsona esset: cuius oīa
spiracula vitalis spiritus obturata essent:
omnesq3 vene implete vento artarēt se ad
cor: quod pre violentia et valitudine ven-
ti crepere inciperet. Sic ego intus disposi-
ta sum miserabiliter: ꝓpter sup̄bie ventum
qui mihi charissimus fuit. Attamen fui in
via misericordie: quia in grauissima infir-
mitate mea confitebar melius quo sciui: s3
tamen ex timore. Appropinquante autem
morte: venit mihi in mente consideratio
passionis dei mei. scilicet ꝙ illa multo gra-
uior ⁊ amarior erat q̄3 mea: q̄ ꝓpter demeri
ta mea digna sum pati. Et ex tali conside-
ratione obtinui lacrimas: ingemiscens ꝙ
tanta charitas dei erat ad me: et mea tam
modica ad ipsum. Respexi enim cum tunc
oculis cōscientie mee ⁊ dixi. O domine ego
credo te deum meum: miserere mei fili vir-
ginis propter amarā passionem tuā: Am-
modo enī ego libenter emendarē vitā meā
si haberem tp̄s: ⁊ in illo puncto accēsa fuit
scintilla quedā charitatis in corde meo: q̄
amarior videbaꝛ mihi passio xp̄i q̄3 mors
mea. Sicq3 tūc crepuit cor: et aīa mea ve-
nit in manus demonū presentāda iudicio
dei. Ideo autē veni in manus demonū: q2
indignū fuit ꝙ angeli pulcritudinis: appro-
pinquarēt aīe tante deformitatis. T
In iudicio aūt dei cū demones clamarent
aīam meam iudicari ad infernū. Rn̄dit iu
dex: Video ego scintillā quandā charitatꝫ
in corde eius que extingui nō debet: s3 esse
in ꝯspectu meo. Et ideo iudico aīā ad pur
gationē: donec digne purgata veniā mere
rit obtinere. Item poteris querere an ꝑti
ceps ero oīm bonoꝝ que pro me fiūt: Rn̄-
deo tibi per similitudinē. Sicut enī si tu vi-
deres duas stateras pēdere: et in vna esset
plumbū naturaliter deprimens: et in alia
aliquid leue tēdens sursum: ⁊ quāto maio-
ra ⁊ plura imponerenꝛ statere vacue: tāto
citius eleuarēt staterā aliā que ponderosa
et grauis est: sic ē et mecū: q2 quāto altius
fui in pctō: tāto grauius descendi in penā.
Et ideo quicquid fit ad honorē dei pro me
eleuat me de pena: et spēaliter oīo et bonū
quod fit ꝑ hoīes iustos ⁊ amicos dei: ⁊ bn̄fi
cia que fiunt de bonis bn̄ acquisitis et opa
charitatꝫ. Talia itaq3 sunt que me q̄tidie
faciunt appropinq̄re deo. V Post hec
loquiꝛ mater dei ad sponsam. Tu miraris
quō ego que sum regina celi: ⁊ tu que viuis
in mūdo: et illa aīa que est in purgatorio
et alia in inferno loq̄inur simul: hoc ego eī
bene dicā tibi. Ego quippe nūq̄3 recedo de
celis: q2 nunq̄3 sepabor a visione dei. Nec
aīa que est in inferno sepabiꝛ a penis. Nec
illa aīa a purgatorio antēq̄3 purgata sit.
Nec tu venies ad nos ante sepationē cor-
poralis vite. Sed aīa tua cū intelligentia
tua: virtute spūs dei eleuaꝛ ad audiendū
verba dei in celis: et ꝑmittiꝛ tibi scire ali-
quas penas in inferno ⁊ purgatorio: malis
in cautelā: et bonis in ꝯsolationē et profe-
ctum. Verumtū scias ꝙ corpus tuū et aīa
tua coniuncta sunt in terris: sed spūssctūs
dat intelligentiā tibi qui est in celis: ad in-
telligendū eius voluntatē. Declaratio.
¶ Hic loquiꝛ de tribus mulieribus: quarū
tercia intrauit monasteriū: agens residuū
vite sue in magna ꝑfectione.
Xp̄s reprehēdit p̄latos sup̄biētes ex p̄la-
tōe dicēs: ꝙ exhibeāt se sbditis hūiles ⁊ vir-
tuosos in vita ⁊ moribȝ ⁊ vtiles in iusticia
et eq̄tate ⁊ mēsurādo se in seip̄is ne supra

se eleuent: addiscant agnoscendo defectus suos compati defectibus subditorum: exemplo xpi qui et prius voluit facere et pati quam docere et ministrare quam ministrari. Corrigant quoque subditos diligenter ne exemplo heli sacerdotis damnentur. Cap. LIII.

Filius loquitur ad sponsam dicens.

A Magna res est: imo magnũ monstrũ est: quod vbi rex glorie humiliatus est: ibi homo vermis obligatus velit inflari superbia. Nam si quis preficitur alijs: nõ ideo superbire debet quia prelatus est sed magis timere: quia oẽs eiusdẽ nature sunt et ois ptãs est a deo. Quippe si bonus est qui preficitur a deo est: ad propriã et aliorum salutem. Si vero malus est permissione dei est ad subditorum correctionẽ et maius iudiciũ suum. Nec mirũ est sed dignũ et iustũ quod homo qui cõtempsit subijci creatori suo: dominiũ inferioris et consimilis sui experiatur. Ergo cũ aliquis vel cogitur vel desiderat preesse: talẽ se exhibeat subditis: vt et desiderabilis sit moribus et etiã vita: vtilisque in iusticia et equitate. Denique ex equalitate nature ois qui preest humiliare se debet: et metiri seipsum in seipso ne eleuet se supra se: et in seipso addiscat compati alijs. B Timeat etiã ne eadẽ mensura qua metitur etiã metiatur ei. Sic ego deus et homo temperaui meipsum: quod quamuis hominis defectũ agnoscerẽ per scientiam: patiendo tamen penas et crucẽ agnoui experiendo: et ideo vt in exemplũ darem me alijs: prius cepi facere quam docere: et ministrare volui non autem ministrari. Sic et mater mea quamuis esset apostolorum dña: tñ humilitatẽ pre omnibus dilexit: et quasi vna fuit cũ minimis: et ideo ascẽdit ad summã felicitatẽ. Ergo prelatus addiscat in infirmitatibus proprijs subditorum defectus. Et attendat ne verbis vel exemplis vel abusione potestatis sue: materiã et occasionẽ peccandi alijs tribuat: quia nihil ita prouocat iram dei et hoies ad peccandũ: sicut lascivia prelatorum. Si enim hely sacerdos sicut Finees et moyses stetisset in vigore sacerdotij sui: et dilexisset spiritualiter filios suos: tota generatio eius saluata fuisset. Sed quia placere voluit carnaliter filijs: ideo memoriã sui reliquit in tribulatiõe et posteris suis in confusione.

Christus dicit quod mundus iste erat ante aduentum suum quasi solitudo in qua erat puteus turbidus .i. amor mundi ad quem septẽ vie peccatorum ducebãt gentiles et iudeos quasi cecos: sed ipse assumpta humanitate illustrauit mũdũ ostendẽs vias ad celũ: que quia iã dissipate sunt: ideo nũc mittit ista verba sua huius libri in mundo que qui receperint et opere seruauerint saluabuntur. Capitulũ LIIII.

Maria loquitur ad filium

A Benedictus sis tu fili mi. Tu es principiũ sine principio tẽporis: et potẽtia sine qua nullus est potẽs. Rogo te fili perfice potenter quod sapiẽter inchoasti. Rñdit filius. Tu es quasi potus dulcis sitienti: et quasi fons irrigãs arida: quia per te omnibus grã fluit. Ideo faciã quod rogas. Iterum loquitur filius. Mũdus iste ante incarnatiõem meã erat quasi quedã solitudo: in qua puteus erat turbidus et immũdus. De quo oms bibentes sitiebãt amplius: et lippiẽtes oculi grauius infirmabantur. Iuxta hunc autem puteũ stabant duo viri: quorum alter clamãs dicebat Bibite secure: quia medicus veniet auferẽs omnẽ languorem. Alter vero dicebat Bibite gaudẽter: vanũ est incerta desiderare. Ad hũc quoque puteũ septẽ ducebant vie: et ideo oms puteũ cupiebãt. B Mũdus itaque iste bñ similatur solitudini vbi sunt bestie et arbores infructuose aque immũde: quia hõ ad similitudinẽ bestie auidus erat ad effundẽdũ sanguinẽ proximi sui. Infructuosus in operibus iusticie: et immũdus per incõtinentiã et cupiditatẽ. In hac itaque solitudine querebatur ab hoibus puteus turbidus .s. amor mũdi et honor eius: qui est altus in superbia: turbidus in sollicitudine et cura carnis: et per septẽ mortalia peccatã quasi per septẽ vias aditus eius habebatur. Duo vero viri stãtes iuxta puteũ: significãt magistros gentiliũ et iudeorum. Doctores enim iudeorum superbiebant de lege quã habebãt: et nõ seruabãt. Et quia cupidissimi erãt. Ideo populũ verbis et exẽplis incitabãt ad querẽda temporalia dicẽtes. Viuite secure quia messias veniet et restituet oia. Doctores vero gentiliũ dicebãt Fruimini creaturis quas videtis: quia ideo mũdus creatus est vt gaudeamus. C Cumque hõ sic securus staret: vt nec deũ attẽderet nec cogitaret futura. Tũc ego cũ patre et spũsancto vnus deus veni in mundũ et assumpta humanitate predicans aperte dixi. Quod deus promisit et moyses scripsit impletũ est. Diligite quoque celestia quia mũdialia trãseũt et eterna vobis dabo. Ostẽdi quoque septemplicẽ viam per quam hõ a vanitate sua auerteretur. Nam ostẽdi paupertatẽ et obedientiã: docui ieiunia et oratiões. Fugiebã aliquando hoies et stabam solus orans: et sumpsi obprobria. Elegi labores et dolores. Sustinui penas et contemptibilẽ mortẽ. Hanc enim viam per memetipsum ostendi: per quã amici mei longo

tempore incedebant: sed nunc dissipata est via. Dormitant custodes: transeunt eo delectantur vanis et nouis: ideo exurgam et nõ tacebo. Auferã vocẽ gaudij et locabo vineã meam alijs q̃ faciẽt fructũ tpe suo. Verumtñ iuxta cõe puerbiũ: inter inimicos inueniunt amici. Ideo mittã amicis meis verba dulciora dactilo: suauiora melle: pciosiora auro. Que q̃ receperint et tenuerint habebunt thesaurũ illũ q̃ meretur feliciter est et nõ deficit: sed augetur in vita sempiterna.

Mater dei dicit q᷑ bñ põt vocari aurea hora illa in q̃ ipsa a parentibus cõcepta fuit quia plus hoc fecerũt ex obedientia diuina q̃ voluntate ppria et plus ibi opata est charitas dei q̃ voluptas carnis sed voluit deus q᷑ cõceptionis eius modus nõ statim oĩbus notus esset donec veritas claresceret tempore p̃ordinato. Cap. LV

m Ater dei loquitur. Qñ pater meus et mater mea matrimonialiter conuenerunt: plus fecit hoc obedientia q̃ voluntas et plus opata ẽ ibi charitas diuina q̃ voluptas carnis. Nam hora in qua ego cõcepta fui bñ potest vocari aurea hora et p̃ciosa: qz alij cõiuges conueniunt ex voluptate carnali: mei vero parentes cõuenerunt ex obedientia et p̃cepto dei. Bene ergo aurea hora fuit conceptiõ mea: nã tũc incepit principiũ salutis oĩm: et tenebre q̃si festinabant in lucẽ. Deus nanqz singulare quoddã et a seculo absconditũ facere voluit in opere suo quẽadmodũ fecit in virga arida florescẽte. Sed scito q᷑ cõceptio mea nõ oĩbus nota fuit: qz voluit deus q᷑ sicut ante legẽ scriptam p̃cessit lex naturalis et electio voluntaria boni et mali: et postea veniret lex scripta que cohiberet omnes inordinatos motus. Sic placuit deo q᷑ amici sui pie dubitarent de conceptione mea: et quilibet ostenderet zelũ suũ donec veritas claresceret in tpe p̃ordinato.

Virgo Maria narrat q̃liter natiuitas sua fuit p portam communẽ et fuit initiũ verorũ gaudiorũ: qz tunc pdijt virgula de q̃ pcessit flos desiderabilis cũctis gentibus: in qua natiuitate demones fremuerũt: iusti letabantur et angeli gauisi sunt. Et cõqueritur de mulieribus que cum deuotiõe talia nõ attendunt. Ca. LVI

m Aria loquitur. Qñ mater mea me genuit p portam cõem exiui: qz alio mõ aliquis nasci nõ debuit: nisi specialiter filius meus: q̃ sicut nature omnium est conditor: ita etiam mirabiliter nasci voluit et ineffabiliter. Quãdo vero ego nata fui nõ latuit dyabolos: sed per quandã similitudinẽ loquendo sic ipsi cogitabãt. Ecce nata est virgo quedam quid faciemus? Nam mirabile cernitur quoddã in ea futurũ. Si adhibuerimus ei oĩa retia malicie nostre: cõfringet ea quasi stuppas. Si inuestigamus oĩa interiora eius: munita est forti presidio. Nec inuenietur in ea macula vbi cuspis peccati infigatur. Ideo timendũ est q᷑ mũdicia eius torquebit nos. Gratia eius cõminuet quicquid in nobis est fortitudinis. Cõstantia eius deijciet nos sub pedibus suis. Amici vero dei qui in longa expectatiõe erant: dicebãt inspirãte eis deo Cur amplius dolemus? Gaudendum potius est nobis: qz nata est lux qua illuminabuntur tenebre nostre: et desideriũ nostrum pficietur. Angeli vero dei gaudebant: licz eorũ gaudiũ semp erat in visione dei dicẽtes. Natũ est in terris desiderabile quoddam et spẽalis amoris dei: p quod reformabitur in celis et in terris pax vera: et ruine nre restaurabuntur. Vere filia dico tibi q᷑ natiuitas mea initiũ fuit verorũ gaudiorũ quia tũc pdijt virgula de qua pcessit flos ille: quẽ reges et pphete desiderabãt. Post q̃ vero tante etatis fui q᷑ aliq̃d intelligere potui de creatore meo: tũc idicibili amore ad eũ affecta sum et desiderabã cũ toto corde. Mirabili etiam gratia cõseruata fui: vt nec in tenera etate consentirez pctõ: quia charitas dei et sollicitudo parentũ: educatio q̃z honesta et cõuersatio bonorũ et feruor sciendi deũ: pseuerabant mecũ. Nunc aũt cõqueror: q᷑ ille femine que generantur et generant cũ horrore: et nascuntur cũ immũdicia et delectantur in ea: nõ attendũt mũdissimam natiuitatẽ meã: sed peiores sunt iumentis: qz viuũt sine rõne. Viuũt omnino scdm carnẽ. Ideo trãseat ab eis voluptas recedet ab eis spũs puritatis: fugiet ab eis gaudiũ eternũ: et inebriabit eos spũs impuritatis quẽ sequebantur.

Virgo maria in die purificatiõis loquebatur sponse dicẽs: q᷑ ipsa nõ indigebat purificatione: qz sine macula et mũda erat. Veruntñ vt adiplerentur pphetie voluit ĩ lege et scdm legẽ viuere et nihil in se singulare oñdere: sed hũiliter cõuersari. Dicit etiã q᷑ gladius quez dixit symeon sex doloribus in vita eius aĩam ptransibat. Cap. LVII

m Ater loquitur ad sponsam filij dicẽs: Filia mea scias q᷑ ego nõ indigebam purificatiõne sicut alie femine quia filius meus qui natus est ex me ipse mũdauit me. Nec ego

aliquam quantumcunq; minimā maculaȝ contraxi que filium mūdissimū sine aliqua immūdicia generaui. Verūtñ vt lex impleret͂ ⁊ ꝓphetie: ꝺm legē in lege volui viuere. Nec ꝺm parentes seculi viuebā: sed cū hūilibus hūiliter ꝯuersabar. Ne aliqḋ singulare in me preferre volui: sed totū qḋ erat hūilitatis diligebā. Tali etiā die sicut hodie dolor meus augmentatus fuit: nam licet sciebā filiū meū ex inspiratione diuina passurū: tñ ex verbis symeonis q̄bus dixit gladiū ꝑtransiturū aīam meā: ⁊ filium meum positū in signū cui ꝯtradiceret͂: grauius ꝑforabat cor meum dolor iste: qui vsq; dum assumpta fui corꝑe et anima in celū: nunq; defuit a corde meo: licet ex cōsolatione spiritus dei temꝑabat͂. B Scire etiam te volo q ab isto die: dolor meus sextuplex fuit. Primo fuit in cogitatione mea: nam q̄tiens aspiciebam filium meum: quotiens inuoluebam eū pannis: quotiens videbam eius manus ⁊ pedes: totiens animus meus q̄si nouo dolore absorptus est. q2 cogitabam q̄modo crucifigeret͂. Secūdo fuit dolor i auditu meo. Nā quotiens audiui obprobria filij mei ⁊ mendacia et insidias ei positas: totiens animus meus mot9 est dolore: ita q vix se tenere poterat: sed virtute dei dolor meus modū ⁊ honestatē habuit ne impatientia et leuitas in me notaret͂. Tercio fuit dolor meus in visu. Nam quando vidi filiū meū ligari ⁊ flagellari ⁊ in ligno suspēdi: corrui q̄si exanimis: sed reassumpto spū steti dolens et sic patienter sufferēs: vt nec inimici nec alij in me aliud reperirent nisi grauitatē. Quarto fuit dolor meus in tactu. C Ego ei cū alijs deposui filiū meū de cruce: et inuolui eū ⁊ posui in tumulum ⁊ sic tunc augebat͂ dolor meus: vt vix manus et pedes mei haberent robur ad subsistendū. O q̄ libenter tunc fuissem sepulta cū filio meo. Quinto patiebar ex vehementi desiderio ꝑueniendi ad filiū meū postq; ipse ascendit in celū: q2 longa mora quā habui i mundo post ascensionem eius: dolorē meum augmentabat. Sexto patiebar dolorē ex tribulatione apłorū et amicorū dei: q̄rū dolor erat dolor me9. Timēs semꝑ ⁊ dolens. Timens ne succumberēt tentationibus et tribulationib9. Dolens: q2 verba filij mei vbiq; habebant ꝯtradictionē. Sed licet gratia dei semꝑ ꝑseuerabat mecū: et voluntas mea erat ꝺm velle dei. Attamen dolor meus ꝯtinuus erat ꝑmixtus ꝯsolatione: donec assumpta fui corpore ⁊ aīa i celū ad filium meum. Propterea filia nō discedat dolor iste ab aīa tua: q2 nisi eēnt tribulatōes paucissimi ad celestia ꝑuenirēt.

Mater dei dicit sponse: q non modicus dolor fuit ille sibi inter ceteros quando scȝ pre timore fugiebat cum filio in egyptū et audiuit filiū ꝑsequi ab herode et interfici innocentes et narrat pulcre illa que filius egit in īfantia ⁊ adolescētia sua vsq; ad tꝑs p̄dicationis ⁊ passionis. Cap. LVIII.

Maria loquit͂ ad sponsam dicens. A Dixi tibi de doloribus meis: sed ille dolor nō erat minimus quē habui: qū filium meū deferebam fugiens in egyptū: et quando audiui pueros occidi innocētes et herodē ꝑsequi filium meum. Sed licet scirem que scripta erāt de filio meo: tamē cor meum pre amoris magnitudine quem habebam ad filiū meū: dolore ⁊ mesticia replebat͂. Nunc autē querere poteris: quid egerit filius meus in toto illo tꝑe etatis sue anteq; pateret͂: Rn̄deo: q sicut loquit͂ euangeliū subdit9 erat parentib9: et sicut alij infantes se gessit donec venit ad etatē maiorē: nec mirabilia defuerūt iuuentuti sue. Quō creature seruierūt creatori suo. Quō ydola obmutuerūt et plurima ruerunt in egyptū in aduentu suo. Quō magi predixerut filiū meū fore signum magnorū futurorū. Quō etiam ministeria angelorū apparuerūt. Quō nec aliqua immūdicia ascendit sup̱ eū: nec ꝑplexitas in capillis eius appꝛuit: que oīa non est tibi necesse scire. Cū in euangelio signa deitatis et hūanitatis sue preponunt͂: que te et alios possunt edificare. B Cū vero venit ad maiorē etatem in orationib9 erat ꝯtinuus: et obedēs ascendit nobiscū ad statuta festa in iherusalē: et loca alia. Cuius visus ⁊ locutio sic mirabilis ⁊ acceptabilis erat: vt multi tribulati dicerēt. Eamus ad filiū marie: a quo possumus ꝯsolari. Accrescens vero etate et sapīa qua ab initio plenus erat: laborabat manibus q̄nq; ea que decentia erant: et loquebat͂ nobis seꝑatim verba cōsolatoria et verba deitatis. Ita vt indicibili gaudio cōtinue repleremur. Cū vero in timorib9 et paupꝛtate et difficultatibus essemus: nō fecit nobis aurū et argētum sed hortabat͂ ad patiām: et mirabiliter seruati fuimus ab inuidis. Necessaria quoq; prouenerūt nobis q̄nq; ex cōpassione piorū mentiū. Q̄nq; ex labore nostro ita vt haberemus necessaria ad solam sustētationem nō ad sup̄fluitatē: quia nihil aliud quesiuimus nisi soli seruire deo. Post hec autē conferebat ipse in domo familiariter cum amicis aduenientib9: de lege et eius

significationibꝫ ꝛ figuris: disputabat etiā in aperto cū sapientibꝫ: ita vt mirarent̄ dicentes. Ecce filius ioseph docet magistros aliquia magnus spūs loquit̄ in eo. C Cumqꝫ quodā tp̄e cogitante me de passiōe sua: videret me mestissimā: respondit mihi Non credis mater quia ego in patre sum et pater in me est. Nunquid tu polluta es ad ingressum meū: aut in egressu meo tribulata es? Cur merore ꝯtraheris? Voluntas em̄ patris mei est me pati mortē: imo voluntas mea cū patre. Qd̄ aūt habeo de patre pati non pōt: sed caro quā sumpsi de te patiet̄: vt caro aliorꝫ redimat̄ ꝛ spūs saluent̄. Sic etiā obediens erat: vt cū ioseph casu diceret ei fac hoc vel illud: statim ipse faciebat: qꝛ sic occultabat deitatis sue potentiā: vt nisi a me ꝛ q̄nqꝫ a ioseph sciri nō posset: qui vidimus lumē admirabile multotiens circūfulsisse eū: ꝛ angelicas voces cantantes sup eum audiuimus. Vidimus qꝫ ꝙ spūs immundi: q̄ p exorcistas in lege nostra ꝓbatos eijci non poterant: egrediebant̄ ad visionē presentie filij mei. Ecce filia hec sint ꝯtinue in memoria tua: ꝛ regratiare deo sincerius: qꝛ p te infantiam suam alijs voluit patefacere.

Virgo narrat sponse: quid sensit statim ꝯcepto filio ꝛ que senserunt ip̄a ꝛ elizabeth in amplexu mutuo ꝛ de sancta cohabitatione earū et qualiter postea angelus consolabat̄ eā formidātē ꝛ instruebat ioseph mirantē: ꝛ narrat modū sanctissimū viuendi quem ip̄a et ioseph tenuerūt ꝛ multas virtutes notabiles ioseph. Ca. LIX

Ater dei loquit̄. Qñ

m A angelus nunciabat mihi filiū dei nasciturū de me: statim postq̄ꝫ ꝯsensi: aliq̄d insolitū ꝛ admirabile sensi in me: ideo vehementer admirāa statim ascēdi ad elizabeth cognatā meā: vt consolarer illā impregnatā ꝛ cū ea ꝯferrē de his q̄ angelus mihi nunciauerat. Cumqꝫ ip̄a iuxta fontē occurrisset mihi: et mutuis amplexibus ꝛ osculis frueremur: īfans in vtero eiꝰ mirabili ꝛ visibili motu exultando letabat̄ Et ego similiter insolita exultatione tunc mota sui ī corde meo: ita vt lingua mea loquerer̄ inexcogitata verba de deo: Et aīa mea tunc vix p̄ leticia se capiebat. Cumqꝫ elizabeth miraret̄ feruorē spūs q̄ loquebatur in me: ꝛ ego nō dissimiliter mirabar in ea gratiam dei: ambe benedicentes deū stetimus simul aliquibus diebꝰ. B Post hec aūt cepit cogitatio quedā pulsare animum meū: quō et q̄ꝫ deuote haberē me ad tantā grām mihi factā. Quid etiā rn̄derē si quererer quō cōcepi: aut quis pater filij nasciturī. Aut ne forte Joseph instigante aduersario aliena suspicaret̄ cōtra me. Et ecce sic mihi cogitanti: angelus nō dissimilis ab eo quē prius videram astitit dicens. Deus noster qui eternus est: ip̄e est tecū et in te est. Ne timeas q̄ quia ipse dabit tibi loqui: ipse diriget gressus tuos ꝛ loca. Ip̄e ꝑficiebat opus suū tecū potenter ꝛ sapienter. Joseph vero cui cōmendata fuerā cū intellexisset me impregnatā: admirans et indignū se reputās cohabitare mihi anxiabat̄ nesciēs q̄d ageret: cui angelus in somnis dixit. Nō recedas a ꝟgine cōmendata tibi: qꝛ sicut audisti ab ea sic verissimū est. Cōcepit em̄ de spū dei: et pariet filiū saluatorē mūdi. Ergo serui ei fideliter ꝛ esto pudicicie eius custos ꝛ testis. Deinde ab illo die ioseph seruiuit mihi q̄si dn̄e sue: et ego etiā me ad op̄a sua minima hūiliabaꝫ. C Post hec ego ꝯtinua erā in oratione: raro videri ꝛ videre volēs: et egrediēs rarissime nisi ad festa p̄cipua: vigilijs q̄ꝫ ꝛ lectionibꝫ que a sacerdotibꝫ nostris legebant̄: intēta sui. Habens certa tp̄a ad labores manuū: ꝛ discreta sui ad ieiunia ꝓut natura mea ferre poterat in seruitio dei. Illa ꝟo que supfuerūt nobis sup victualia dedimus paupibus: ꝯtenti de his que habebamꝰ. Joseph vero sic fuiuit mihi: ꝙ nunq̄ꝫ audiebat̄ in ore eius verbū scurrile: nūq̄ꝫ murmurosū: nunq̄ꝫ iracundū. Nam ipse patiētissimus erat in pauptate: sollicitus in labore vbi necesse fuit. Mansuetissimus ad obiurgātes. Obediētissimus in obseq̄o meo. Promptissimus defensor ꝯtra derogātes ꝟginitati mee. Fidelissimus testꝫ mirabiliū dei. Ip̄e etiā sic mortuus erat mūdo et carni: vt nihil desideraret nisi celestia. Sicqꝫ erat credulus ꝓmissionū dei vt ꝯtinue diceret vtinam viuā et videam adimpletaꝫ voluntatem dei. Nā rarissime venit ad ꝯgregationes hominū et corꝫ consilia: quia totū desideriū suum fuit obedire volūtati dei. Ideo nunc gloria sua magna est.

Mater dei dicit spōse ꝙ iheronimus nō dubitauit de assumptiōe sui corꝑis in celū: sed qꝛ deus non reuelauit apte veritatē iō maluit pie dubitare q̄ꝫ diffinire nō ostēsa ꝛ iō scripsit in ep̄la sua se nescire ꝛ addit hic ꝟgo aliq̄ de laude iheronimi. Cap. LX

Ater loquit̄ ad spon

m sam. Quid tibi dixit magister ille ventilator verborum: ꝙ epistolā iheronimi mei que loquitur de assumpti

one mea: nõ esset legenda in ecclesia dei: q2
videt̃ sibi in legẽda illa q hieronymus du-
itauit de assumptõe mea: eo q dixit se ne
re vtrũ sim assumpta in corpe vel nõ: vel
quib9 psonis asptata. Ideo ego mat̃ dei
deo magistro: q hieronymus nõ dubita
t de assumptõe mea: sed q2 deus nõ reue
ut apte hmõi veritatẽ. Ideo hieronym9
luit pie dubitare: q3 diffinire nõ osten sa
eo. S3 recordare filia q dixi tibi prius:
hieronymus erat amator viduar̃. Imi-
tor monachor̃ psector̃: et assertor et de
sor veritatis. Qui et pmeruit tibi orõ-
n illã qua me salutabas. Jõ nunc addo
hieronymus fuit tuba dictis p quã lo-
bat̃ spũssctũs. Necnon et flamma inflã
ta de illo igne: qui venit sup me et sup
os in die penthecostes. Ideo felices qui
ic tubam audiũt et sequunt̃.

Mater dei dicit sponse q post ascensio
n filij longeue ipsa vixit in mundo cum
lto dolore visitãdo loca vbi ipse passus
uerat et mirabilia ostenderat et hoc pmi-
sit deus vt exemplo vite et virtutum eius
multi conuerterent̃ apostoli roborarent̃:
et corona eius augeret̃: et ostendit causam
quare assumptio eius tũc non multis co-
gnita sint. Capitulũ LXI

Mater loquit̃. Recor-

dare filia: q olim elapsis aliquibus
annis: excusaui hieronymum de as
sumptione mea. Nunc aũt veritatem hui9
assumptiõis indicabo tibi. Ego qppe post
ascensionẽ filij mei longo tpe vixi in mun-
do: et hoc voluit deus: vt visa patiẽtia mea
et moribus meis: plures aie conuerterent̃
ad eũ: apostoli dei et alij electi roborarent̃
Et etiã naturalis dispositio corporis mei
hoc exigebat q diutius viuerem vt corona
mea augeretur. Nam omni tpe quod post
ascensionẽ filij mei vixi: visitaui loca in qui
bus ipse passus est et mirabilia sua ostendit
Sic q3 passio sua in corde meo fixa erat: q
siue comedebã siue laborabã: quasi recens
erat in memoria mea. Sic etiã sensus mei
abstracti erãt a mũdialibus: q iugiter qua
si nouis desiderijs inflãmabar: vicissimq3
doloribus excitabar. Veruntñ sic dolorem
tpabam et gaudiũ meum: q nihil omitte-
bam de his que erant dei. Sic q3 inter ho-
mines conuersabar: q nihil preter victũ te
nuẽ de his que delectabilia hoĩm erant at-
tendebã: ymo nec sumebam. Quod vero as
sumptio mea non multis cognita sint nec
pdicata a pluribus: hoc voluit deus qui est
filius meus: vt prius infigeret̃ cordibus ho-
minũ credulitas ascensionis sue: q2 corda
hoĩm difficilia et dura erãt ad credendum
ascensionem eius: quãto magis si pdicata
fuisset stati in initio fidei assũptio mea.

Regina celi narrat spõse qualiter ange-
lus annũciauit ei tps quo ipsa debebat mi-
grare de hoc seculo et corpaliter ascendere
in celũ: dicit etiã virgo modũ migrationis
sue et meditatõem in qua eius aĩa cogita-
bat tpe obitus sui et aliqua magnalia que
ptingebant tũc et qñ assumpta fuit corpa
liter ad celestia. Cap. LXII

Mater loquitur. Cum

quadã die elapsis aliquib9 an-
nis post ascensionẽ mei filij: multũ
anxiaret de desiderio pueniendi ad eundẽ
filium meũ. Vidi angelũ fulgentẽ sicut an
tea viderã qui dixit mihi. Filius tuus qui
est deus et dñs noster misit me nũciare tibi
q tps iam est quo corpaliter venies ad eũ
ad recipiendã coronam tibi preparatã. Cui
ego rñdi. Nũquid nosti diem aut horã: qua
migratura sum ex hoc mũdo? Et rñdit an
gelus. Venient inquit amici filij tui qui se
pelient corpus tuũ. Quo dicto disparuit an-
gelus: et ego preparaui me ad exitũ circũiens
oĩa loca more meo in quib9 filius meus pas
sus fuerat. Cũq3 quadã die animus meus
suspensus esset in admiratõe diuine chari
tatis. Tunc aĩa mea in ipsa contemplatõe
repleta fuit tãta exultatione q vix se cape
poterat: et in ipsa consideratiõe aĩa mea a
corpe fuit soluta. Sed que et q3 magnifica
tũc vidit aĩa mea: et quali honore eã hono
rauit pater et filius et spũssctũs: et a quali
multitudĩe angelor̃ eleuata fuit: nec tu ca
pere posses nec ego tibi dicere volo: antequ3
aĩa et corpus tuũ sepabunt̃: licz aliqua de
his oĩbus ondi tibi in illa oratione qtidia-
na: quã tibi filius meus inspirauit. Hi vero
qui tũc mecũ erant in domo qñ tradidi spi
ritũ: bene nouerũt ex insolito lumine qua
lia diuina tũc mecũ agebant̃. ¶ Post
hec autẽ amici filij mei diuinitus missi: se-
pelierũt corpus meũ in valle iosaphat. Cũ
quibus fuerũt angeli infiniti qsi athomi
solis. Maligni vero spũs non audebant ap
propinquare. Quindecim vero diebus corp9
meũ iacuit in terra sepultũ. Deinde cum
multitudine angelor̃ fuit assumptũ in ce-
lum. Et hoc tẽpus non sine maximo miste
rio est: q2 in septima hora erit resurrectio
corporũ: et in octaua complebit̃ beatitudo
aĩar̃ et corpor̃. Prima qppe hora fuit ab
origine mundi: vsq3 ad tps illud quo per
moysen dabat̃ lex. Secunda a moyse vsq3

ad incarnatōem filij mei. Tercia qñ filius meus baptismū instituit et austeritatē legis mitigauit. Quarta qñ ipse predicabat verbo et exēplo ꝯfirmabat. Quinta qñ filius meus pati voluit et mori et qñ surrexit a morte: et resurrectiōem suā certis argumētis approbabat. Sexta qñ ascēdit ī celū et misit spūm sctūm. Septima qñ veniet ad iudiciū: et omnes cū corꝑibus suis surgent ad iudiciū. Octaua qñ complebunt̄ omnia que ꝓmissa et ꝓphetata sunt: ⁊ tūc erit beatitudo ꝑfecta tunc videbit̄ deus in gloria sua et sancti fulgebūt sicut sol: ⁊ nō erit amplius dolor.

Xp̄s dat sponse verba hic ꝯtenta et precipit illa mittere pape clemēti. s. ꝙ faceret pacē inter reges francie ⁊ anglie: et ꝯueniret in ytaliā et annūciaret annū iubileū. Reprehenditqꝫ illū xp̄s de certis pctīs et negligentijs grauibus ⁊ de vita p̄terita inordinata et cōminatur ei cū iusticia nisi se correxit. Capitulū LXIII

Filius loquit̄ ad spon

sā. A Scribe ex pte mea pape clemēti hec verba. Ego exaltaui te et ascendere te feci sup omnes gradus honoris. Surge igitur ad faciendum pacē inter reges francie et anglie: qui sunt periculose bestie animarum proditores. Veni deinde in ytaliam: et predica ibi verbum ⁊ annū salutis et dilectionis diuine: et vide plateas stratas sanctorū meoꝝ sanguine: et dabo tibi mercedem illam que nō finiet̄. Attēde etiam ad tp̄a priora: in quibꝫ audacter ad irā ꝓuocasti me et silui. In quibus fecisti que voluisti et nō debuisti: et ego q̄si nō iudicans patiens fui: qꝛ tp̄s meū nunc appropinquat ⁊ exquirā a te negligentiā ⁊ audaciā tp̄is tui. Et sicut per oīs gradus ascēdere te feci: sic descēdes spūaliter ꝑ alios gradus: quos experieris veraciter in aīa et corꝑe: nisi obedieris ꝟbis meis: ⁊ silebit lingua tua magniloqua: ⁊ nomē tuū quod vocasti in terris: in obliuione et obprobrio erit in ꝯspectu meo et sanctoꝝ meorū. Exquiram etiaꝫ a te q̄ꝫ indigne ꝑmissione tn̄ mea ad omēs gradus ascēdisti: quod melius ego deus scio q̄ꝫ tua negligēs consciā recordat̄. B Queram q̄ꝫ a te q̄ꝫtum in formatōe pacis regū tepuisti: et q̄ꝫtum in aliā partē declinasti. Insup non erit in obliuione: q̄liter cupiditas ⁊ ambitio in ecclesia tp̄e tuo floruit et aucta est: et ꝙ multa reformare ⁊ emēdare potuisti. Sꝫ tu amator carnis noluisti: surge igit̄ anteq̄ꝫ nouissima hora tua appropinquās veniat: et negligētias prioꝝ tp̄m penultimo tp̄e zelādo extingue. Si autē dubitas cuius spūs ꝟba ista sunt. Ecce regnū et ꝑsona nota sunt in quibꝫ stupor ⁊ mirabilia facta sunt. Iusticia eñ et misericordia de quibus loquor appropinquant vbiqꝫ terrarum. Consciā qꝫ tua rōnabile dicit esse illud quod moneo: ⁊ charitatiuū esse quod suadeo: ⁊ nisi patientia mea fuasset te: iam ꝓfundius vltra alios ꝑdecessores tuos descendisses. Ergo inq̄re in libro ꝯsciē tue et vide si veritatē loq̄r.

Xp̄us cōminatur hic grauiter quibusdā qui oblitis suis peccatis p̄teritis et via dei viuebant in securitate iocūde: dicit tn̄ ꝙ si emēdauerint inuenient in eo misericordiā. Capitulū LXIIII

Filius dei loquit̄. Nō

attēdas ad ribaldos istos corizantes: qꝛ veniam eis statim nō sicut amicus sꝫ sicut qui vltionē capiā ex eis. De eis qꝛ tp̄e pacis sue noluerūt querere eternum bonū. Dico tibi ꝙ surrexerūt homines generatōis illius de radice amaritudinis: et ꝯgregauerūt fructus vanitatis ⁊ cupiditatis sue. Ideo nūc descendent: et ꝯsurget eis pauꝑtas ⁊ captiuitas ⁊ pudor ⁊ humiliatio et dolor. Veruntn̄ qui se humiliauerint: inuenient grām in oculis meis.

Xp̄s dat hic spōse notabileꝫ doctrinā ad tenendū vitam actiuā et ꝯtemplatiuā: que per martham et mariā hic notabiliter designant̄ id est qualiter incipiat ⁊ ꝓficiat hō in vita spūali ⁊ virtutibus vt ascendat ad summū gradum ꝑfecti amoris dei ⁊ ꝓximi. Et primo loquit̄ de actibꝫ illoꝝ qui sequūtur vitam marie. Cap. LXV

Filiꝰ dei loquit̄. Due

sunt vite que assimilant̄ marthe ⁊ marie: quas q̄ imitari voluerit: faciat primo purā ꝯfessionē de omibus pctīs suis: assumendo verā ꝯtritōem ꝓ eis et habēdo volūtatē amplius pctā nō faciēdi. Prima igit̄ vita quā testāte me dño maria elegit: ducit ad ꝯtemplatōem celestiū: hec eñ est optima ꝑs ⁊ via salutꝫ eterne. Ois ḡ ille qui vitā marie tenere desiderat sufficit ei solummō hr̄e necessaria corꝑis. s. vestes sine ostatione. Cibū et potū in ꝑcitate et nō in suꝑfluitate. Castitatē sine vlla delectatōe praua: ieiunia rōnabilia iuxta ecclesie ꝯstitutōem. Qui ꝟo ieiunat attendat vt nō infirmet̄ ex irratōnabili ieiunio ne ex illa infirmitate orōnes et p̄dicatōes diminuat: seu alia bona ex hoc omittat q̄bus primo et sibi ipsi ꝓdesse posset. Diligenter qꝫ examinet ne tepidus fiat ex ieiunio

ad iusticie rigorē: vel remissus ad opa pietatis: qꝛ ad puniēdos rebelles et ad subijciendos iugo fidei infideles. Opus est fortitudine tam corꝑali q̄ spūali. Ideo omnis infirmus qui magis in honore dei ieiunare vellet q̄ comedere: eque magnā mercedem habebit ꝓpter voluntatē bonā: sicut ille qui ieiunat rōnabilit ex charitate. Similiter qui ꝓpter obedientiā sanctā comedit: volēs magis ieiunare q̄ comedere eandem habebit mercedē sicut qui ieiunat. B Secūdo maria nō debet gaudere de mūdi honore ⁊ eius ꝓsperitate: nec dolere ex eius aduersitate: sed in hoc gaudeat: ꝙ.s. impij fiunt deuoti: ꝙ mūdi amatores fiunt dilectores dei: ꝙ boni proficiūt in bonoꝝ decertādo in seruitio dei fiūt deuotiores. Et hoc etiā doleat qui est maria: ꝙ peccatores cadūt in deterius: ꝙ deus a creatura sua nō non diligit: ꝙ mandata dei contemnunt. Tercio maria nō debet eē ociosa sicut nec martha s3 pacto somno suo necessario surgat: et regratiet deo ex cordis attentione. Quia oīa ex bonitate sua creauit: et ex charitate sua assumendo carnē oīa recreauit: ostendens per passionē et mortē suam dilectionē suam ad hoiem: qua maior esse nō posset. Regratietur etiam maria deo pro omnibus qui iam saluati sunt et pro omnibus qui sunt in purgatorio: et ꝓ his qui in mūdo sunt: rogando hūiliter deū vt vltra vires nō ꝑmittat eos tēptari. C Maria q̄ sit discreta in oꝛone et in laudib9 dei ordinata. Nā si hꝫ necessaria vite sine sollicitudine debꝫ facere oꝛones ꝓlixiores. Si vero in orando attediat et accrescūt temptationes: pōt quidem laborare manibus aliquid honestū opus ⁊ vtile: vel ad vtilitatem ꝓpriā si indiget: aut ad cōmodū alioꝝ. Si vero attediat in vtroq3.s. in oꝛone et labore. Tūc quidem pōt habere aliquā occupationem honestā: vel verba audire edificatoria cū omni grauitate omni scurrilitate remota: donec corpus et aīa habiliora ad opus dei efficiant. Si vō maria est talis ꝙ nō habet sustentatōem corꝑis nisi ex labore suo: tūc faciat oꝛonem breuiorem ꝓpter opus necessariū: et ipe labor ꝑfectio erit et augmentū orationis. Si aūt maria laborare nō scit aut non pōt tunc nō verecundet nec sit ei onerosum mēdicare: ymo magis gaudiosum: qꝛ tunc imitat me filiū dei qui vt hō ditaret meipm pauperē feci. Si vō maria subiecta est obedientie viuat scdm obedientiā prelati sui: ⁊ duplicabit corona eius magis q̄ si esset in libertate. D Quarto maria non debet esse auara sicut nec martha: ymo nec largissima. Nā sicut martha tribuit tempalia ꝓpter deū: sic maria debet distribuere spūalia sua. Si eī maria habet deū in corde suo carum: caueat a verbo illo quod multi hūt in ore dicentes. Sufficit mihi si iuuare potero aīam meā ꝓpriam: quid mihi de opibus ꝓximoꝝ: aut si ego bonus sū quid ad me quō alij viuāt. O filia: illi qui talia dicūt et cogitant: si viderent amicū suum dehonestari et tribulari currerent vsq3 ad mortē: vt amicum de tribulatōe eriperet. Sic maria faciat. Dolere eīn debet ꝙ deus suus offendit: ꝙ frater suus qui est ꝓximus suus scandalizat. Aut si aliquis incurrit pctm̄. Conet maria inq̄tum potest: vt ille a pctō eripiat. Attamen cū discretione. Et si ꝓpter hoc maria ꝑsequat querat aliud locū tutiorem: quia ego ipe deus dixi. Si vos ꝑsecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliā. Sic et paulus fecit: quia alio tpe necessarior erat: et ideo dimissus est per murū in sporta. E Ergo vt maria larga sit ⁊ pia: necessaria sunt ei quinq3. Primo domus in qua dormiant hospites. Secūdo vestes ad vestiendū nudos. Tercio cibus ad cibandū esurientes. Quarto ignis ad calefaciendum frigidos. Quinto medicina ꝓ infirmis: id est verba consolatoria cū charitate dei. Domus igit marie ē cor eius: cuius mali hospites sunt omīa illa aduenientia que conturbant cor eius: scꝫ ira tristicia: cupiditas superbia et multa similia: que ꝑ quinq3 sensus ingrediunt. Omnia igit ista vicia quando adueniunt: debēt quasi iacere sicut illi hospites qui dormiūt: et sicut illi qui sunt in requie. Quia sicut hospitalarius recipit malos et bonos hospites cū patientia: sic maria debet omnia tolerare ꝓpter deum ex virtute patientie: et nec in minimo ꝯsentire vicijs nec in eis delectari: sed a corde inq̄tū potest paulatim gratia dei coopante illa remouere. Si aūt remouere nō potest: toleret illa patienter contra volūtatem tanq̄ hostes: sciens certissime ꝙ ei proficiunt ad maiorem coronā et nequaq̄ ad damnationem. F Secūdo maria habeat vestes quibus coopiant hospites: scꝫ humilitatē interiorē et exteriorē: et compassionē mentis in afflictione ꝓximorū. Si vero maria despiciat ab hominibus: recurrat statim ad mentē suam: cogitando quō ego deus contemptus et despectus patiēter tolerabam quō iudicatus obmutui: quō flagellatus ⁊ coronatus spinis non murmurabā. Attendat etiā maria: ꝙ nō ostendat obiurgātib9 se signa ire vel impatiē: sed bñdicat ꝑsequē

tibus se: vt videntes bñdicant deū quē imitat̄ maria: ⁊ ipse deus dabit bñdictionē ꝓ maledictione. Maria etiā caueat vt nō detrahat vel improperet molestātibus se: quia dānabile est ⁊ detrahere ⁊ detrahentē audire: et ex impatiā proximo exprobrare: propterea vt maria bonū hūilitatis et patie perfecte possideat: studeat incantare seu antisando āmonere detrahētes aliis de periculo eorū et āmoneat eos cū charitate ꝟbo et exemplo ad verā hūilitatē. Item vestis marie debꝫ esse cōpassio: si enī viderit peccare proximum suū compatiat̄ ei: rogando deū vt ei misereat̄. Si ꝟo viderit eū pati iniuriaꝫ si damnis vel ꝯtumeliis ꝯdoleat ei: et iuuet eū precibꝫ ⁊ auxilio ⁊ sollicitudine sua: etiā apud potētes seculi: qꝛ vera compassio nō querit que sua sunt ſꝫ que proximorū. Si ꝟo maria talis est ꝙ nō exaudit̄ apud pn̄cipes nec pficit egressus eius de cella: tūc roget deū obnixius ꝓ afflictis: et deus qui inspector est cordis ꝓpter charitatē rogātis: cōuertet corda hoīm ad pacē afflicti: et aut liberabit̄ a tribulatōe sua: aut dabit̄ ei a deo patientia vt duplicet̄ corona sua. Ergo talis vestis scꝫ hūilitas et cōpassio: debet inesse cordi marie qꝛ nihil ita attrahit in animam deū: sicut hūilitas et cōpassio proximorū. ¶ Tercio habeat maria cibū ⁊ potum ꝓ hospitibus: nā graues hospites hospitant̄ cor marie: qñ scꝫ cor rapit̄ extra se et appetit delectabilia: videre terrena: et possidere tēpalia: qñ auris desiderat audire ꝓpriū honorē: qñ caro querit delectari in carnalibus: qñ spūs prætēdit excusatiōem fragilitatis ⁊ leuigatōem culpe: qñ accedit tediū boni et obliuio futurorū qñ opa bona reputant̄ mīta et mala sunt in obliuione. Cōtra tales ᵹ hospites opus ē marie ꝯsilio ⁊ nequaꝙ̄ dissimulādo dormitare: ᵹ maria fide aiāts surgat fortiter: et taliter rn̄deat hospitibꝫ istis. Ego inquiēs nolo aliqd possidere de tēpalibus: sed hr̄e volo exiguā corporis mei sustentatōem. Ego nec minimū punctū horarū et tēpus expendere volo nisi in honorē dei: sed nec attēdere volo pulcrū et vile: nec vtile corporis ⁊ inutile: nec sapidū gustui meo aut insipidū: nisi ad bn̄placitū dei et aīe vtilitatē: qꝛ nec delector viuere per vnam horā nisi ad honorem dei. Talis igit̄ voluntas est cibus hospitū aduenientiū: et talis respōsio extinguit delectamenta inordinata. ¶ Quarto maria habeat ignē ad calefaciendū hospites: et ad illuminandū eos. Iste itaqꝫ ignis calor est spiritussancti. Impossibile quippe est aliquē posse abnegare propriā voluntatē vel carnalem affectū parentū: seu amorem diuitiarum: nisi spūssancti opante instinctu et calore. Sed nec ipa maria qꝫtumcūqꝫ perfecta: inchoare vel ꝯtinuare valet vitā beatam sine ipsius spūssancti dilectōe et informatione. Vt ᵹ maria luceat hospitibꝫ aduenientibus. Primo cogitet taliter: Deus inquiēs ca ratione me creauit: vt scꝫ ipsuꝫ super oīa honorarē: et honorando diligerem et timerē. Natus quoqꝫ est de virgine vt viam ad celū doceret: quā imitando ego sequerer cū humilitate. Deinde morte sua aperuit celū: vt illuc desiderādo et veniendo festinarē. Cogitet etiā maria et examinet oīa opa sua et cogitatus et affectus scꝫ quomō offenderit deū et qꝫ patiēter deus toleret hominē: et qꝫ multis modis vocat hominē ad se. Tales igit̄ cogitationes et similes hospites sunt marie: qui omnes quasi in tenebris sunt nisi illuminent̄ igne spūssctī. Qui quidem ignis tūc aduenit in cor: qñdo maria cogitat rōnabile esse seruire deo: qñdo magis omnē penā vellet sufferre qꝫ scienter deū ad iram prouocare Cuius bonitate aīa creata est ⁊ sanguine benedicto redēpta. Tūc etiā cor de isto bono igne habet lucē: qñ animus cogitat et discernit qua intentōe quilibet hospes id ē quelibet cogitatio aduenit: qñ cor examinat si cogitatio tendit ad gaudiū perpetuum vel ad transitoriū: si nullā cogitatōem dimittit indiscussam: nullā impunitā sine timore. ¶ Ergo vt ignis iste obtineat̄ et obtentus custodiat̄: necesse est vt maria cōportet ligna arida quibꝫ nutriat̄ ignis iste: id est diligēter obseruet carnis motus ne insolescat caro: et apponet omnē diligētiam vt opa pietatis et orationes deuote augeant̄: quibus spūssanctus delectat̄: sed summopere sciendū est ⁊ considerandū: ꝙ vbi ignis accensus est in vase clauso: nō habens exitū: citius extinguit̄ ⁊ vas frigescit Sic est et cū maria: si ei ipsa ad nihil aliud velit viuere: nisi vt possit facere honorem deo: expedit ei vt os eius aperiat̄: et flamma charitatis eius egrediat̄. Tūc aūt aperitur os: qñ ex feruēti charitate loquendo filios spūales deo generat. Sed diligēter attendat maria: ꝙ ibi aperiat os predicationis sue: vbi boni fiāt feruētiorēs ⁊ mali efficiant̄ meliores. Vbi iusticia possit augeri et praua cōsuetudo aboleri. Nā paulus apostolus meus quādoqꝫ loqui voluit: sed per spūm meum ꝓhibitus est: qui tempore accepto tacuit: et tēpe congruo locutus est: qui quādoqꝫ leuioribus verbis quādoqꝫ seuerioribus vsus est: qui oīa verba

sua et opa habuit ad dei gloriā et fidei con
fortationē. Si aūt maria nō valet predica
re: habēs nihilominus voluntatē et scien
tiam p̄dicandi: faciat sicͭ vulpes qui circuī
ens monticulos inquirit plura loca pedibꝫ
et vbi repit loco meliora ꝛ aptiora: ibi facit
requiei sue fossam. Sic maria attēptet ver
bis et exemplis et orōnibus corda multorꝫ
et quādo inuenit corda aptiora ad recipiē
dum verba dei ibi immoretͭ: ammonēdo et
suadendo que pōt. K Maria etiā labo
ret vt cōueniens exitus detͭ flamme sue qz
quo maior est flāma eo plures illuminantͭ
et inflāmantͭ. Tunc aūt flamma habet exi
tum cōuenientē: qñ maria nec formidat vi
tuperiū: nec querit laudē ꝓpriam: qñ nec
timet aduersa nec delectatͭ in prosperis: ꝛ
tunc acceptius est deo ꝙ maria faciat opa
bona in publico q̄ꝫ in occulto: quatinus vi
dentes glorificent deū. Sciendū aūt est ꝙ
maria debet emittere duas flāmas: vnā in
occulto et aliā in publico: hoc est duplicem
hūilitatē habere. Prima sit in corde interi
us: scda sit exterius. Prima est vt maria
cogitet se indignā et inutilē ad oīa bona: ꝛ
vt nullis se in cogitatiōe preferat: laudari
et videri non appetat. Arrogantiā fugiat:
deū super omīa desiderando: et eius verba
imitādo. Sic autē maria talem flammam
emittit signis operꝫ: tunc illuminabitͭ cor
eius charitate: et omīa contraria aduenien
tia vincuntͭ et faciliter tolerantͭ. Secūda
flamma sit in publico. Si eīn vera humili
tas est in corde apparere etiā debet in veste
et audiri ab ore: et pficiendi opatione. ¶ Tunc
aūt vera hūilitas est in veste: qñ magis eli
git maria vestē minoris valoris et qua hꝫ
valorē et vtilitatem: q̄ꝫ vestē maioris valo
ris et qua habebit supbiam ꝛ ostentationē
Nam vestis que valet modicū et vocatur
apud hoīes vilis et abiecta. Vere pulcra ē
apud deū quia prouocat hūilitatē. Vestis
vō que multo precio emitͭ et vocatͭ pulcra
deformis est apud deū: quia aufert pulcri
tudinem angelorū id est hūilitatem. Sꝫ si
maria ex aliqua rōnabili causa: cogeretͭ ha
bere habitū modicū meliorē q̄ꝫ ipsa vellet:
nō propter hoc turbetͭ: quia ex hoc augetͭ
merces eius. L Itē maria debet habe
re hūilitatem in ore scꝫ loquendo hūilia vi
tādo scurrilia: cauēdo multiloquia: nō sub
tilizando verba nō preferendo sua sensibus
meliorꝫ. Si vero maria audierit se pro ali
quo bono ope laudari non eleuetͭ: sed rñde
at sic. Laus sit deo qui dedit oīa. Quid eīn
ego sum nisi puluis ante faciem venti: aut
quid boni a me q̄ sum sicut terra sine aqua

Si vero vituperatur non contristetur sed
respondeat sic. Dignū est quia totiens in
conspectu dei peccaui et nō penitui: maio
ribus et afflictionibus ego dignus sum. Iō
rogate pro me vt tolerādo obprobria tpa
lia: fugiam sempiterna. Si vero maria p
uocetͭ ad iram ex improbitate proximorū.
Caueat diligēter ne soluat linguā respon
sionibus indiscretꝫ quia iram sepe supbia
comitatͭ. Ideo consiliū est ꝙ adueniēte ira
et supbia: comprimantͭ labia tanto tempe
quousqꝫ voluntas petere possit auxiliū a
deo patiēdi: et deliberare quid vel qualiter
respondendū sit: vt vincere possit seipsum
quia ira tūc mitigatͭ in corde: et homo va
let sapienter insipientibꝫ rñdere. ¶ Scito
etiam ꝙ dyabolus multum inuidet marie
qui sꝫ eam impedire non pōt per transgres
sionem mandatorū dei: tunc excitat eā ad
facilitatē magne ire: aut ad dissolutionem
vane leticie: aut ad verba dissoluta et ioco
sa. Ideo maria semꝑ petat auxilium a deo
vt omīs eius locutio ꝛ opatio ab eo regan
tur: et ad eum dirigantͭ. M Itē maria
habeat hūilitatem in ope: vt nihil faciat
causa terrene laudis: nihil attemptet nouͭ
Nihil hūilitatis erubescat in ope: fugiat
singularitatē: omnibus deserat: in omibus
reputet se indignā. ¶ Item maria magis
eligat sedere cū pauperibus q̄ꝫ sedere cum
diuitibus: magis obedire q̄ꝫ preesse: magis
silere q̄ꝫ loqui: magis esse solitaria q̄ꝫ cum
potentibus et parētibus conuersari. Ma
ria quoqꝫ odiat ꝓpriam voluntatē. Mortē
suam semꝑ meditetͭ. Non sit curiosa: non
murmuratrix: nec obliuiosa iusticiarū dei
et affectionū suarum: Maria q̄ꝫ frequens
sit ad confessiones. Sollicita in temptatō
nibus suis. Desiderans ad nihil aliud viue
re: nisi vt honor dei et salus aīarū augea
tur. ¶ Igitͭ maria que taliter sicut iam est
dictū affecta est: si eligatͭ in marthā et obe
diens ex charitate dei suscipit regere ani
mas multorꝫ: dabitͭ ei duplex corona: sicut
per similitudinē ostēdo tibi. Dominus qui
dam erat potens habens nauē oneratam
mercimonijs p̄ciosis: qui dixit famulis suisͭ
Ite ad portū talem: et ibi erit mihi lucrū
magnū et fructus gloriosus. Si insurgūt
venti laborate viriliter et nō attedisminī:
quia merces vestra erit magna. Igitͭ famu
lis nauigātibus p̄ualuit ventus: intumue
runt ꝓcelle: et nauis quassata est grauiter
¶ Tunc autē gubernator nauis tepuit et
omnes desꝑabant de vita: et ꝯdixerūt veni
re ad vnū portum quo flauit eos ventus: ꝛ
non ad illū portum quē eis dñs designauit

rat:quod audiēs vnus famuloꝝ fidelioꝛ et
ingemiscēs ex zelo amoꝛis dn̄i feruēs: arri-
puit violenter gubernaculū nauis: et viri-
bus ꝑduxit nauē ad portū quem dn̄s vole-
bat. Igit̄ homo iste qui sic viriliter nauē ꝑ-
duxit ad portū: maioꝛi mercede pre alijs ē
remunerādus. ¶ Simile ꝗ̄ est de pre-
lato bono: qui ꝓpter amoꝛē dei et ꝓ salute
aīaꝝ suscipit onus regiminis: nō curans
de honoꝛe: qꝛ duplicem mercedē habebit.
Primo ꝙ ꝑticeps erit omniū bonoꝝ eoꝝ
quotq̄t ꝑduxit ad portū. Secundo ꝙ glo-
ria eius augebit̄ sine fine. Sic erit econtra
de illis qui ambiunt honoꝛes et ꝑlationes
erūt quippe ꝑticeps omniū penaꝝ et pec-
catoꝛum eoꝝ quos susceperūt regere. Se-
cundo ꝙ confusio eoꝝ erit sine fine. Nam
ꝑlati qui ambiūt honoꝛes similioꝛes sunt
meretricibꝫ q̄ꝫ prelatis: quia decipiūt ani-
mas malis exēplis suis et verbis: ꝛ indigni
sunt vocari maria vel martha nisi se peni-
tentia emēdent. Quinto maria debet dare
medicinā hospitibꝫ suis: id est eos letifica-
re verbis bonis: qꝛ ad oīa que eueniunt pūt
siue sint leta siue tristia dicere debet. Ego
inquiēs volo quicquid me deus velit velle
et eius volūtati ꝑata sum obedire: etiam si
irem in infernū. Nam talis volūtas est me-
dicina cōtra aduenietia coꝛdi. Et hec volū-
tas est delectatio in tribulatōe: et ꝑamen-
tum boni in ꝓsperitate. Sed quia maria
multos habet inimicos: ideo ꝯtinue faciat
confessionē. Nam q̄ꝫdiu scienter moꝛat̄ in
pctō: habens copiā ꝯfitendi et negligit vel
nō attendit tūc magis apostata dicēda est
coꝛā deo q̄ꝫ maria. ¶ Itē de actibus
vite marthe. Scito etiā ꝙ licet ꝑs marie
optima sit: nō tn̄ ideo ꝑs marthe mala est
ꝑmo laudabilis et bn̄placēs deo. Ideo dicā
tibi nunc quō martha institui debet. Ipsa
quippe debet hr̄e sicut et maria etiā quin-
q̄ꝫ bona. Primo fidē rectā ecclesie dei. Se-
cundo scire ꝑcepta deitatis et ꝯsilia euan-
gelice veritatis: ꝛ illa debet ꝑficere coꝛde ꝛ
opatione. Tercio cohibere linguā ab omni
verbo malo quod est ꝯtra deum et ꝓximū
et manū ab omni inhonesta et illicita opa-
tione: et animū debet cōtinere a nimia cu-
rum corpus iesu xp̄i filij mei: ꝙ sacerdotes in al
tari cōficiunt: ꝙ ipse rn̄deat illis hereticis
sic: vos vertitis occiput ad deū: et ideo vos
nō videtis eū. Vertatis ḡ ad eum faciem ꝛ
tūc poteritis eū videre. Nā vera ꝛ catho
lica fides est: ꝙ papa qui ē sine heresi q̄tū-
cūq̄ alijs petis sit commaculatus: nunq̄
tū est ita malus ex illis petis ꝛ ex alijs suis
malis opibus: quin semꝑ sit in eo plena au
toritas: et ꝑfecta potestas ligādi et soluen
di aīas. Quam autoritatē ipse per beatū
petrū habuit ꝛ assumpsit a deo. Quia mul
ti summi pontifices fuerūt ante iohannē
papā qui sunt in inferno: nihilominus tn̄
ipsorū iusta et rationabilia iudicia que in
mundo fecerūt: stabilia et approbata sunt
apud deū. Simili etiā ratione dico ꝙ veri
presbiteri sunt: ꝛ vere conficiūt corpus xp̄i
filij mei oēs illi sacerdotes qui nō sunt here
tici: q̄uis alias sint pleni mltis alijs petis
et hec tractāt deū manib9 suis ī altari ꝛ alia
sacrā ministrāt: q̄uis ꝓpter sua petā ꝛ ma
la opa: sint indigni celesti glā apud deū.

Postq̄ predictus frater habuit a dn̄a
Birgitta supra proximā reuelationē roga
uit eam: ꝙ deū oraret sup materia de pro-
prio xp̄i et de autoritate summi pontificis
et sacerdotū celebrantiū. Cui dn̄e oranti
apparuit virgo Maria respondēs ad omia
vt sequit᷑. Capitulū VIII

Icilli fratri amico

d meo A ꝙ nō est tibi licitū scire
vtrum aīa pape Iohannis. xxij. sit

in inferno an in celo. Nec enim est tibi licitum scire aliquid de illis peccatis: que idem papa tulit secum qn̄ post mortē suā venit ante iudiciū dei: sed dic eidem: q̄ ille decretales quas sup̄ p̄rio christi fecit seu statuit idem papa Johannes nullū errorē continent catholice fidei neq̄ aliquā heresim. Ego quidem que ip̄m verū deū genui testimoniū p̄hibeo: q̄ viuū p̄prium habebat idē iesus christus filius meus: et illud ip̄e solus possidebat. Hoc ei fuit illa tunica quā ego p̄prijs manibꝫ meis feci. Et hoc testificatꝰ p̄pheta in p̄sona filij mei sic dicēs. Sup̄ vestē meā miserūt sortē. Ecce attende q̄ non dixit vestem nostram: sed vestē meā. B Scias etiā q̄ quocienscūq̄ ego induebam ip̄m illa tunica p̄pter vtilitatem sui sanctissimi corporis tūc oculi mei statim replebantur lacrimis: et totum cor meum torquebatꝰ tribulatione et dolore: et affligebatꝰ intēsa amaritudine: ex eo videlicet q̄ ego bene nouerā modū quo in futurū illa tunica ab eodem filio meo esset sep̄anda. s. tempore passiōis eius quando ipse nudus et innocēs a iudeis crucifigeretur. Et hec tunica fuit illa vestis sup̄ quā crucifixores eius miserunt sortem. Nullus q̄ in vita eius eandē tunicam habuit nisi solus ipse. Scias etiā q̄ oēs illi qui dicunt papam nō esse verū papā neq̄ p̄sb̄ros esse veros presb̄ros et rite ordinatos: neq̄ verū corpus benedicti filij mei illud esse quod in celebratione missarū per presb̄ros consecratꝰ. Ipsi omnes tales erro res asserentes: inflati sunt sp̄ū dyaboli infernalis. Quia sicut ydē heretici aliquas tam graues malicias et peccata horrenda cōmiserunt contra deū: q̄ p̄pter sua demerita maxima: dyabolica iniquitate repleti: dampnabiliter p̄pter suam heresim: sunt excepti et expulsi a numero gregis totius x̄pianitatis apud iudiciū iusticie maiestatis diuine sicut iudas exclusus et exceptꝰ fuit a sacro numero apostolorū p̄pter demerita sua pessima: q̄ prodidit x̄pm filium meū. Scias tamen q̄ omnes illi qui se emendare voluerunt a deo misericordiam consequuntꝰ.

Qualiter christus loquens domine Birgitte in oratione existenti precipit ei q̄ iam vadat ad ierusalem p̄mittēs ei fortitudinē corp̄alem et necessarias expēsas. IX

Filius dei loquitꝰ spōse beate dicēs. Ite iā et recedite de roma ad ir̄lm: q̄d causaris de etate ego sum nature conditor: ego possum infirmare et roborare naturā sicut mihi placꝫ: ego ero vobiscū ego dirigā viā vestrā: ego ducā et reducā vos ad Romā: et p̄curabo vobis necessaria sufficiētius q̄ vnq̄ habuistis prius.

Virgo maria loquēs dn̄e Birgitte spōse x̄pi dicit q̄ nullo modo est volūtas dei q̄ clerici vxores habeant: neq̄ contaminentꝰ vicio carnis p̄hibens q̄ nullus papa hoc matrimoniū clericorū p̄mittat fieri nec statum in ecclesia dei. Capit. X

Gaude eternaliter. benedictū corpus dei: in p̄petuo honore et in p̄henni victoria: ac in sempiterna omnipotētia tua: vna cū tuo patre et sancto sp̄ū: atq̄ etiam cū tua benedicta matre dignissima: et cū tota gloriosa celesti curia. Sit etiā tibi laus eterne deus et infinita gratiarū actio: pro eo q̄ hō fieri dignatus es: et nobis in mūdo tuum venerādum corpus ex pane materiali consecrare voluisti: ip̄mq̄ in cibū ad nostrā salutē animarū charitatiue nobis tribuisti. Cōtigit vni p̄sone orōni vacāti: q̄ audiuit tūc vnā vocem dicentē sibi. O tu cui datū est audire sp̄ūaliter et videre: audi nūc ea que tibi manifestare volo videlicet de illo archiep̄o qui dixit: q̄ si esset papa ip̄e daretꝰ licentiā omnibus clericis et presbiteris matrimoniū contrahendi carnaliter: cogitās et credens q̄ hoc esset acceptabilius deo: q̄ q̄ clerici viuerēt dissolute: sicut mō viuunt: q̄ ipse credebat q̄ ex hoc matrimonio euitarentꝰ maiora pctā carnalia: et q̄uis in hoc nō bene intellexit dei volūtatem: nihilominus tn̄ idē archiep̄s amicus dei erat. B Sed ego nūc dicam tibi in hoc dei voluntatē: q̄ ip̄sum deū genui: et tu hec notificabis meo ep̄o dicēdo sibi sic. Q̄ abrae fuit data circūcisio lōge anteq̄ daretꝰ lex moysi: et illo tp̄e abrae hoīes regebantꝰ quilibꝫ scd̄m suū intellectū: et scd̄m arbitriū sue p̄prie volūtatis: et tn̄ multi ex illis erant tūc amici dei. Postq̄ aūt data fuit lex moysi: tūc magis placuit deo q̄ hoīes viuerēt sub lege et s̄m legem: q̄ scd̄m suum p̄priū humanū arbitriū et intellectū. Simili mō fuit de benedicto corp̄e filij mei. Nam postq̄ ipse in mūdo instituit hoc nouū eucharistie sacr̄m et ascendit in celū: tūc lex illa antiqua adhuc seruabatꝰ: scꝫ q̄ x̄piani sacerdotes viuebāt in carnali matrimonio et nihilominus tn̄ multi ex eis erāt amici dei: q̄ credebāt cū simplici puritate q̄ hoc ita placebat deo. s. q̄ sacerdotes x̄piani tenerēt vxores et viuerent in matrimonio: sicut placuerat hoc sibi antiquo tp̄e iudeorū in iudeis sacerdotibus: et hoc sic p̄ x̄pianos sacerdotes p̄ multos annos fuit obseruatū. C Sed ista

obseruãtia et cõsuetudo antiqua: videbat multũ abhoiabilis ꝛ exosa toti celesti curie et mihi que corpus eius genui: videlicz ꝙ sic obseruaret per sacerdotes xpianos: tãgentes et manibꝫ suis tractãtes hoc nouũ ꝛ immaculatũ sacramentũ sanctissimi corporis filij mei. Nã iudei in antiqua lege veteris testamẽti: habebant vmbrã .i. figurã huius sacramẽti: xpiani vero habent iam ipsam veritatẽ: scz xp̄m verum deũ et hoiem in illo pane benedicto ꝛ ꝯsecrato. Sz post aliqua tpa illoꝝ priorũ sacerdotũ xpianoꝝ hec obseruantiũ: ipse deus per infusionem sui sanctispũs dedit in corde pape regentis ecclesiam tũc temporis: aliã legem sup hoc sibi magis acceptã et gratã: infundendo videlicz in corde eius: ꝙ idem papa statueret in ecclesia vniuersali: ꝙ sacerdotes xpiani: qui tam sanctũ et tam dignissimum haberẽt officium: scz cõsecrandi hoc sacramentũ preciosum: nullo mõ viuerent in mrĩmoniali cõtaminosa delectatõe carnali. Et ideo ex preordinatõe dei et iudicio suo iuste ordinatũ est: ꝙ sacerdotes qui nõ viuũt in castitate et ꝯtinẽtia carnis: sunt maledicti et excõmunicati apud deũ: et digni carere sacerdotali officio. Attñ qui se veraciter emẽdauerint cũ vero ꝓposito vlterius nõ peccãdi: ipsi a deo miscđiam consequent. D Hoc etiã scias: ꝙ si aliquis papa ꝯcesserit sacerdotibꝫ licentiã contrahendi matrimoniũ carnale: ipse a deo tali sententia spũaliter condemnabit: sicut ille hõ qui tam grauiter deliquisset: ꝙ scđm iusticiã iuris deberẽt corpaliter erui oculi eiꝰ et abscidi lingua cũ labijs et nasus cũ auribus: amputari qz eius manus et pedes: ac etiaz ꝙz totus eius corpis sanguis deberet effundi: et totalit frigefieri. Et insup ꝙ deberet totuz illud exangue corpus: ad deuorandũ proijci canibus ꝛ alijs bestijs feris. Similiter ꝓe fieret spũaliter illi pape: qui talẽ licentiã contrahẽdi matrimoniũ concederet sacerdotibꝫ: ꝯtra prefatam preordinatõem et voluntatẽ dei. Nam idem papa visu et auditu spũali: verbis etiã et opibus spũalibus priuaret totaliter a deo: et tota sua spũalis sapiẽtia omnino frigesceret et insup post mortẽ suam aĩa eius ꝓijceret in infernũ ꝑpetue cruciandã: vt ibidẽ fieret cibus demonũ eternalit sine fine: ymo etiã si sctũs gregorius papa hoc statuisset nunꝙz in ꝑdicta sententia miscđiam obtinuisset a deo: nisi ante mortẽ suam hũiliter reuocasset.

Hic est principiũ cuiusdam reuelatõis quã dña Birgitta habuit ꝓ dña Neapoli in eadem ciuitate: sed alia que ibi ꝯtinent nõ ponunt hic: qz secreta sunt que ꝑtinent ad statũ ꝛ personam dicte domine regine.

Capitulũ XI

Ego sũz deus creator omniũ. A Ego dedi angelis et hoibus liberũ arbitriũ: vt qui vellẽt facere voluntatẽ meã manerent mecũ eternaliter. Qui vero ꝯtraria mihi sentirent a me sequestrarent. Ideo aũt quidã angelorum facti sunt demones: qz nec voluerunt me diligere nec mihi obedire. Deiñ creato hoie dyabolus vidẽs dilectõem meã ad illũ nõ solũ factus est inimicus meus sz mouit ꝯtra me bellũ: incitãdo Adam ad ꝑuaricationem mandatoꝝ meorũ: ꝛ tũc dyabolus ꝑualuit ꝑmissione mea ex iusticia mea: et ab illo tpe ego ꝛ dyabolus discordamus et certamus: qz ego volo ꝙ hõ viuat ad voluntatez meã. Dyabolus ꝟo nitit vt hõ sequatur desideria sua. Propterea in eo puncto quo ego apui celum sanguine cordis mei: dyabolus priuatus est iusticia quã videbat habere: et aĩe que digne erãt saluate sunt ꝛ liberate. Tũc etiam lex statuta est: vt sit in hoĩs arbitrio sequi me deũ suũ: ad obtinẽdam ꝑpetuã coronã. Si vero sequit dyaboli desideria: habebit suppliciũ sempiternum. Sic igit ego et dyabolus certamus: desiderãtes aĩas sicut sponsi sponsas suas. Ego eñ desidero aĩas: vt tribuã eis eternum gaudiũ et honorẽ. Dyabolus vero vt tribuat eternũ horrorẽ et dolorẽ. Audi qd regina mihi fecerat: ego ꝑmisi eã exaltari in regnũ ꝛc. B Additio. Xp̄s loquitur: Scribe ei ꝙ faciat purã ꝯfessionem de oĩbus que egerat a iuuẽtute sua: habendo firmã voluntatẽ emendandi se scđm ꝯsilia ꝯfessoris sui. Scđo ꝙ recogitet diligenter quõ et qualiter steterat in ꝯiugio suo et regimine suo: qz de oĩbus est mihi redditure rõnem. Tercio ꝙ habeat voluntatẽ soluendi debita sua: et restituẽdi scieñter male acquisita: quia aĩa est in piculo ꝙzdiu detinẽtur: et nihil ꝓdest multa largiri nisi soluẽda ꝑsoluent. Quarto ꝙ nõ oneret cõmunitatẽ suis nouis adinuentionibꝫ: sed magis cõsueta releuet onera: qz miseroꝝ gemitũ et clamorẽ exaudiet deus. Quinto ꝙ habeat ꝯsiliarios iustos nõ cupidos: et talibus cõmittat iudicia sua qui diligũt veritatẽ: ꝛ qui nõ adulant ꝑtibus nec ditari quęrũt sed qui nouerũt de necessarijs contentari. Sexto ꝙ ꝙtidie recordet certis tempibus vulnera ꝛ passionẽ dei: qz inde charitas dei in corde innouat. C Septimo ꝙ colli-

gat pauperes certis temporibus: lauando pedes eorum et reficiendo eos: et q omnes subditos suos sinceris charitate diligat discordantes inducendo ad concordiam: et iniuste offensos consolando. Octauo q dona sua tribuit discrete et iuxta facultatē suam nō alios grauādo: et alios ditando: sed sapienter aliquos releuādo: et nullos onerando. Nono q nō plus attēdat ad pecunias delinquentiū q̄ ad iusticiā: sed pensata qualitate delictorum: ubi maiorem viderit humilitatem: ibi maiorē exhibebit compassionē: exclusa omni cupiditate. Decimo q apponat omnē diligentiam eū viuit: quō regnū quiete stare post mortē eius possit: qz predico ei q amodo non habebit prolem de vtero suo. Undecimo q contēta sit coloribus et pulcritudine faciei quibz eam deus ornauit: qz color extraneus multū displicz deo. Duodecimo q assumat maiorē humilitatem et contritōem pro pctīs: quia ipsa est coram me predatrix multarū animarum: prodiga dispensatrix bonorum meorū: et virga et tribulatio amicorū meorum. Terciodecimo q habeat cōtinuū timorem in corde quia toto tpe suo potius duxerat vitā mulieris lasciue q̄ regine. D Quartodecimo q amoneat a se consuetudines mundanas: et adulatrices mulieres: et residuū tps quod breue est deducat in honorem meo quia vsqz nūc habuit me sicut hoīem non recogitantē peccata sua. Timeat iam et sic viuat: ne sentiat me iudicantē. Alioqn nisi audierit me iudicabo eam nō sicut reginā sed sicut apostatricē et ingratam: et flagellabo a capite vsqz ad calcaneū: et erit in obprobriū mihi et angelis et sanctis meis. Itē reuelatio. ¶ Xps loquitur: Scribe leuioribus et paucioribz verbis ista sicut spūssanctus inflammabit te: et mitte per epm meū regine. Itē de regina quadam. ¶ Videbatur dña stare in camisia respersa spermate et luto. Et audita est vox: hec est symia odorās sententia posteriorum: que habet venenū in corde: et stat sibiipsi nociua: et festinat in decipulas precipitatōis. Item videbatur habere coronā de viminibz respsis stercore hūano et luto platearum: et sedere nuda in trabe casura. Statimqz videbatur virgo pulcerrima que dixit. Hec est mulier pcax et audax que reputatur ab hominibus dña mūdi: sed coram deo abiecta est sicut ceruus. Et addidit virgo. O mulier cogita ingressum tuū et artē de fine: et aperi oculos cordis tui et vide qz cōsiliarij tui sunt qui odiūt animam tuam. E Item de regina quadā. ¶ Videbatur mulier sedere in sede aurea et duo ethiopes stabant ante eam: quasi vnus ad dexteram et alius ad sinistrā. Qui vero a dextris stabat clamauit dicēs. O mulier leonina ego porto tibi sanguinē: suscipe et effunde: qz proprium est leene sitire sanguinē. Qui vero erat ad sinistrā dixit. O mulier ego porto tibi in vase ignē: suscipe qz ignee nature es et effunde in aquas: vt et memoria tua ita sit in aquis sicut in terris. Et post hec apparuit virgo mire speciei: a cuius conspectu fugerūt ethiopes: que dixit. Hec mulier periculose stat: si prosperatur ad voluntatē suā erit multis in tribulatōem. Si vero tribulatur vtilius est ei ad eternā vitam: sed ipsa nō vult dimittere velle suum nec tribulari scdm deum: ideo si dimittatur volūtati sue: nec sibiipsi nec alijs erit in consolationem. ¶ Item apparuit filius dei dicēs. Hec mulier aliqua placita facit mihi. Ideo propter preces amicorū meorū indicare ei volo: q fugiet obprobriū hominū et dispendiū anime sue. Si obedierit bene quidē. Sin autē: nō effugiet iusticiā quia noluit audire vocem pris. F ¶ De dño Bonifacio. Mater dei loquitur. Consule ei facere iusticiā vbicūqz poterit. Et si sciret se habere male acquisita bona: restituere nō tardet. Caueat etiā insolita grauamina imponere subditis suis. Sitqz cōtentus de his que habet quia sufficiūt ei si moderate et discrete dispenset ea. Fugiat qz sicut venenū mulieres preter vxorem propriā: et nō producat exercitū contra aliquem: nec psonaliter intersit: nisi omīno scierit se habere iusticiā et bellū sit iustum. Studeat insup frequētare confessiones: et frequētius sumere corpus xpi: certisqz in die tēporibus exoccupare se ad recordādum passionem xpi et vulnera eius. de Anthonio de carleto. ¶ Xps loquitur. Dic regine q permittat istū stare in ordine suo. Si ascēderit ad maiora erit in dispendiū aīe eius: et nec ipse nec amici eius letabuntur de ascensu suo. Sic oīa euenerūt.

Reuelatio hec fuit dñe Birgitte data diuinitus in neapoli ad requisitionem dñi bernardi archiepi neapolitani qui eam rogauit vt sup certis dubijs consciētie sue ipsa oraret deū: et enim ipsa staret in orōne xps apparuit ei respondens ad omīa dubia archiepiscopi: dans etiā doctrinā et modos quos ipse tenere debeat tā in regimine domus sue q̄ in regimine subditorum suorū in dyocesi sua. Capitulū XII

hristus loquitur spōse

C dicēs. A Dic illi: q si vocari voluerit eps in illa iusticia diuini iu-

dicij: nō debʒ imitari mores ⁊ ꝯsuetudines plerūqʒ eoꝝ: qui nunc sunt rectores ecclie Ego quidē assumpsi corpus hūanū de virgine: vt legē illā verbis et opibus adimplerem: que in deitate ordīata erat ab eterno: apiendo portā celi sanguine cordis mei: vi omnesqʒ ꝑ verba et opa ita illuminādo: ꝙ oēs vterent meo exēplo ad ꝓmerendum vitā eternā. Sed vere illa verba que dixi et opa que feci in mūdo: iam q̄si prorsus oblita et neglecta sunt: ad quod nullus tm̄ opatus est sicut ecclesiaꝝ plati: qui pleni sunt supbia cupiditate ⁊ putredie corꝑalis delectationis: que oīa mādatis meis ꝯtraria sunt et honestis statutis scte ecclie: que statuerūt amici mei ex magno deuotōe post ascēsionē meam: cōpleta volūtate mea in mundo. Nā illi mali plati ecclesiaꝝ: repleti maliguitate spūs mali reliquerūt hoibus nimis nociua exēpla aīaꝝ: et ideo optet me ab eis plenariā exigere iusticiā: sup eos iudicia faciendo: eosqʒ de libro vite abolēdo in celis et iuxta inimicū meum luciferū collocādo eos in infernū: in sedibꝫ infernalibꝫ ꝑpetue cruciādos. B Tu tn̄ scire debes ꝙ qui se ante mortē emēdare voluerint: diligēdo me toto corde et a pctīs abstinuerint: illis ego promptus ero misedíam meā exhibere. Dic ḡ ei q̄si ex pte tua ista verba que sequunt. Dn̄e mi aliq̄n cōtingit ꝙ de nigro camino exit pulcra flāma: vtilis ⁊ valde necessaria ad pulcra opa fabricāda: et tn̄ tūc nō optet laudari caminū ꝓ sua nigredine sed illi debet laus ⁊ honor ⁊ gratiarū actio qui illoꝝ operū est artifex et magister. Si mihi mō de me indigna est: si in ꝯsilijs meis aliqd inueneritis vtile: qꝛ tunc nō mihi sed ipi deo qui oīa fecit ⁊ facit: ⁊ bona faciendi ꝑfectā voluntatē habet: infinitas grās et beniuolū seruitiū ꝯtinuo exhibere debetis Dn̄e mi: in pmis incipio loq̄ illa que multarū tangūt salutē aīaꝝ. Consulens vobis si dei amiciciā hr̄e volueritis: ꝙ neqʒ ꝑ vos neqʒ ꝑ aliquē aliū epm: ad sacros ordines ꝓmouere velitis aliq̄s: nisi pus per bonos clericos examinati fuerīt diligēter: et ita apti in vita ⁊ moribꝫ repti fuerint ꝙ digni ad tale officiū recipiendū existere asserant: testimonio sapientū et veredicoꝝ viroꝝ. C Attēdentes diligēter: ꝙ similiter faciant omēs alij epi vestri subditi: et archiepatus vr̄i suffraganei. Nā nullus posset credere quāta indignatio dei est ꝯtra illos epos: qui nō curant scire ⁊ diligēter examinare: q̄les illi sunt quos ad taꝫ dignos ordines ꝓmouent in suis epatibus. Quod sine hoc fecerunt ꝓpter alioꝝ supplicatōem siue ꝓpter negligentiā et desidiā seu ꝓpter timorē omino in iudicio dei reddēt de hoc districtissimā rōnem. Consulo etiā vobis inquirere: quot sunt ⁊ qui sunt in vr̄a dyocesi beneficiati aīaꝝ curā habentes: et ad minus semel in quolibet anno ad p̄ntiam vestrā eos ꝯuocate: et tūc tractetis cū eis tam de ipsorum q̄ʒ de aīarū suoꝝ subditoꝝ salute. Et si forte in vno die oēs non pn̄t ꝯuenire: prefigant eis terminū et dies in quibꝫ quolibet anno ad vos ꝯueniāt particulariter. Ita ꝙ nullus coꝝ de ꝯsilio vobiscū habēdo ꝑ integrū annū: se quolibet valeat excusare. Vos q̄ʒ eis p̄dicetꝫ qualē vitā ducere debeāt illi: qui tā dignissimum officiū hn̄t. D Sciatis etiā ꝙ p̄sbiteri qui ꝯcubinas hobēt et missam celebrāt: ita grati ⁊ placētes deo sunt sicut habitatores zodome: quos dimersit deus in infernū: et q̄uis misso in se semꝑ eadē est ⁊ eiusdē virtutis ⁊ efficacie: tn̄ osculum pacis qḋ tales presbiteri fornicatores dāt in missa: ita est placitū deo sicut osculū iude: quo tradidit oīm saluatorem. Igit q̄ntumcūqʒ potestis verbis ⁊ opibus: alliciēdo corripiēdo cōminando coopari ꝯtinue conemini: ꝙ ipi studeant castā vitā ducere. Presertim cū tam sanctissimū sacr̄m debeāt ꝑtractore: ⁊ alijs fidelibus xp̄ianis suis manibꝫ ministrare. Preterea oibus maioribꝫ scʒ prelatis ⁊ canonicis: q̄ʒ etiā minoribꝫ clericis vr̄o regimini subiectis: ecclesiaꝝ redditus hobētibꝫ salubriter ꝯsulatis: vt se omino corrigant Nec credat aliq̄s: ꝙ ꝓpter zodomie euitatione licebit eis aliquo mō fornicatio: nec etiā sustineat eos ꝓpter hoc cū mulieribus coinquinari: qꝛ quicūqʒ xp̄ianus habēs intellectū qui de vita eterna nō curauerit dū vixerit: sine dubio grauissimas inferni penas post mortē eternaliter sustinebit. E Cōsulo etiā de familia vr̄a: vt nō sit nimis magna ꝓpter supbiam: sʒ sit bene moderata scdm necessitatē regiminis vr̄i officij: et iuxta exigentiā vestri status. Igit illos clericos qui socij vestri vocant: vbicunqʒ fueritis potius ꝓ bono testimonio vestro nō pro vana gloria sine pompa vobiscū habeatis: qui ⁊ sint magis pauci numero: q̄ʒ multi. Illos vo clericos: q̄s ad nihil aliud sustētatis nisi ad cantōdum diuinū officiū: aut ad aliqḋ addiscendū: aut ad docendū alios aut ad scribendū: tot habeatis quot vobis placuerit: et tn̄ expedit vobis: ꝙ q̄ʒ melius potestis de coꝝ correptione curā habeatis diligentē: et de ipsoꝝ salute animarū. Attendatis etiā de reliquis seruitoribꝫ vestris vt quilibet coꝝ habeat suū officiū: et si ali-

qui fuerint sup̃flui: propter vanã glorias
non teneant: ne eleuet cor vestrum haben
do maiorẽ familiam q̃ alij pares vestri. Il
los q̃z quos vobiscum habetis familiares
vere necessarios: expedit q̃ semꝑ in mente
habeatis: illorũ vitam ꝑscrutando sollicite
vt verus paterfamilias: eorum q̃z actus vi
tam et mores corrigẽdo: eosq̃z paternalit̃
et bonis informationibꝫ souẽdo: et ammo
nendo vt ipsi petã et vicia fugere addiscãt
deum q̃z super omĩa amare studeant. Deo
quippe magis acceptũ est vobisq̃z magis
vtile: vt nullo modo aliquẽ familiarem vo
biscum habeatis: qui sanis ꝯsilijs noluerit
acquiescere: neq̃z suas transgressiones hu-
militer emendare. F De indumentis
vestris consulo: q̃ nunq̃z plus in simul q̃z
tria paria in possessione habeatis: et omĩa
que superfuerint statim ipsi deo tribuatis.
De lectisternijs vero et mantergijs et mẽ
salibus: tantũ pro vobis tenete: q̃ztum vo-
bis necessariũ est et vtile: reliqua autẽ deo
date. De vasella argentea tantũ pro vobis
reseruate: q̃ztũ ꝑsone vr̃e et hospitibus in
propria vestra mensa comedẽtibus suffici-
at: ⁊ illa que sup̃fuerint donate hilari men
te deo: quia alia familia vestra et hospites
in alijs mensis sedẽtes: bene possunt in va
sis stãneis ⁊ terreis aut ligneis siue vitreis
absq̃z vlla erubescentia manducare et bibe
re. Nam illa consuetudo que nũc est in do-
mibus dominorũ et episcoporum: in quibꝫ
auri et argenti nimia abundat superflui-
tas: valde abhoĩabilis est ipsi deo: qui pro
nobis omni paupꝑtati se subiecit: et anima
bus multũ damnosa. ¶ Item caucte a plu
ralitate ferculorum et nimiũ delicatorum
G Item ne nimis magnos equos ⁊ pre
ciosos habeatis: sed moderatos in magni-
tudine ⁊ precio. Nam illi talibus equis in-
digent: qui pro defensione iusticie ⁊ tutio-
ne vite: non pro sup̃bia guerrarũ periculis
se exponent. Ego enĩ dico vobis: q̃ prelati
qui sup̃ magnos equos ascendunt propter
sup̃biam et vanã gloriam: totiens sup̃ illo-
rum corda dyabolus ascendit. Nam scio ꝑ
sonam que vidit demones quasi ethyopes
qui quãdo prelati ⁊ cardinales pedes leua
bant ex sup̃bia: ad equitandũ super dorso
magnorum equorũ suorum. Illi ethyopes
tunc super colla prelatorũ pedes leuabant
et ascendebant: ac ibidẽ irrisorie sedebant
et quotiens illi prelati ex pompa calcaribꝫ
equos percutiebant: totiẽs ethyopes in gau
dio suo capita leuantes: illorũ equitantiũ
pectora suis calcibus impellebãt. ¶ Item
consulo: quatinus faciatis q̃ vicarij vestri
promittant sub iuramento: q̃ ex ꝑte officij
vestri nihil facere presumant contra iusti-
ciam. Quod si postea contrarium fecerint:
scd̃m iusticiam corripi faciatis vos. Que si
vos ita vt dictum est feceritis: conscientiã
vestrã bene sanam existere cõfidatis. H
¶ Item consulo pro consolatione illarum
animarũ vestrorum defunctorũ: de quibus
me interrogastis si erãt in purgatorio an
non: ⁊ de elemosinis pro eis faciendis. Re-
spondeo et dico: q̃ omĩ die vnius anni pro
eis duas missas celebrari faciatis: et duos
pauperes omni die pascatis: et omni septi
mana vnũ florenũ in moneta curate pau-
peribus erogare. Dicatis etiã parrochiali
bus sacerdotibus q̃ corrigant parrochia-
nos suos: et ꝓ manifestis peccatis eos cor
ripiant in casibus ad eos pertinẽtibus: vt
melius possent viuere: qui si corripi nolue
rint tunc corripiant̃ per vos. Si autẽ ali-
quos noueritis contra deũ et iusticiam ma
nifeste delinquere: et si tam magni thyran
ni fuerint q̃ super istos iusticiã facere non
possitis: tunc leuibus verbis et dulcibus di
catis eis q̃ se corrigãt. Quod si obedire no
luerint: iudicio dei eos relinquatis: qui ve
stram beniuolam respiciet voluntatẽ. Nõ
enĩ oportet mansuetum agnum inter fero
ces lupi iactare dentes: quia lupus ex hoc
rapacior fiet: tamẽ decet eos precauere de-
periculo animarum suarũ cum charitate:
sicut pater facit filijs sibi quandoq̃z cõtra-
rijs. Neq̃z etiam dimittere tenemini cor-
reptiones propter timorẽ corporis vestri:
nisi forte animarũ periculum ex his posset
aliquatenus prouenire.

Hec sequẽs reuelatio facta domine Bir
gitte sponse x̃pi incepit in Neapoli statim
post mortẽ domini Karoli militis filij sui
et continuabat̃ visio ista per viagium ihe-
rosolimitanũ interpolatim donec accessit
ad iherusalem et ibi fuit finita in ecclesia
sancti sepulchri domini: ⁊ continet in se al
legationes factas in diuino iudicio coram
x̃po iudice per virginẽ mariam et per ange
lum pro parte aĩe dicti militis et allega-
tiones factas contra ipsam aĩam pro ꝑte
dyaboli et sententiã x̃pi iudicis pro libera
tione eius. Capitulũ XIII

v Jrgo maria loquit̃
beate Birgitte dicẽs. A Ego
tibi dicere volo: qualit̃ ego feci illi
anime filij tui Karoli: quãdo separabatur
a suo corpore: feci quidem sicut mulier al-
teri mulieri parienti astans: vt iuuaret in
fantem ne ex fluxu sanguinis moreret̃: et

ne in illo arto spacio p quod exiret infans
suffocaret. Caueus etiã ne infantẽ hostes
qui in eadem domo essent: ipsum interfice
re possent. Simili mõ ego feci. Ego quip-
pe steti prope eũdẽ filium tuũ Karolum:
paulo anteq̃ emisit spiritũ: vt carnalem
amorem nõ sic in memoria haberet: q pro
pter eũ aliquid deo contrariũ cogitaret vl'
loqueret: nec aliq̃ deo placẽtia vellet omit
tere. Neq̃ illa que possent esse quõlibet di
uine voluntati contraria vellet pficere: ad
sue aĩe nocumentũ. Ego etiam taliter in
in eum in illo arto spacio .i. exitu aĩe sue a
corpe: vt nõ tam duram penã in morte su-
stineret: q ex ea inconstans fieri posset ali-
qualiter desperando: z ne deũ in morte ob
liuisceret. Ego etiã custodiui taliter aĩam
ab ipsius mortalib' inimicis .i. demonibus
q nullus eoꝝ eam tangere posset. Sed sta
tim cum egressa fuit a corpe: accepi eam in
meã custodiã et defensionẽ. Quo facto to-
ta turba demonũ festinanter fugit et reces
sit: qui ex sua malicia ipsam cupiebant de-
glutire: et eternaliter cruciare. Sed quali
ter post mortẽ ipsius Karoli factũ est iudi-
cium eiusdem aĩe: dũ mihi placuerit pror
sus ostendet tibi. B Scđa reuelatio
super eadem materia. ¶ Deinde post aliquot
dieꝝ interuallũ. Ipsa eadẽ virgo maria: ap
paruit eidem dñe Birgitte vigilãti in orõ
ne dicẽs. Tibi iam licitũ est ex diuina boni-
tate videre z audire: quõ factũ est iudiciuz
sup aĩam supradictam: q̃ñ de corpe egressa
fuit. Et q tũc factum fuit in vno momẽto
coram incõprehensibili maiestate dei: mõ-
strabit tibi seriose p interualla similitudĩe
corpali: ita vt ea cape valeat tuus intelle-
ctus. In eadẽ igit hora: dña Birgitta in
quoddã palacium magnũ et pulcrũ raptã
se videbat: et dñm iesum xpm pro tribuna
li ibi sedentẽ quasi coronatũ imperatoreꝫ:
cum infinito famulantiũ exercitu angelo-
rum et sanctoꝝ: et prope eũ videbat suaꝫ
dignissimã matrem stantẽ: et ad iudiciũ di
ligenter auscultantẽ. C Videbat etiã
coram iudice quedã aĩa astare in magno
timore et pauore: z nuda sicut infans tũc
natus: et quasi totaliter ceca ita q nihil vi
debat: in consciẽtia tñ intelligebat quid in
palacio dicebat et agebat: angelus autem
quidã: stabat ad partẽ dexterã iudicis pro-
pe aĩam: z quidã dyabolus ad eius sinistrã:
sed neuter eoꝝ animã tangebat vel attre-
ctabat. Tũc denique dyabolus clamauit di-
cens: Audi tu iudex omĩpotẽtissime. Ego
coram te cõqueror: q vna mulier que vtrũ
q̃ est dña mea et tua mater: quã tu tm̃ di-
ligis q eam potentẽ fecisti super celum et
terram: et super omẽs nos demones infer
nales. Ipsa q̃ppe mihi iniusticiã fecit de ista
aĩa que hic astat. Ego eñ scđm iusticiam
postq̃ egressa fuit de corpe hec aĩa: statim
debui mihi eam assumere: et cũ mea socie-
tate ante tuũ iudiciũ presentare. Et ecce o
iuste iudex illa mulier mr̃ tua: aĩam istam
quasi anteq̃ exiret de ore hoĩs: manib'
suis apprehendẽs: in sua forti tutela ad iu
dicium tuũ protulit. D Et tũc maria
dei mater et virgo rñdit sic: audi tu dyabo
le rñsionem meã. Quãdo tu creatus fuisti
intelligebas illam iusticiã que erat in deo
ab eterno et sine principio: habuisti etiã li-
beꝝ arbitriũ faciẽdi quod tibi magis place
ret: et q̃uis potius elegisti deũ odire q̃ di
ligere: bene tñ intelligis semper quid scđm
iusticiã fieri debet: dico igit tibi: q ad me
pertinebat potius q̃ ad te: ante deũ verũ
iudicem istam aĩam presentare. Nam dum
hec aĩa in corpe erat: magnam charitatẽ
habuit ad me: reuoluẽs hoc sepius in cor-
de suo: q me deus suaꝫ matrem dignatus
fuit facere: et q super omĩa creata me sub-
limiter voluit exaltare: z ex hoc tanta cha
ritate cepit deũ diligere: q in corde suo di-
cebat sic. Intm̃ ego gaudeo: q deus virgi-
nem mariã matrem suã habet sup omnia
charissimã: q nulla creatura vel corpalis
delectatio est in mũdo: quam ego in pmu-
tatione illius gaudij reciperem: ymo illud
gaudiũ omnibus terrenis delectationibus
preferrem: et si possibile esset: q ipsa in vno
puncto minimo: a dignitate in qua ẽ a deo
remotior fieri posset: ego magis mihi in p
mutationẽ eligerẽ in pfundo inferni eter-
naliter cruciari: z ideirco sit ipi deo pro be
nedicta gr̃a illa et immensa gloria: quã de
dit sue matri dignissime: infinita gratiarũ
actio z gloria sempiterna. Ergo o dyabole
vide modo cũ quali volũtate iste obijt: quid
itaq̃ tibi videt: vtꝝ magis iustum erat: q
aĩa eius in meaꝫ veniret defensionẽ ante
iudiciũ dei: aut in tuas manus impie cru-
cianda? E Rñdit dyabolus. Non est
mei iuris q illa aĩa in meas manus veni-
ret: que te diligit plus q̃ se: anteq̃ iudiciuꝫ
factũ sit. Sed q̃uis dictante iusticia illam
gr̃am ante iudiciũ secum fecisti: tñ post iu-
dicium: opa eius in manus meas ipsam iu-
dicabunt puniendã. Nũc o regina interro-
go te: quare nos oẽs demones a pñtia cor-
poris sui in illo exitu anime ita expulisti: q
nullus nr̃m ibi facere posset aliquẽ horro-
rem: vel incutere illi aliquẽ timorem? Re
spondit virgo maria. Hoc ego feci pro illa

ardēn charitate quam ipse habuit ad cor-
pus meū: et ꝑ illo gaudio quod habuit ex
hoc: ꝙ ego sum mr̄ dei. Jō illā grām ipetra
ui a filio meo ꝙ null⁹ malignus spūs ei ap
propinquaret vbicūqꝫ erat: et enā vbi nūc
est. F Post hec loquebat̃ dyabolus ad
iudicē dicens: ego scio ꝙ tu es ipā iusticia
et potētia: tu nō magis iudicas iniusticiaꝫ
dyabolo qꝫ angelo. Adiudica igit̃ mihi istā
aīam. Jn illa ei sapientia quā habui qñ me
creasti: scripseram omīa petā ipsius. Custo
dierā etiam omīa petā eius: in illa malicia
mea quā habui qñ cecidi de celo. Nam qñ
primo ista anīa ad illam etatē discretionis
puenit: ꝙ iam bene intelligebat esse petm̄
illud quod faciebat: tunc propria volūtas
ipsum trahebat: ad viuendū magis in mū
dana supbia et carnali delectatione: qꝫ ta-
libus resistere. ¶ Rñdit angelus. Qñ pri-
mo eius mater intellexit ipsius voluntatē
esse flexibilē ad petm̄: statim ipsa succurre-
bat ei miscdie opibus et p̄cibus diuturnis
vt ei deus misereri dignaret̃ ne ab ipso se
elongaret: ꝓpter ista deniqꝫ mr̄is sue opa:
obtinuit diuinū timorē. Jta ꝙ quotiens scīi
qꝫ cecidit in petm̄: ꝯfestim ad faciendū con
fessionem ꝓperauit. Rñdit dyabolus: Me
optet petā sua narrare. Et statim volēs in
cipere: in eadē hora clamare cepit ꝛ plange
re et in seipso diligēter inquirere: in capite
et mēbris cūctis que videbat̃ habere: totusqꝫ
videbat̃ tremere: et ex turbatōe magna
clamauit. Ve mihi misero qnō ꝑdidi meū
longū laborem: qꝛ non solū oblitus est tex-
tus et abolitus. Verūctiā tota materia cō
busta est: in qua omīa fuerunt scripta. Ma
teria autē significat tpa in quib⁹ peccauit:
que nō magis recolo qꝫ petā in eis scripta.
G Rñdit angelus. Hoc fecerūt lacrime
et longi labores multeqꝫ orōnes mr̄is sue
ita ꝙ deus cōpatiens gemitib⁹ suis: dedit
eius filio talem grām. ꝙ pro quolibꝫ petō
quod cōmisit cōtritionē obtinuit: hūilem
cōfessionē faciēdo ex diuina charitate: et iō
illa petā oblita ꝛ neglecta sunt in tua me-
moria. Rñdit dyabolus asserens se hr̄e ad
huc saccū plenū illis scripturꝫ: quib⁹ supra
dictus miles ꝓposuerat ꝙ petā sua emēda
ret sꝫ nō curauit: iō teneor cruciare eū quo
usqꝫ ꝑ penā fuerit satisfactū: que quidē pec
cata idem miles adhuc emēdare nō curauit
in vita sua. Rñdit angelus. Apri saccū ꝛ pe
te iudiciū sup illa petā: pro quib⁹ te optet
eam castigare. Quo dicto clamauit dyabo
lus sicut amēs dicēs: ego sum spoliatus in
mea potētia. Nam nō solū ablatus ē mihi
saccus verumetiā petā quibus erat reple-

tus: saccus ꝗppe erat segnicies in quo oēs
causas posui: p quibus optebat me ipsum
punire: qꝛ ꝓpter segniciē multa bona omi-
sit. Rñdit angel⁹: Te spoliauerūt lacrime
mr̄is sue: et ruperunt saccū et destruxerūt
scripturā: tantū lacrime ei⁹ deo placuerūt.
Rñdit dyabolus: Adhuc habeo hic aliq̄ ꝓ-
ferre: vicꝫ eius venialia petā. H Rñdit
angelus. Jp̄e obtinuit voluntatē de sua pa
tria pegrinari: dimittēs bona ꝛ amicos: in
multis laborib⁹ sctā loca visitādo et hec cō
pleuit: se etiā ita parando ꝙ dignus fuit a
sancta ecclīa indulgentiā consequi: deside
rabat qꝫ per petōꝝ emendationē deū crea
torem suū placare. Vñ oēs ille cause quas
iam scripsisse te dixisti: sunt indulte. Rñdit
dyabolus: Adhuc optet me tñ pro oībus il
lis venialib⁹ que cōmisit ipm̄ punire: et iō
ꝑ indulgētias minime sunt deleta: sunt eī
milia miliū: que oīa in lingua mea sunt cō
scripta. Rñdit angelus: Extende linguā ꝛ
mōstra scripturā. Rñdit dyabolus cū ma-
gno eiulatu ꝛ clamore sicut demēs: ꝛ dixit.
Ve mihi ego nō habeo vnū verbū ad dicē
dum. Nā mihi radicitus lingua abscisa est
cum virib⁹ suis. Rñdit angelus: Hoc fecit
mr̄ eius assiduis orōnib⁹ suis et labore: qꝛ
aīam ei⁹ dilexit toto corde. Jō placuit deo
ꝓpter ipsius charitatē oīa petā eius venia-
lia indulgere: que ab infātia vsqꝫ ad mortē
cōmisit: et iō lingua tua suis virib⁹ credit̃
caruisse. Rñdit dyabolus: Adhuc vnū ha-
beo in corde meo diligēter custoditū: quod
nullus pōt abolere: hoc ē ꝙ iniuste aliq̄ ac-
quisiuit: ea reddere nō attēdens. J Rñ
dit angelus. Pro talib⁹ mr̄ sua elemosinis
orōnibus et miscdie opibus satisfecit: ita ꝙ
iusticie rigor se ad miscdie blandiciē incli-
nauit: deditqꝫ ei deus ꝑfectā voluntatē: si-
ne oīm bonoꝝ suoꝝ ꝑcitate: in oībus plene
satisfacere iuxta facultatē suā: quib⁹ aliq̄d
iniuste abstulerat. Jstā enī voluntatē acce
pit deus ꝓ effectu: qꝛ diutius viuere nō va
lebat. Optet igit̃ heredes suos ꝓ talib⁹ sa
tisfacere ꝓut possunt. Respōdit dyabolus
Ergo si non habeo potestatē puniēdi cum
pro petīs: tamē oportet me ipm̄ castigare
quia nō exercuit opa bona ꝛ virtutes: quā-
do plenū sensum ꝛ sanū corpus habuit: iu
xta posse suū. Virtutes enī et opera bona
sunt illi thesauri: quos secū ad tale regnuꝫ
ferre deberet: scilicꝫ ad regnū de gloriosuꝫ.
Permitte ergo me illud supplere cū pena
quod sibi defecit in virtuosis opibus. K
Angelus respondit: Scriptū est ꝙ petenti
dabit̃: et pulsanti cū perseuerātia aperiet̃.
Audi ergo tu dyabole: Mater eius charita

tinis precibus et pietatis operibus: ad portam misericordie perseuerãter pulsauit ꝑ annos pluſq triginta omnis fundendo multa milia lacrimarũ: vt deus cordi eius spiritumsanctũ infundere dignaret: ita ꝙ bona sua corpusq et animã: idem filius suus ad dei seruitiũ libenti aĩo exhiberet. Sic etiã fecit deus: Nam ita ardẽs iste miles effectus erat: ꝙ ad nihil aliud placeret ei viuere: nisi vt dei volũtatẽ sequeret. Et ecce deus sic diu rogatus: in ipsius cor suũ benedictũ spiritũ infudit. Virgo vero mater dei dedit illi ex ꝟtute sua: quicquid sibi defecit in armis spũalibus ꝛ indumẽtis: que ptinent ad milites qui debẽt intrare in regno celi: ad summũ imperatorem. L

Sancti etiã in celesti regno collocati quos iste miles in mundo viuẽs dilexit: de suis meritis sibi consolationẽ addiderũt. Ipse enim thesaurũ congregauit: sicut illi peregrini qui quotidie caduca bona cõmutant in eternales diuitias: et qꝛ ipse sic fecit: ideo gaudiũ et honorem perpetuũ: obtinebit: ꝛ specialiter pro illo ardẽti desiderio: quod habuit peregrinãdi ad sanctam ciuitatẽ iherusalem: et pro eo ꝙ desiderauit feruenter vitã suam libenter bellãdo exponere: vt terra sancta reduceret ad dominiũ xp̄ianorũ ad hoc vt illud gloriosum dei sepulcꝝ in debita haberet reuerentia: si ad tantũ opus sufficiẽs extitisset. Et ideo tu dyabole nullam iusticiã habes illa supplere: que ipse personaliter nõ perfecit. Rñdit dyabolus Ad huc deficit ei corona. Nã si ego possem aliquid ad eius imꝑfectõem fabricare: hoc libenter facerẽ. M Rñdit angelus hoc certissimũ est: ꝙ omẽs qui seipsos vicerint de inferno petã vere penitẽdo: et diuine voluntati se volũtarie cõformando: ipsumq deũ toto corde diligendo: grãm dei consequent. Placet qꝫ ipsi deo: ex triũphali sui benedicti hũani corporis corona: eis coronã dare si scđm iusticie rectitudinem purgati fuerint. Et ideo tibi o dyabole: minime cõuenit ad eius coronã aliqđ fabricare. Tũc dyabolus hec audiẽs clamauit: impatiẽter rugiens ꝛ dixit. Ve mihi qꝛ tota memoria mea mihi ablata est. Jam enĩ nõ recolo in quibus iste miles meã secutus est volũtatẽ et quod est mirabilius: etiam oblitus sum quo noĩe dum vixit vocabat. Respondit angelus scito ꝙ modo in celo vocat filius lacrimarũ. Dyabolus vero clamãs alte respondit. O qꝫ maledicta est illa scrofa seu porca mater eius: que tam proliuũ habuit ventrẽ: ꝙ tanta aqua in ipsam infusa fuit: ꝙ oĩa ventris eius spacia impleta fuerunt humoribus lacrimarꝝ: sit ipsa maledicta a me ꝛ a tota mea societate. Rñdit angelus Tua maledictio honor dei est: et oim amicorum suorũ benedictio. Tunc aũt loquebatur iudex xp̄s sic dicens: Recede tu inimice dyabole. Deiñ dixit illi militi: Veni tu o mi electe: ꝛ statiꝫ fugit dyabolus. N

Tũc sponsa hec vidẽs dixit: O eterna virtus ꝛ incõprehensibilis tu ipse deus et dñe iesu xp̄e: tu omẽs cogitationes bonas cordibus infundis: orationesq ꝛ lacrimas: tu occultas tuo gratiosa dona: conferẽs pro eis eternalit: ꝑmia gloriosa. Sit igit tibi honor et seruiciũ et gratiarũactio de omnibus que creasti. O dulcissime deꝰ meus tu es mihi charissimus: et vere charior mihi qꝫ corpus et aĩa mea. Angelus qꝫ tũc loquebat eidem sponse xp̄i dicẽs. Tu scire debes: ꝙ hec visio nõ solum pro consolatione tua a deo tibi mõstrata est: sed etiã vt amici dei itelligere possint: quantũ ipse facere dignat pro amicorum suorꝝ orõnibus et lacrimis ꝛ laboribꝫ: qui pro alijs charitatiue orant et laborant cũ perseuerãtia et bona volũtate. Scire etiã debes: ꝙ iste miles filius tuus talem grãm nõ habuisset: nisi qꝛ quia ab infantia voluntatẽ habuit diligere deũ et eius amicos: et in peccati casibus se libenter emendare.

Hanc reuelationẽ habuit dña Birgitta in sancta ciuitate iherusalẽ prima vice qua intrauit in ecclesiam scti sepulcri. In qua xp̄s declarat indulgentiã et grãm qꝫ boni peregrini habent in dicta ecclesia cũ ibi adueniunt cũ recta intentione et sancto proposito. Capitulũ XIIII

Ilius loquebat spõse.

f

Quando intrastis templũ meũ dedicatũ sanguine meo: sic mũdati estis ab oibus peccatis vestris: sicut si tunc leuati essetis de fonte baptismatis. Et propter labores et deuotionẽ vestram: alique aĩe ꝯsanguineorum vestroꝝ que erant in purgatorio: hodie liberate sunt: ꝛ intrauerunt in celũ in gloria mea. Nam omẽs qui veniũt ad locum istum cũ volũtate ꝑfecta se emendãdi iuxta meliorem consciam suã nec volẽtes reciduare in priora petã: his omnia petã priora totaliter dimittunt: et augent eis gratia proficiendi.

Hanc visionẽ vidit xp̄i sponsa dña Birgitta in iherusalem in ecclesia sancti sepulcri in capella montis caluarie: die veneris post Ascensionis dñi: vbi vidit rapta in spũ totaꝫ passionem dñi seriose: que hic latius continet. Capitulũ XV

Ad montem caluarie
a dū essem mestissima plorās. A
Vidi dñm meum nudū et flagella
tum ductū p iudeos ad crucifigendu: qui
diligenter ab eis custodiebat. Vidi quoq
tūc foramen quoddā excisum in monte: et
crucifixores incircuitu patos ad opandu
crudelitatē. Dominus aūt conuersus ad me
dixit mihi. Attende tu qr in isto foramine
petre infixus fuit pes crucis mee tpe passio
nis: et statim vidi qualiter ibi crux eius a iu
deis figebat et firmabat fortiter in forami
ne petre montis cū lignis confixis cū mal
leo validissime circūquaq vt crux solidius
staret ne caderet. Cū igit crux ita solide fir
mata esset ibidē: statim adaptabant tabu
le lignee in circuitu stipitis crucis p modū
graduū vsq ad locū vbi pedes eius crucifi
gi debebāt vt possent p illos gradus tabu-
larum: tam ipse q crucifixores ascēdere: et
sup tabulas illas aptiori mō stare ad cruci
figendū eum. B Post hoc aūt ascēde-
runt ipsi p illos gradus ducētes eum cū ir
risione et vituperio maximo: qui gratāter
ascendēs velut agnus mansuetus ductus
ad immolandū cū esset iam sup tabulas il-
las nō coactus: sed statim volūtarie exten
dit brachiū suū et apta sua dextera manu:
posuit eā in cruce quā illi seui tortores im
maniter crucifixerūt pforabant eam clauo
per illā ptem qua os solidius erat: cūc etiā
trahentes cū fune vehementer manū eius
sinistram: cruci affixerūt eam simili modo
Deinde extenso corpe vltra modū in cruce
posita fuit vna tybia eius super aliā: et sic
iūctos pedes affixerūt in cruce duobus cla
uis et intm̄ extenderūt illa gloriosa mem-
bra in cruce vehemēter: q quasi omēs vene
et nerui eius rumpebant. Quo facto coro
nam de spinis quā deposuerant de capite
eius cū crucifigeret iterum imposuerūt et
aptauerūt capiti suo sacratissimo que: tam
fortiter pupugit reuerendū caput eius: q
oculi sui repleti fuerūt ilico fluente sangui
ne. Aures qz obstruebant: et facies et bar-
ba quasi tegebant et intincta erant illo ro
seo sanguine: et statim illi crucifixores et mi
lites amouerūt velociter omēs tabulas il
las que adherebant cruci: et tūc remansit
crux sola et alta: et dñs meus crucifixus in
illa. C Cunq ego repleta dolore respi
cerem crudelitatē eoꝝ: vidi tunc eius matrē
mestissimā in terra iacentē: et quasi tremē-
tem et semimortuā quam consolabantur
Johannes et alie sorores eius: que tūc sta
bant nō longe a cruce ad eius partē dexte
ram. Dolor igit nouus cōpassionis illius
sanctissime matris intantū transfixit me:
q quasi sentiebam q cor meū pertransibat
quidā gladius acutus importabilis amari
tudinis. Surgens tandem tunc illa mater
eius dolorosa quasi exinanita corpe respe-
xit ad filium suū et sic stabat sustētata a so
roribus tota stupore suspēsa: et velut mor
tua viuēs gladio doloris transfixa: quā cum
filius respexisset et alios amicos plorantes
voce flebili cōmendabat eam Johanni: et
bene cernebatur in gestu eius et voce: q cor
eius ex cōpassione matris penetrabat acu
tissime sagitta doloris immensi. Tunc aūt
oculi eius amabiles et decori apparebāt se
mimortui os eius erat apertum et sanguino
lentum. Vultus pallidus et submersus to
tusq liuidus et intinctus sanguine: corpus
quoq totū erat quasi liuidū et pallidū: et
languidū valde: ex continuo fluxu decurrē
tis sanguinis. Cutis etiā et caro illa virgi
nea sanctissimi corporis eius ita delicata et
tenera erat: q ex modica pcussione illata:
signū liuidum exterius apparebat. D
Aliquādo vero conabat ipse extensiones fa
cere in cruce pre amaritudine nimia quam
sentiebat intensi doloris acutissimi. Nam
quandoq dolor de mēbris eius et venis p
foratis ascēdebat ad cor: et vexabat eū cru
deliter intēso martirio: et sic mors eius p-
longabat et dilatabat: cum tormento gra
ui et vrgenti amaritudine. Tunc igit ille
anxius pre nimia doloris angustia et vic-
tus iam morti: ad patrē clamauit alta vo
ce et flebili dicēs O pater quare dereliquisti
me: habebat et tūc labia pallida: et linguā
sanguinolentā. Ventrem submissum cohe
rentem dorso acsi nulla intus habuisset vi
scera. Secūdo quoq clamauit iterum cū
anxio dolore maximo O pater in manus
tuas cōmendo spiritum meū: et tūc caput
eius erigens se aliquantulū statim inclina
uit se et sic emisit spiritū. Que tūc mater
eius videns tota cōtremuit pre immensa
amaritudine volens cadere in terrā: nisi q
sustentabat ab alijs mulieribus. In illa igit
hora manus illius aliquantulū se retraxe-
runt a loco pforationis clauorū pre nimio
pondere corporis: et sic corpus eius quasi su-
stentabat a clauis quibus pedes crucifixi
erant. Digiti aūt et manus et brachia: ma
gis iam extensa erāt q ante. Spatule ve-
ro et dorsum eius quasi stringebant ad cru
cem. E Tunc deniq circūstantes iu-
dei irridētes clamabāt contra matrē eius
multa dicētes. Alij namq dicebant: maria
iam mortuus est filius tuus. Alij vero dice-

bant alia verba irrisoria: et sic stantibus turbis in circuitu venit vnus accurrens cū furia maxima: et infixit lanceā in eius latere dextero: tam vehemēter et valide ꝙ quasi per aliā partē corporis lancea voluit ptransire. Quod cum extraheret lancea de corpe: statim abundāter exibat de vulnere illo cū impetu quasi quidā fluuius sanguinis: ferrum vero lancee et aliqua pars haste rubicūda exibant de corpe ꝛ intincta sanguine. Que vidēs mater ita vehemēter ꝯtremuit cū amaro gemitu: ꝙ bene cernebaẗ in eius facie et gestu: ꝙ aīa eius tūc penetrabaẗ acuto doloris gladio: his aūt expletis cum turbe multe recederēt deposuerunt dn̄m: quidā amici eius: quē tunc pia mater recepit inter sua brachia sanctissima ꝛ reclinauit cū sedens in genu suū: totum vulneratum dilaceratū et liuidū: et tūc tersit mater eius mestissima cū lintheo suo totū corpus ipsius ꝛ vulnera clausitq̧ eius oculos deosculādo eos et inuoluit eū in syndone mūda: et sic duxerūt cum eū planctu et dolore maximo: et posuerūt eū in sepulcro.

Conqueriẗ xp̄s sponse de omnibus principibus terre et p̄latis ecclesie et eo ꝙ nolunt habere in memoria nec recordari talium dolorū et passionis sue: nec volūt considerare illa sacra loca terre sancte: et comminaẗ eis nisi se emēdauerint.

Capitulū XVI

l Oquebatur post hec xp̄s in eadem hora eidē sponse sue beate Birgitte dicens. A Hec em̄ que vidisti nūc: et alia que ego sustinui principes mūdi non attendūt: nec etiā loca cōsiderant in quibus ego natus sum et passus: qꝛ ipsi similes sunt homi̅ habēti locum designatū pro bestijs et feris indominis: in quē dimittens canes venaticos delectaẗ in aspiciēdo cursum canū et ferarum. Sic per simile principes terre et p̄lati ecclesiarū: et omnes status mūdi auidius et libentius aspiciūt delectamēta terrena: q̄ʒ mortem ꝛ passionem meā et vulnera mea. Ideo mittā eis ad huc ꝑ te verba mea qui nisi mutauerint corda sua et ea ꝯuerterit ad me: condemnabunẗ cū illis qui partiti sunt vestimēta mea: et sup̱ vestem meā miserunt sortem.

Additio. Sequiẗ reuelatio facta beate Birgitte in famagusta.

f Ilius dei loquiẗ hec ciuitas est gomorra ardēs igne luxurie et supfluitatis ꝛ ambitionis Jd̄o ruent structure eius et desolabiẗ, et minuetur: ꝛ habitatores eius migrabūt ꝛ pre dolore et tribulatōe ingemiscēt et deficiēt et nominabiẗ confusio eius in multis terris: qꝛ iratus sum eis. B De duce qui cōscius erat in ortis fratris sui. Xp̄s loquiẗ: Hic audacter dilatat supbiam suā: gloriaẗ de incōtinentia sua: nec attēdit quid fecerit in proximū suum. Ideo nisi se humiliauerit faciam iuxta cōmune prouerbiū. Non leuius plorat qui post flet q̄ʒ qui plorat an̄. Nam non leuiorē mortem habebit q̄ʒ frater ꝑmo amariorē nisi cito se emendet. De confessore ducis. Xp̄us loquiẗ: Quid tibi dixit frater ille? Nōne quia dux bonus est et melius viuere non pōt: excusans incontinentiam eius. Tales nō sunt confessores sed deceptores: qui vadūt tanq̄ʒ oues simplices. Sed vermis sunt vulpes et adulatores. Tales sunt amici illi: qui vident ꝛ proponunt hominibus assumptiones et delectiones: propter modicum tꝑale. Ideo si iste frater sedisset in cōuentu minus peccasset et minus obtinuisset suppliciū et maiorem coronam. Nunc aūt non effugiet manū increpantis et tribulātis. C Quidam consuluerunt dn̄e Birgitte mutare vestes: ꝛ denigrare facies ꝓpter sarracenos. Xp̄s loquitur quid cōsuluit tibi. Nonne deformare vestes et denigrare facies? Nūquid ego deus qui precipio tibi: ne sum sicut ille qui ignorat futura: aut sicut impotēs qui oīa formidat? Nequaq̄ʒ: Sed ego sum ipsa sapientia ipsa potentia: qui et oīa prescio: et omnia possum. Ideo tenete modū consuetum in vestibus et facie: et voluntatem vestram mihi dimittite. Ego em̄ qui seruaui saram a manibus captiuantiū: seruabo et vos in mari et terra: et sicut expedit vobis ꝓuidebo vobis. E De episcopo Alphōso. Mater loquiẗ: Amicus meus debet diligere te sicut matrē: sicut dn̄am: sicut filiā et sicut sororem: Sicut matrē propter etatem: et propter consilia requirenda. Sedo sicut dn̄am propter gratiā tibi datā a deo: qui per te ondit secreta sapientie sue. Tercio sicut filiā: docendo et ꝯsolando et prouidendo tibi vtiliora. Quarto sicut sororē arguendo cū fuerit oportunū et amonendo: et incitando ad perfectiora verbis ꝛ exemplis. Itē dicti: Ipse debet esse sicut ille qui portat flores optimos: hi sunt verba mea que dulciora sunt melle sapientibꝫ ea acutiora et penetrabiliora sagittis: efficaciora remuneratōe. Optet ḡ portantē cauere floribꝫ a vēto pluuia ꝛ estu. A vento. s. mūdane locutōis. A pluuia. s. carnaliū delectationū. Ab estu mundani fauoris. Qui

V Ere charitatis amator: et ipsa charitas deus est. A Qui etiā suis magnā charitatem ostēdit: quādo pplm israel de egyptiaca servitute sua potentia liberavit: opulentissimam terram eis conferens: in qua cū omni libertate feliciter habitarent. Hoꝝ quippe prosperitati: callidus hostis plurimum invidēs: cavillationibꝫ suis traxit eos infinities ad peccandū. Illi aūt machinamētis dyaboli minime reluctari conantes: sed ydolorum culturam misere ducti sunt: pro nihilo reputantes legē mosaycā: federisq̧ illud obliviscentes: et stultissime negligentes: qd pepigit deus cum abraam. Respiciens vero post hec deus misericors amicos suos recta fide et vera charitate: vnus cū legis observatiōe ei devote servientes: ipsos clemēter visitavit et vt ipsi in divino servitio ardētiores fierēt prophetas in medio eorū suscitavit: vt per eos si vellent etiam inimici dei ad eius amorē et ad rectā fidem reverterent. B Unde vere est notandū q sicut torrens qui de montis cacumine in vallē profundā laberet omnia in seipso fluentia secum in vallem produceret: que post aque motū emergere viderent: ita spūssanctus prophetarū cordibꝫ illabi dignabat: ex eoꝝ labijs illa secū producēs eloquia: que ad correctionē huius erratici mundi voluit divulgare. Inter omnia vero q per hunc mellifluū torrentē: spūssancti eis illapsa sunt: hoc ipsoꝝ cordibꝫ dulcissime influxit: hoc quoq̧ ex eoꝝ labijs delectabilius emanavit: q s. omniū creator deus de intemerata virgine nasci dignaret: et q emendatione et sanctificatiōe sua: animas illas ad gloriā eternā redimeret: quas sathanas per petm̄ ade precipitavit ī miseriā. Noverūt etiā ex huius torrentis influentia: deū patrem ad hominis liberationem: ita benivolum velle existere: q suo vnigenito filio nō parceret: filiū quoq̧ patri ita obedientem velle esse q carnē mortalē assumere nō negaret: atq̧ spūmsanctū cū filio libētissime velle mitti: qui tñ a patre nequaq̧ separatus fuit. C Sed hoc etiā prophetis satis liq̄bat. s. q ille sol iusticie dei filius in mundū non veniret: anteq̧ stella ex israel orireť: q̄ calore suo fervori solis possꝫ appropinquare. Per hanc igiť stellam intelligiť virgo q̄ deū parere debebat. Per calorē vero sua ferventissima charitas: qua deo ita appropinquare debebat: et deus ei: q omnē suā volūtatem deus cum ipsa perficeret. Et vere sicut prophete ab hoc sole increato: et omnia creantem verbis et operibus consortationem adepti sunt: ita et deus per hanc prescientiā qua sciebant hanc stellam. s. mariā esse creandam: in ipsoꝝ tribulationibus magnam consolationem eis largitus est. Dolebāt ei vehementer prophete videntes filios israel: pro superbia et carnis petulantia legem moysi sic deserere: et elongata ab eis divina charitate iram dei super eos irruere. D Exultabant aūt prenoscentes: q ipse legum dictator et dn̄s ex tua hūilitate et tue vite puritate: o maria stella prefulgida placareť et q reciperet eos in suam gratiam: qui ipm̄ ad iram provocaverant: et suam indignationē miserabiliter incurrerunt. Dolebant insuper prophete: qz templum in quod oblatiōes dei offerri debebant erat desolatū: exultabant vero previdentes q templū tui benedicti corporis creari debebat: quod ipsū deū cū omni consolatione in se suscepturū erat. Dolebant etiā quia destructis muris et portis hierusalem: inimici dei fuerant ingressi expugnantes eā corporaliter: sathanas autem spiritualiter. Sed exultabant de te: o maria porta dignissima: prescietes in teipsum deum fortissimū gigantē: assumpturum arma: quibꝫ dyabolū et oīs inimicos devincere debebat: et sic vere prophete: sicut et patriarche: de te o dignissims mater maxime consolati fuerunt. Tu aūt.

In istis tribus lectionibꝫ subsequentibꝫ tractat angelus de virginis conceptione et de eius nativitate: et quō ipsam deus dilexit adhuc etiā dū esset in vtero mr̄is sue.

Feria quarta. Lectio pma. Absolutio Nostre tenebras ignorantie: illuminet virgo mater sapientie. Amen. Cap. X

E Rant homines ante legem datā moysi: longo tpe ignorantes quomō se et actus suos in hac vita regerent. A Unde illi qui divine charitatis ardore flagrabāt: sicut deo placere opinabant: opa sua et mores sollicite ordinabant. Alij vero qui amorē dei nō habebant: timore dei contempto quicquid placebat eis faciebant. Horū igiť ignorātie divina bonitas misericorditer condescendens: per moysen servum suū legem constituit: per quā ad omnē dei voluntatē regerent. Hec deniq̧ lex qualiter deus diligereť et proximus: et qualiter coniugiū inter virū et mulierē honesto et divino iure tenereť edocebat: vt ex tali cōiugio illi procrearent: quos deus vocare vellet suū populū. Et vere huiuscemodi cōiugium: deus intantum diligebat: q ex eo decrevit humanitatis sue: honestissimā genitricem accipere. B Unde quemad-

modum aquila que in sublimi aere volitās ꝑlustratis pluribus nemoribus: vnā arborem tam firmiter radicatam eminus respiceret: ꝙ ex ventorū impulsibus euelli non posset: stipitem quoq; eius ita ꝑcerin: ꝙ ꝑ cum nemo valeret ascendere: que etiā in tali loco staret: ꝙ impossibile videret: ꝙ aliquid sup eā a parte supiori caderet. Et hāc arborem aquila diligentius intuens: nidū in quo quiescere vellet in ea ꝯstrueret. Ita deus qui huic aquile compat: cuius cōspectui omnia futura: sicut et presentia clara sunt & aperta: dū vniuersa iusta & honesta coniugia: que a primi hominis creatione: vsq; in diem nouissimum fieri debebāt prospiceret: nullum simile ioachim & anne coniugio: in omni diuina charitate & honestate ꝓrendit. Et idcirco ei placuit: de hoc sancto cōiugio honestissime sue matris corpꝰ: qđ ꝑ nidū intelligit generari: in quo ipse cū oi consolatione dignaret quiescere. C

Congrue quidē decoris arboribus: deuota comparant coniugia: quoꝝ radix est vnio talis duorum cordium: vt scȝ ꝑ illa sola ratione coniungātur: ꝙ ipsi deo honor & gloria inde ꝓueniat. Conuenienter etiā fructiferis ramis ipsoꝝ cōiugū volūtas similatur: qm̄ in omnibꝫ suis opibus: ita timorem dei obseruant: ꝙ etiā tm̄modo causa ꝓlis: ad laudem dei procreande iuxta dei preceptum se inuicē honeste diligant. Taliū deniq; cōiugioꝝ sublimitatē: viribꝫ vel artibꝫ suis insidiator neqt attingere: qm̄ ipsorum gaudium nō est aliud nisi vt deo rependat honor & gloria: et qm̄ nulla etiam eos commolestat tribulatio nisi dei offensa et inhonoratio. Tunc aūt in tuto loco stare videntur: qm̄ honoꝝ mundialiū siue diuitiaꝝ affluentia: ipsoꝝ aīos ad suū amorē seu supbiam nō valet allicere. D Unde qꝛ tale Joachim & Anne ꝯiugiū: deus ꝓuidit fieri debere: ꝓpterea domiciliū suū: vicȝ corpꝰ sue matris ex ipso colligi preordinauit. O Anna mater reuerenda: q̄ȝ preciosum thesaurum in tuo baiulasti vtero qm̄ Maria q̄ mater dei fieri debebat in ipso quieuit. Vere sine omni ambiguitate credendū est: ꝙ materiā illā statim qm̄ in anne vtero concepta & collecta fuit: de qua maria formari debebat ipse deus plus diligebat q̄ȝ oīa humana corpa a viro & muliere generata & generanda ꝑ mundum vniuersum. E Unde venerabilis Anna: vere nuncupari pōt. oīpotentis dei gazophilacium: quia ipsius thesaurum sup omnia sibi amabilē in suo vtero recondebat. O q̄ȝ prope erat iugiter cor dei huic thesauro. O q̄ȝ pie et alacriter huic thesauro: oculos sue maiestatis infixit qui postmodū in euangelio suo sic ait. Ubi est thesaurus tuus: ibi est cor tuū. Et ideo vere credibile est: angelos ex hoc thesauro nō modicū exultasse qm̄ conditorem suum quē plus seipsis diligebāt: ita illū thesauꝝ diligere cognoscebant. Qua propter bene esset cōueniens et dignū: ꝙ dies illa ab omnibus in magna reuerētia haberetur: qua materia illa: in anne vtero cōcepta et collecta fuit: ex qua benedictū corpus mr̄is dei formari debebat: quā ipse deus et oēs eius angeli tāta charitate ꝓamabant. Tu aūt.

Feria quarta Lectio. ij. Absolutio. Stella Maria maris: succurrat ꝑpetuo nobis Amen. Capit. XI

Einde. Postquā illa

D A būdicta materia: congruo tpe formatū corpus hūit: in aluo matris sicut eam decuit: tūc aurit thesauꝝ suum rex oīs glorie. s. infundendo ei viuentē aīam. Et queādmodū apis arua florida circūuolans: vniuersa mellifera gramina diligētius ꝑscrutat qꝛ ex naturali sciā nouit discernere: vbi pullulat flos ameinoꝛ: quē si forte ex folliculo adhuc erūpere nō viderit: nihilominus tn̄ eius ortū: cū desiderio delectabiliter prestolat: vt ad suū placitū ipsius dulcedine ꝑfruat. Simili mō celestis deus qui oīa oculis sue maiestatis clarissime intuet: qm̄ mariam in secreto materni vteri: adhuc latitare ꝓspiciebat: cui i eterna sua prescia: nullū hoīem totius mundi in omi virtute similē nouit debere existere cū omi ꝯsolatione et gaudio ipius ortū expectabat: vt ꝑ ipsius vginis charitatē dulcedinē sua supabundās diuina bonitas pāderet. B O q̄ȝ clare emicuit in anne vtero aurora ꝯsurgens: qm̄ in eo marie corpusculū: ꝑ aduentū aīe viuificatū extitit: cuius ortū videre angeli et hoīes: tāto desiderio desiderabāt. Ueruntn̄ notandū est: ꝙ sicut hoīes illas terras inhabitātes: vbi sol nocturno etiā sic & diurno tpe: suis radijs eos illustrat: aurore ortum nō optant causa luminis: cū solis splēdoꝛ aurore luce lōge sit clarioꝛ. Sȝ qꝛ apparēte aurora: intelligūt solē altius debere ascēdere: suosq; fructus quos in horrea sperāt colligere ex eius caloris būficio: ꝑfectius & citius debere maturescere. Illaꝝ aūt partiū inhabitatores: vbi noctis tegunt caligine: ex eo nō solū gratulant ꝙ post aurore ortū: solem debere oriri cognoscūt: ymo etiā ex hoc maxime gratulant: qꝛ intelligūt ꝙ surgēte aurora: agenda sua videre sufficiunt. C Cō

similiter modo sancti angeli regni celestis inhabitatores: aurore ortū hoc est marie natiuitatem: nō desiderabant causa luminis: quia verus sol qui ipse deus est: ab eorum aspectu nequaq̄ recessit: sed idcirco ipsam cupiebant in hoc mundo nascendo oriri: q2 prenoscebant deum qui soli assimilatur: ꝑ hanc auroram maximam suam charitatē que ꝑ calorem intelligitur: velle manifestius ostendere: atq̄ homines qui deū diligerēt: ꝑ bona opera fructiferos debere effici: et ꝑ cōstantē in bono ꝑseuerantiā: eos maturos fieri: vt eos angeli in illa eterna horrea: q̄ celesti gaudio comparantur valerent congregare. Homines vero huius tenebrosi mundi matris dei ortum prescientes: nō solum ex hoc gauisi sunt: q2 intelligebant q̄ ipsorum liberator ex ipsa nasci debebat: verū etiam ex eo gaudebant q̄ istius gloriose virginis honestissimos mores viderent: et quid agendum siue fugiendū esset: ex ea plenius addiscerent. D Hec etiam virgo: virga illa extitit quā esaias de radice iesse egressuram ꝑdixit: florem q̄ ex ea debere ascendere super quē spūs dñi requiesceret: ꝓphetauit. O virgam ineffabilem: que dū in Anne vtero crescebat: medulla eius in celo gloriosius ꝑmanebat. Hec itaq̄ virga tam gracilis erat q̄ in aluo matris faciliter versabatur. Medulla vero ipsius in longitudine et latitudine tā immensa et grandis erat q̄ nullis mēs ipsius magnitudinem excogitare sufficiebat: Nō enī valuit virga florē ꝓferre: anteq̄ medulla ꝑ suum introitū sibi virtutē germinandi conferret: nec etiā virtus medulle manifeste apparuit anteq̄ virga suū humorē medulle addidit. E Hec denique medulla gloriosa erat filij dei: quē licet pater ante luciferū genuit: in flore tñ. i. in humano corpore nō apparuit donec de consensu virginis: q̄ ꝑ virgam designatur: huius floris materiam ex eius purissimo sanguine in eius virginali vtero accepit. Et q̄uis hec benedicta virgula. s. gloriosa maria: a materno corpore separabatur in sua natiuitate: verumtamen dei filius nō magis a patre separatus est: qñ virgo ipm in tempore corporaliter peperit: q̄ qñ pater eum sine corpore intemporaliter genuit. Spūs quoq̄ sanctus ab eterno inseparabiliter erat in patre et filio: q2 sunt tres persone et vna diuinitas. Tu aūt.

Feria quarta. Lectio. iij. Absolutio.
Matris xpi gloriosa natiuitas: sit nobis ꝑpetua iocunditas. Amen. Ls. XII.

Sit sicut eternaliter patri et filio et spiritui sancto vna erat diuinitas: ita et in eis nunq̄ fuit diuersa volūtas. A Vnde quēadmodū si de vno accenso rogo tres flamme ꝓcederent: ita ex diuine volūtatis bonitate: tres charitatis flamme: ad vnius operis ꝑfectionem equaliter processerunt. Flamma enī charitatis a patre procedēs: lucidissime ardebat coram angelis: quando ipsius volūtatem esse nouerunt: suū dilectum filiū pro captiui serui liberatione: velle benigniter exponere. Charitatis flamma procedēs a filio non latuit quādo ad patris nutum: semetipm exinanire voluit: accipiēdo formam serui. Flamma quoq̄ charitatis procedens a spūsancto: non minus feruens videbatur: quādo patris et filij suiq̄ ipsius voluntatē: per manifesta opa demonstrare paratum se exhibuit. Et q̄uis huius diuine volūtatis feruentissima charitas: ꝑ oēs celos radiabat: indicibilē consolatōem ex sua claritate angelis conferens: ex hoc tñ humano generi redemptio: scdm eternā dei preordinatiōem venire nō poterat: anteq̄ maria esset genita: in qua tam feruēs charitatis ignis accēdi debebat: q̄ eius odorifero fumo sublimius ascendente: ignis qui in deo erat seipm in eum infunderet: et per eū huic frigescēti mundo illaberetur. B Hec denique virgo: post suam natiuitatē noue lucerne sed nondū accense similis erat: quā ita tñ accēdi oportuit: q̄ sicut dei charitas: que tribus flammis assimilatur: in celis radiabat: simili modo hec electa lucerna maria: alijs tribus charitatis flammis: in hoc tenebroso mūdo radiaret. Prima quippe flāma marie: corā deo satis lucide resplenduit: qñ ad dei honorē virginitatem immaculatā: vsq̄ ad mortē firmiter seruare ꝓmisit. Hanc vtiq̄ honestissimā virginitatē: ita deus pater concupiuit: q̄ suū dilectum filiū cum sua filijq̄ ac scti spūs diuinitate: sibi mittere dignatus est. Secūda marie charitatis flāma in hoc apparuit: q̄ in omnibus humilitate inexcogitabili iugiter seipam depressit: quod certissime dei benedicto filio sic placuit q̄ ex eius humillimo corpore: venerabile illud corpus dignatus est assumere: quod quidē super omnia in celo et in terra decuit eternaliter sublimari. C Tercia q̄z flamma: erat sua ꝑ omnia laudabilis obedientia: que sanctū spiritum: ita sibi attraxit: q̄ per eū oīm gratiarum donis repleta fuit. Et q̄uis hec bñdicta noua lucerna his charitatis flāmis: nō statim post natiuitatē suā accensa fuerit: q2 erat ei sicut alijs infantulis corpus exiguū: et tener intellectus: ꝓpter quod volūtatem dei intelligere non poterat: deus tñ

de ea qȝqȝ adhuc nihil meruisset: magis gratulabat: qȝ de oim hoim beneficijs: q̄ añ eā fuerant geniti per mūdū vniuersum. Nā quemadmodū bonus cytharista cytharam non paratā diligeret: quā tñ vere prescıret dulcissime resonare: ita omniū plasmator: marie corpus et animā in eius infantia summe diligebat: quia ipsius verba et opera super omnē melodiā sibi placere presciebat. D Credibile etiam fore dinoscit: ꝙ sicut marie filius statim pfectum sensuz habuit quando in eius vtero humanatus extitit: sic et maria post suam natiuitatē in iuniori etate qȝ alij infantes sensum et intellectū adepta fuit. Cum igit deus et angeli: de ei9 gloriosa natiuitate in celo gauisi sunt: homines etiā ipsius natiuitatē in mundo cū gaudio recolant: referendo p ea oīm creatori ex intima cordibus laudem et gloriam qui eam ex omnibus que creauit pelegit ipsamqȝ inter ipos peccatores nasci preordinauit: que peccatoꝝ liberatorem sanctissime generauit. Tu aūt domie.

In istis tribus lectionibus subsequentibus ostēdit angelus: quō se vgo Maria gerebat postqȝ sensum et dei noticiā habuit et de eius aie et corporis pulcritudine. Et quō eius voluntas omnes sensus suos edomuit: et de ɔceptione filij dei in virginis vtero ac de ipsius gloriosa natiuitate in hūc mūdum. Feria. v. Lectio prima.

Absolutio. Alma virgo virginū: intercedat p nobis ad dñm. Caplm XIII

Benedictū marie corpus: congrue mūdissimo vasculo similari ɔuenit. A Eius qȝ aia lucerne clarissime ipiusqȝ cerebrū aquarūz puteo in altū salientiū: ac deinde in vallē pfundam descendentiū: Nam cū virgo ad illam etatē deuenit: qua verū deū intelligere potuit in celis existere: et ꝙ ipse omnia et hominē specialiter ad suum creasset honorem perpetuū: iudexqȝ oīm esset iustissimus: tunc sensus et intellect9 a cerebro virginis: instar aque de scaturiēte fonte decurrentis: in celi fastigium saliebat: ac deinde in vallem. i. in humillimū eius corp9 decurrebat. Nam sicut cantat ecclesia: egressuz filij dei a patre: et ei9 regressum fuisse ad patrem: qȝqȝ neuter ipsoꝝ ab altero vnqȝ disiunctus fuerit: ita sensus et intellect9 virginis in celoꝝ celsitudinē frequenter ascēdēs deum constanter per fidem apprehendat: cuius dulcissima charitate suauiter amplexata in seipsam redibat. Hanc quoqȝ charitatē cū rationabili spe et diuino timore ipsa firmissime tenuit: p ipsam charitatē ita inflāmans aiam ꝓpriam: ꝙ velut feruentissimus ignis: i. dei amore flagrare cepit. B Hic etiā virginis sensus et intellectus corpus suū ad obsequendū deo ita subiecit aie ꝙ extūc corpus cū omi hūilitate obediuit ei. D qȝ sceleriter sensus et intellectus vginis: dei charitatē cōprehendit. D qȝ prudēter ipsam sibi thesaurizauit. Vñ sicut si alīquod liliū transplantatū esset: quod trib9 radicib9 se terre infigeret: quib9 ipsam etiā solidiorē efficeret: tres qȝ flores delectabiles: ad intuentiū consolatōem sursum expanderet. Sic vtiqȝ diuina charitas huic gloriose terre. s. virgini nostre diuinitus inserta: ipsius corpus tribus fortissimis virtutibus: qsi tribus radicibus se infixit: p quas etiā ipsum corpus vginis fortificauit: tribusqȝ ornamētis: veluti trib9 prefulgidis floribus: virginē quo ad aiam: ad dei ac angelorū ipsam intuentiū leticiā: honorifice adornauit. C Prima igit ipus corporis fortitudo discrete abstinētie: ita cibū et potum in ipsa tpabat: ꝙ propter aliquā superfluitatē: a dei seruitio nequaqȝ ipam retraxit vlla segnicies: nec pter immoderatam parsimoniā: ad agenda sua vnqȝ fiebat imbecillia. Secūda vero fortitudo tēperantie vigiliarū: ita corpus suum moderabat: ꝙ propter somni breuitatē nullo tempe quo ipsam vigilare oportuit aliqȝ torpebat grauedine: nec propter soporis nimietatē: statuta vigilie tempa: in minimo puncto breuiabat. Tercia qȝ fortitudo fortis cōplexionis corporis virginis: ipsam virginē tam cōstantem effecit: ꝙ laborem et corporalē aduersitatē et transitoriam corporis felicitatem: equanimiter ferebat: de corpis aduersitate nō dolens: et de eius felicitate nequaqȝ exultans. D Hoc insup primū erat ornamentū: quo diuina charitas virginez quo ad aniam exornabat: ꝙ scz premia illa que deus amicis suis largiturus erat: omnium rerū pulcritudini in animo suo preferebat: et idcirco mundane diuitie: velut fetidissimū lutum sibi vilescebāt. Hoc deniqȝ quasi scdm ornamentū: ipsius animam decorabat: ꝙ. s. intellectu suo pfecte discernebat: quā incomparabilis honor mundanus existit glorie spūali: propter quod mūdanam gloriā audire sic abhorrebat: sicuti corruptū aerem: qui suo fetore multoꝝ vitam breuiter extinguit. Illud vtiqȝ ipius aiam glorificabat quasi ornamentū terciū ꝙ oīa deo placētia in corde suo reputabat dulcissima: illa quoqȝ felle amariora: que deo erant odiosa et ɔtraria: et ideo ipa vo

luntas virginis: tam efficaciter ipsius animam trahebat ad desiderandū veram dulcedinem: ꝙ post hanc vitam eã gustare nõ oportuit spūalem amaritudinē. E Ex his quippe ornamentis sup omnia q̃ erãt creata: virgo ipa tampulcre in anima redimita apparuit: ꝙ creatori placuit oĩa sua pmissa ipsa mediante pficere. Erat enī ex charitatis virtute ita roborata: ꝙ in nullo bono opere tabescebat: nec quidē in minimo puncto: vnq̃ʒ in eã inimicus p̃ualebat. Vere proculdubio est credendū: ꝙ sicut ipsius anima corã deo ⁊ angelis erat pulcerrima: ita et eius corpus in cunctoꝝ oculis eam intuentium fuit gratissimū. Et quemadmodū deus ⁊ angeli: de eius animevenustate gratulabant̄ in celis: ita etiã gratissima eius corpis pulcritudo omnibus eã cernere cupientib' vtilis fuit et cõsolatoria in terris. Videntes enī deuoti: in quanto feruore illa deo famulabat̄: ad dei honorē feruentiores efficiebant̄. In his autē qui ad peccandū pnissimi erant: ex eius verborū et gestuū honestate: statim peccati feruor extinguebat̄ q̃ʒdiu ipsam cõspiciebant. Tu aūt dñe.

Feria quinta. Lectio .ij. Absolutio.
Virgo ab angelo salutata: nostra dignet̄ abolere peccata. Amen. Ca. XIIII.

Nulla lingua narrare

sufficit. A Q̃ prudēter sensus ⁊ intellectus gloriose virginis ipm deum in eodem puncto comprehēdit: quo primo eius cognitionē habuit: presertim cum omnis hūana mens: ad excogitandū debilis sit: q̃ʒ multiformiter eiusdē virginis benedicta voluntas dei seruitio se subiecit. Nã oĩa q̃ ipa deo placere cognouit delectabiliter sibi pficere placuit. Intellexit enim virgo nõ suis meritis deū sibi creasse corp' ⁊ aĩaʒ: sineq̃ʒ voluntati libertatē ptulisse diuinis p̃ceptis hūilit̄ fauendi: aut etiã ipsis si placeret resistēdi: ⁊ iõ decreuit hūillima virginis voluntas p bñficijs iã acceptis q̃ʒdiu sua vita vigeret cū oĩ charitate deo famulari: q̃ʒuis nihil aliud ab ipso sibi donaret̄. B Cū aūt ipsi' intellectus capere potuit: ꝙ ipse oīm rerū creator aĩaꝝ quas creauerat redemptor etiã fieri dignaret̄: et ꝙ nihil aliud p tanti laboris mercede q̃ʒ ipsas aĩas sibi repetiti cuperet: ⁊ ꝙ oĩs hō in voluntate libertatē hʒ placandi deū p opa bona: aut eū ad irã prouocandi: p opatiões malas: pfecto voluntas virginis corpus suuʒ in mundi pcellis: sicut prudens nauclerus suam nauem cepit sollicite gubernare. Nã sicut nauclerus ptimescit: nauē ex vndarū iactibus posse periclitari: caribdes q̃ʒ quibus naues sepius dissoluūtur: vix ab eius discedūt memoria funes et armamēta nauis firmiter adaptat: cuius etiã oculi portum in quo post laborē quiescere desiderat iugiter contemplant̄: qui summe etiã satagit ꝙ bona sue naui imposita: vero possessori quē maxime diligeret: ad cõmodū perueniant. Sic vtiq̃ʒ hec prudentissima virgo: postq̃ʒ preceptoꝝ dei noticiam habuit: confestim iuxta ipsoꝝ statū: cepit ipsius voluntas corpus suū: cum omī sollicitudine gubernare. C Frequēter quidē timebat pinquoꝝ cohabitatõem: ne ipsoꝝ prosperitas vel aduersitas: que mūdi pcellis similant̄ per verba vel opa: ipam ad obsequendum deo: efficerēt grauiorē. Omnia q̃ʒ per legem diuinã vetita: iugi cõmendabat memorie: cū omni attētione ca veutãs: ne sicut dyra caribdis: ipsius animam spūaliter pderēt. Hec deniq̃ʒ laudabil' volūtas: ipaʒ virginem suosq̃ʒ sensus sic refrenando edomuit: ꝙ ipsius lingua nunq̃ʒ mouebat̄ ad locutiões inutiles: eiusq̃ʒ honestissimi oculi ad respiciendū aliquid innecessariū nequaq̃ʒ fuerūt leuati: aures q̃ʒ eius ad ea solummodo erant intente: que ad dei gloriã pertinebant: manus etiã et digitos nõ nisi ad ppriam sui vel proximi vtilitatē extēdebat pedesq̃ʒ suos: quantū ad vnū passum moueri non sinebat: nisi prius discussisset que vtilitas inde pueniret. Desiderabat insuper voluntas virginis: omnes mūdi tribulationes gaudenter sustinere: vt in portū securitatis scʒ in sinum dei patris ipsa perueniret: hoc incessanter desiderans: ꝙ scʒ deo qui sibi erat charissimus: ab eius aĩa pro sua creatione: honor et gaudiū redderetur. D Et quia voluntas virginis in nulla bonitate vnq̃ʒ defecit: idcirco deus a quo bona cuncta procedunt: in omniū virtutum culmine: ipsam sublimissime exaltauit: omniūq̃ʒ virtutū nitore: ipsam splendidissime rutilare fecit. Quis igit̄ mirari debet: ꝙ deus hanc virginē super oẽs maxime dilexerit: cum ipa sola excepta neminem a viro et muliere generari p̃uouit: cuius animus ad mortale seu veniale pctm̄: interdū non fieret inclinabilis. O q̃ʒtum appropinquauit hec nauis: scʒ corpus virginis desiderantissimo portui .i. dei patris mansioni: quãdo gabriel adueniēs ait: aue gratia plena. O q̃ʒ honeste sine viri cooperatione: suū filiū pater virgini cõmendauit: qñ angelo ipsa tradidit. Fiat mihi scdm verbum tuum. Confestim namq̃ʒ in vtero vir

ginis: humanitati fuit vnita diuinitas: factusq; est homo et filius virginis: verus deus filius dei patris. Tu aũt.

Feria quinta. Lectio. iij. Absolutio. Nos cũ prole pia: benedicat virgo maria. Amen.

Capitulum XV

o Coniunctionem pulcerrimã: et oĩ acceptiõe dignissimã

A Nam erat filio dei in mundo mansio corpus virginis: in celo aũt: erat ei mansio trinitatis: q̃uis vbiq; maneat potẽtialiter. Erat virgo in corpe et aĩa spũsancto plena: erat et spũsctũs in p̃re: erat etiã in hũanato filio: q̃ q̃d filius dei nõ solũ ĩ virgineis visceribus in mundo: verũetiã in p̃re et spũsancto mansionẽ habebat in celo. Pater q̃z cũ spũsancto mansionẽ in humanato filio habebat in mundo: q̃uis solus filius verus deus: carnẽ sibi assumpsit humanã: qui licet sm̃ diuinitatis essentiã: humanis occultabatur aspectibus: corã angelis tñ ĩ sua eterna mãsione: semp idẽ et manifestus apparuit. B Omnes igitur verã habentes fidem: ex illa ineffabili ꝯiunctõne: que ĩ virgine facta est ꝯgaudeant: qua coniunctione dei filius ex eius carne et sanguine corpus sibi assumpsit humanũ: vnita q̃z est humanitati diuinitas: et diuinitati vera hũanitas. In hac siquidẽ gratissima vnione: neq; in filio diminuta est diuinitas: neq; in matre virginitatis integritas. Illi quoq; erubescant et paueant: qui creatoris omnipotẽtiam: nõ credũt talia posse facere: aut ipsius bonitatẽ nolle reputãt ꝓ creature sue saluatione: talia facere si valeret. Si etiã ex potẽtia et bonitate: talia fecisse credit: quare ab his qui eũ talia ꝓ se fecisse nõ dubitant perfecte nõ amãt? C Animaduertãt igitur corda vr̃a et intelligant: q sicut ille terrenus dñs: summa dilectiõe dignus existeret: qui dũ honore maximo et diuitiaꝝ abundantia fungeretur: audiens ꝯtumelijs et obprobrijs amicũ suũ affici: ex bonitate sua: totũ ipsius scandaluꝫ sup seipm suscipet vt amicus ille haberet in honore. Percipiens q̃z idẽ dñs amicũ paupertate tribulari: tunc seipm inopie subderet: vt illũ amicũ abundantẽ efficeret. Deinde vero si ipsuꝫ amicũ cerneret ad occisionẽ miserabiliter duci: quaꝫ euadere nõ posset nisi aliq̃s ꝓ eo voluntarie moreretur: et tunc seipm morti traderet: vt ille dãnatus ad mortẽ viuere posset feliciter. Et q in his tribus summa dilectõ demõstratur sic etiã vt nemo dicere posset: aliquem hominem amico suo in mũdo maiorem charitatem ostendisse: q̃z ipsum creatorẽ que est in celo: ꝓpterea ipse deus suam maiestatem inclinauit: de celo descendẽs in vterũ virginis: nõ in vna tñ ipsius corporis parte introiens: sed per totũ ipsius corpus virgineis visceribus se infundens: formando sibi honestissime ex solius vgĩs carne et sanguine corpus hũanũ. D Et ideo electissima illa mater: flãmanti rubo: sed lesionis inexperto quẽ vidit moyses: congrue similatur Nam ille idem: qui in rubo tamdiu moratus ẽ: q moysen in his que sibi retulit credulum et obedientẽ effecit: sibiq; suum nomen sciscitanti ait. Ego sum qui sum: id ẽ hoc nomẽ est mihi ineternũ. Ipse idem in virgine tanto morabatur tpe: sicut alijs infantulis ante suũ partum in maternis visceribus morari necesse ẽ. Quemadmodũ etiam per totum virginis corpus: quando idem dei filius concipiebatur: cum sua diuinitate introiuit: sic et quando nascebatur cum humanitate et deitate: veluti et rosa integra odoris suauitas: ita et ipse per totum ipsius corpus virginis fusus est: virginali gloria in matre integra ꝑmanente Unde q deus et angeli: ac deinde primus homo: et post eum patriarche et prophete vna cuꝫ alijs innumerabilibus dei amicis ex hoc letabantur: q rubus ille: id est marie corpus: ita charitate ardens fieri debebat: q dei filius in ipm tam humiliter ingredi: et in eo tam diu morari: atq; de ipso tam honeste egredi dignaretur. E Ideo dignuꝫ est: q homĩes etiam nũc viuentes toto animo colletentur: q sicut dei filius cũ patre et spiritu sancto: verus et immortalis deus hunc rubum ingressus est: assumẽdo in corpore eis: carnem mortalem: ita et ipsi cum festinatione ad virginem confugere debẽt: vt ipa interpellante eis qui mortales sunt vita restituatur eterna: qui etiam per sua facinora: interitum meruerint sempiternum. Et sicut deus in virgine moratus est ne corpus suum in etate vel membris magis q̃z aliorum infantium vllum haberet defectum: vt dyabolum potenter deuinceret: qui oẽs sue senectutis dominio fraudulenter subiugauerat. Ita et hoĩes ipsaꝫ humiliter deprecentur: vt in sua defensione morari eos faciat: ne ĩ dyaboli laqueos ruere eos contingat. Quemadmodũ etiam deus: ab ipsa virgine in mũdum est egressus vt hominibus portam celestis patrie patefaceret: ita et ipsi eam suppliciter flagitẽt q eis in egressu suo ab hoc neq̃z seculo: adiutorio presens esse dignetur: procurando ipsis introitum in sui benedicti filij regnũ eternum. Tu autem domine.

In istis tribus lectionibꝫ subsequentibꝫ tractat angelus: de gloriose virginis amarissimis tribulationibꝫ: ꝓ sui benedicti filij dolorosa morte. Et de ꝯstantia mētis quaꝫ habuit virgo in oībꝫ dolorībꝫ suis.

¶ Feria. vi. Lectio prima. Absolutio Christo qui nos redemit: reconciliet virgo que eum genuit. Amen.

Capitulū XVI.

Gloriosa virgo maria

G in affatu angeli legit̃ expauisse.

A Que siquidē nullū metū ꝓpt̃ sui corporis periculū tūc habuit: sed inimici humani generis fraudulentiā: ad anime sue nocumentū ad esse formidauit. Unde vere intelligendū est: ꝙ quādo ipsa ad tātā etatē ꝑuenit: ꝙ sensus ꝛ intellectus eiꝰ dei sueqꝫ voluntatis agnitionē cōprehendere valuit: cōfestim sicut deū cepit rationabiliter diligere: ita etiā cepit ipsum rationabiliter metuere. Congrue itaqꝫ hec virgo nūcupari pōt florens rosa: nam sicut rosa crescere solet inter spinas: ita hec venerabilis virgo: in hoc mundo creuit inter tribulationes. Et quemadmodū quanto rosa in crescendo se plus dilatat: tanto fortior ꝛ acutior spina efficit̃: ita et hec electissima rosa maria quanto plus etate crescebat: tanto fortiorꝫ tribulationū spinis: acutius pūgebat̃. B Trāscursa deniqꝫ iuuenili etate: timor domini extitit ei ꝑma tribulatio: qꝫ nō solū maximo timore tribulabat̃ in disponendo se ad fugiendū pctā: verūetiam tremore non modico vrgebat̃: in considerādo quō rationabiliter ꝑficeret opera bona Et q̄uis omni vigilantia cogitatiōes ꝟba ꝛ opa ad dei honorē ordinabat: timebat tñ defectum aliquē in eis existere. Considerēt igitur ipsi peccatores miseri: qui diuersaꝫ iniquitatum illecebras audacter: et voluntarie incessanter committunt: quātos cruciatus quantasqꝫ miserias animabus suis coacervant: quando vident ꝙ hec gloriosa virgo ab omī pctō immunis: opera sua super omnia deo placentia ꝑfecit cum timore. Deinde ex prophetarum scripturis: deū incarnari velle intelligens: ꝛ ꝙ tam diuersis penis: in carne assumpta deberet cruciari: tribulationē protinus nō modicā: ꝓpter feruentem charitatē quā ad deuꝫ habebat in corde suo sustinuit: q̄uis nondum sibi innotesceret: ꝙ ipsa eius mater fieri debebat

C Cum aūt ad illam etatem ipsa ꝑuenit: ꝙ filius dei factus fuit filius suus: ꝛ sensit eū in vtero suo: a se corpus illud accepisse: ꝙ prophetaꝫ scripturas per seipsum adimplere deberet: tunc lenissima illa rosa: in sua pulcritudine magis dilatari et crescere videbatur: ac tribulationū spine: ipsam acriter stimulantes: fortiores et acutiores quotidie efficiebant̃. Nam sicut ei magnū ꝛ ineffabile gaudiū: in filij dei conceptione oriebatur: ita etiā in recordatione crudelissime future passionis eius: mentem suam multiformis pulsabat tribulatio. Gaudebat nāqꝫ virgo: quia suus filius vera humilitate: amicos suos reducturus erat: ad regni celestis gloriaꝫ: quibus primus hō per suam supbiam: infernalem penam meruerat. Dolebat vero: quia sicut hō omnibus suis membris: per malam concupiscentiā peccauerat in paradiso ita et suū filium ꝓ ipsius hōis transgressione: per proprij corporis amarissimā mortem: satisfacturū prescιebat in mūdo. D Exultabat virgo: quia filium suū absqꝫ peccato et carnis delectatione cōceperat: quem etiā sine dolore pepererat. Tristabat̃ quoqꝫ quia tam predulcem filiū: ad turpissimam mortem nasciturum: ac seipsam in maxima cordis anxietate ipsius passiones ꝯspecturam preuiderat. Gaudebat etiā virgo: quia ipsum a morte resurrecturū prescιebat: et pro sua passione in summo honore eternaliter sublimandum: dolebat tñ quia contumeliosis obprobrijs ꝛ diris cruciatibus: honorē illū precedētibus prescιebat eū inmaniter cruciandū. E Uere indubitanter credendum est: ꝙ sicut rosa cōstanter in suo loco stare cernit̃: q̄uis spine circumstantes: fortiores et acutiores effecte fuerint: ita hec benedicta rosa maria: tam constantem gerebat animum: ꝙ quantūcunqꝫ tribulationum spine: cor ipsius stimulabant: voluntatem tamē suam: nequaq̄ variabant: sed ad sufferendū ac faciendum quicquid deo placeret: se promptissimā exhibebat. Florenti ergo rose dignissime comparatur: et reuera rose in iericho: nam sicut rosa illius loci pulcritudine sua: ceteris floribus legitur prepollere: ita maria vniuersos in hoc mūdo viuentes: solo excepto suo benedicto filio: honestatis et moꝫ pulcritudine excellebat. Unde sicut deus ꝛ angeli: ex eius virtuosa cōstantia iocundabantur in celo: ita homines considerantes: q̄ patienter se habebat in tribulationibus: et q̄ prudenter in consolationibus: ex ea maxime letabantur in mundo. Tu aūt domine.

¶ Feria sexta Lectio secūda. Absolutiō. Qui nos saluauit precio sui sanguinis: defendat nos prece sue mr̄is virginis Amen.

Capitulum XVII.

Nter alia que voces pro-
phetice de dei filio predixerūt. A Pre-
ciuebant etiam q̄ durā mortē in suo inno
cētissimo corpe sustinere volebat in hoc mū
do: vt hoīes vna cum ipso eterna vita frue
rent̄ in celo. Prophetabant deniq̄ ꝓphete
⁊ scribebant: qualiter idē dei filius ꝓ huma
ni generis liberatione: ligandus ⁊ flagellā
dus erat ⁊ quomodo ad crucē ducendus et
q̄ vituperose tractandus et crucifigēdus
Unde quia ipos bene nouisse credimus: q̄
de causa immortalis deus: mortalē carnē
sibi assumere voluit: et tā diuersis modis:
in eadē carne tribulari. Ideo fides christia
na non dubitet: quin virgo nostra ⁊ domi-
na: quam ante secula sibi deus preordina-
uit in matrem: clarius hoc sciebat: nec vir-
ginem ipsam latuisse: iustum est credere ra
tionem illam: quare ipse deus humana car
ne in eius vtero dignabat̄ vestiri. Et vere ꝑ
culdubio est credendū: q̄ ex inspiratiōe spi
ritussancti ipsa ꝑfectius intellexit: quicq̄d
ꝓphetarū eloquia figurabant: q̄ ipsi ꝓphe-
te: qui ex eodem spiritu: verba oretenꝰ ꝓtu
lerunt. B Unde verissime credendum
est: q̄ quando virgo dei filiū postq̄ eum pe
perit: primo suis manibus tractare cepit:
subito ipsius menti occurrit: qualiter ipse
ꝓphetarum scripturas adimplere debebat
Cū aūt ipm pannis inuoluebat tūc in cor
de suo considerabat q̄ acutis flagris totū
ipsius corpus lacerandū erat: ita q̄ etiā q̄
si leprosus apparere debebat. Recolligēs q̄
virgo sui filij ꝑuuli manus ⁊ pedes leniter
in fascia: recordabat̄ q̄ duriter ferreis cla-
uis debebant ꝑforari in cruce. Aspiciēs ꝓ-
pe faciē eiusdē filij sui: speciosi forma p̄ filijs
hoīm: meditabat̄ q̄ irreuerenter: ipam im
piorum labia suo sputo debebant maculare.
C Reuoluebat etiā ipa mater sepius in
aīo: q̄ntis alapis maxille eiusdē sui filij ce-
derent̄: q̄ntisq̄ obprobrijs ⁊ ꝯtumelijs: eiꝰ
benedicte aures replerent̄. Mō ꝯsiderans:
qualiter ipiꝰ oculi: ex ꝓprij cruoris influxu
caligarent: mō qualiter ipius ori acetū fel
le admixtū infunderet̄. Mō ad mentē redu
cens: q̄liter ipiꝰ brachia funibꝰ ligari opor
tebat: neruos etiam ⁊ venas atq̄ oīes cō
pagines: quomodo īmisericorditer in cru
ce debebant extendi: precordia eius in ipsa
morte cōtrahi: totumq̄ ipsius corpus glo
riosum: qualiter intus ⁊ foris omni amari
tudine ⁊ angustia vsq̄ ad mortem oporte
bat cruciari. Sciebat eīn virgo q̄ exalta-
to in cruce spiritu: ipsius filij latus lancea
acutissima ꝑforaret: ⁊ ipius corꝑ medium

transfigeret. Unū sicut olim matrū erat le-
tissima: qū dei filiū iam de se natū videbat
quē vere sciebat verum deū et hoīem existe
re: mortalē quidē in hūanitate: sed in dei-
tate eternaliter immortalē: ita etiā oīum
matrū erat mestissima: ex ipius amarissi-
me passionis prescia. D Per talem eīn
modū: eius maximā leticiam: semꝑ grauis
sima comitabat̄ mesticia: ac si alicui mulie
ri ꝑturienti ita diceret̄. Filium pepisti vi-
uum: et oībus membris sanū: sed pena illa
quā in partu habuisti: vsq̄ ad mortē tuā
ꝑdurabit. Et illa hec audiēs de sue ꝓlis vi
ta ⁊ sospitate gauderet: de passione vero ⁊
morte propria tristaret̄. Talis vtiq̄ mr̄is
mesticia ꝓcedens: et ex illa recordatiōe pe-
ne et mortis sui ꝓprij corpis: certe nō esset
grauior q̄ dolor ꝟginis marie: quotienscū
q̄ sui amantissimi filij mortē futuram: in
aīo reuoluebat. Intelligebat virgo: ꝓphe
tarū vaticinia olim p̄dixisse: q̄ oꝑtebat su
um predulcē filiū: multas ⁊ graues penas
sustinere: et etiā ille iustus symeon: nō qua
si a longe vt ꝓphete: sed in faciem virginis
predixit: q̄ ipsius aīam debebat gladius ꝑ
transire. E Unū vere notandū est: q̄ si-
cut vires aīe ad sentiendū bonū vel malū
corpis viribus fortiores ⁊ sensibiliores exi
stunt: ita et bn̄dicta virginis aīa: quā gladi
us ille ꝑtransiturus erat: grauioribus tor
quebat̄ languoribꝰ: anteq̄ suus filius pa-
teret̄: q̄ alicuius mr̄is corpus sustinere va
leret: anteq̄ suā prolem ꝑturiret. Ille nā
q̄ doloris gladius cordi ꝟginis omi hora:
tanto se ꝓpius approximabat: quāto suus
dilectus filius: passionis tpi magis appro-
pinquabat. Unū sine dubio credendū est: q̄
ille piissimus dei filius innocētissimus: sue
matri filialiter cōpatiens: dolores eius fre
quentibus ꝯsolationibus tꝑabat alioquin
eius vita: vsq̄ ad filij mortē: illos sustinere
minime valuisset. Tu aūt dn̄e.

Feria. vi. Lectio. iij. Absolutio.
Passio virginis filij: nos cōmendet mani-
bus p̄ris altissimi Amē. Cap. XVIII.

O deniq̄ tpe quo fi-
lius virginis p̄dixit: queretis me:
et nō inuenietis. A Dolorosi
cuspis gladij cor virginis: acriter stimula-
uit. Ipso quoq̄ deinde a ꝓprio discipulo
prodito: et a veritatis ac iusticie emulis: si-
cut ei placuit captiuato: tūc doloris gladi
us cor et precordia virginis transfigebat:
atq̄ ipsius aniam duriter ꝑtransiens: vni
uersis corpis sui membris: dolores grauis-
simos inferebat. Totiens enim in anima

virginis gladius ille: cuz omni amaritudi-
ne versabaᷓ: quotiens eius amãtissimo fi-
lio: obijciebanᷓ passiões ⁊ obprobria. Vide
bat quidẽ filiũ impiorꝝ palmis colaphizatũ
crudeliter ⁊ impie flagellatũ: a iudeorũ ꝑn
cipibus morti turpissime adiudicatũ: ac ip
sum toto vociferante ppl'o: crucifige ꝓdi-
torem: ligatis manibus ad locum passiõis
eductum: alijs eũ iam crucem sup hũeros:
in maxima lassitudine baiulantẽ ꝑcedenti
bus: et post se ligatum trahẽtibus: atq; ali
is ꝯcomitantib᷒: ⁊ eum pugnis impellenti
bus: ac tanq̃ crudelissimã feram: illum ag
nũ mansuetissimũ agitantib᷒. B Qui
ẽm Esaye vaticiniũ in oĩb᷒ suis angusti
is ita patiens erat: ꝙ instar ouis ad occisio
nẽ ducte siue voce: ⁊ agni coram tondẽte se
reticentis: os suũ nõ aperiebat. Qui sicut
ꝑ seipsum omnẽ patientiã ostendit: ita sua
benedicta mater: omnes suas tribulatiões
patientissime tolerauit. Et quẽadmodum
agnus suam matrẽ quocũq; ducta fuerit
comitaᷓ: ita virgo mater suũ filium ad tor
mentorꝝ loca ꝓductum: sequebaᷓ. Videns
quoq; mater filiũ: corona spinea derisuz su
amq; faciẽ sanguine rubricatã: et eius ma
xillas ex magnis alapis rubicũdas: grauis-
simo dolore ingemuit ⁊ tũc sue maxille pre
dolorũ magnitudine ceperunt pallescere.
Sanguine quippe filij in eius flagellatiõe
ꝑ totum ipsius corpus defluente: innume-
rabiliũ aqua lacrimarũ: de virginis oculis
decurrebat. C Videns deinde mater
suũ filium: in cruce crudeliter extẽdi: in oĩ-
bus sui corporis viribus cepit tabescere. Au-
diens ꝟo malleorꝝ sonitum: qñ filij manus
et pedes ferreis clauis ꝑforabanᷓ: tũc omi
bus virginis sensib᷒ deficiẽtib᷒: ꝓpaz in ter-
ram velut mortuaz: doloris magnitudo ꝓ
strauit. Iudeis itaq; felle ⁊ aceto ipsum po
tãtibus: anxietas cordis: ita linguaz ⁊ pala
tum virginis exiccauit ꝙ labia sua benedi
cta: ad loquendũ tunc mouere non valuit.
Audiens quoq; postmodũ illaz flebilẽ filij
sui vocẽ: in mortis agone dicentẽ: deus me
us: deus meus: vt quid me dereliquisti. Vi
dens deinde ꝙ omnia eius mẽbra obrigue
runt: ⁊ inclinato iam capite spũz exalabat:
tunc doloris acerbitas: ita cor virginis suf
focauit: ꝙ nullus sui corporis articul᷒ mo
ueri videbaᷓ. Vnde nõ paruuz miraculũ in
hoc deus tunc fecisse dinoscit: cũ virgo ma
ter tot et tantis doloribus intrinsecus sau
ciata: suum spiritũ nõ emisit: quando tam
dilectum filiũ nudũ et cruentatũ viuum ⁊
mortuũ: atq; lancea transfixum: oĩbus eũ
deridẽtibus: iter latrones pendere ꝓspe-
xit: illis pene oĩb᷒ quib᷒ notus extiterat ab
eo fugiẽtibus: et multis eorꝝ a rectitudine
fidei: enormiter exorbitantib᷒. D Igi
tur quẽadmodũ suus filius: super omẽs in
hoc mũdo viuẽtes: amarissimam mortem
sustinuit: ita ipius mater: in sua benedicta
aĩa: amarissimos dolores sufferẽdo porta
uit. Cõmemorat etiã sacra pagina: ꝙ vxor
phinees: arcã dei ab eius inimicis captam
esse ꝑcipiens: pre dolorꝝ vehementis proti-
nus expirauit: cuius mulieris dolores: ma
rie virginis doloribus cõparari nõ possent
que sui benedicti filij corp᷒: quod arca pre-
dicta figurabat: inter clauos et lignum ca
ptiuum detineri videbat. Maiori nãq; cha-
ritate: virgo suum filiũ deum verũ et hoĩ-
nem peramabat: q̃ aliquis a viro ⁊ mulie-
re genitus: seipm aut aliũ posset diligere.
Vnde q̃ mirabile cernit: ꝙ illa vxor phine
es: a dolorib᷒ mortua fuit: que minorib᷒ do
lorib᷒ vrgebaᷓ: et maria remãsit: que graui
oribus mesticijs extitit lacessita. Quis in
hoc aliud cogitare poterit: nisi ꝙ de spẽali
omnipotẽtis dei dono: contra omẽs corpa
les vires suas: ipsa vitam retinuit. E
Moriens deniq; dei filius celũ aperuit: et
amicos suos: qui in inferno tenebanᷓ: potẽ
ter eripuit. Remanscens aũt virgo: rectaz
fidem vsq; ad filij resurrectõem: integralit
sola seruabat: multosq; a fide miserabiliter
deuiantes: reducẽdo ad fidem corrigebat.
Mortuus siquidẽ suus filius: de cruce de-
positus fuit: ⁊ pannis inuolutus vt alia fu
nera sepulture traditus est: et tunc oẽs ab
eo recesserũt: ⁊ pauci eum resurrecturꝝ cre-
diderunt: tunc etiã a corde matris dolorũ
stimuli fugerũt: et consolationũ delectatõ
cepit in ipa finaliter renouari: q̃ sciebat ꝙ
filij sui tribulatões: iam erant ex toto fini-
te: ipsumq; cũ deitate et hũanitate: die ter
cia ad eternã gloriam debere resurgere: ac
deinceps nullã molestiam debere nec posse
pati. Tu autem.

In istis tribus lectionibus subsequẽti-
bus ostẽdit angelus q̃ immobilis fuit bea
ta virgo a recta fide: quãdo ceteri de xp̃i re
surrectione dubitabãt. Et q̃ proficua fuit
multis sua vita ⁊ doctrina. Et qualiter in
corpore et anima in celum fuit assumpta.
¶ In die Sabbati. Lectio prima.

Absolutio.

Cõfirmet nos in fide sanctissima: gloriosa
dei mater piissima Amen. Cap. XIX

E longinquis parti-
D
bus regina austri: ad regẽ salomo-
nem legiᷓ ꝑuenisse: eiusq; visa sapi

entia pre stupore immenso nō habuisse spiritum: que resumptis viribus: regem suis cōmendauit sermonibus: magnisqꝫ eū glorificauit muneribus. A Huic vtiqꝫ regine excellentissima regina virgo maria cōuenienter similatur: cuius animus totius mūdi ordinem et processum: ab eius exordio: vsqꝫ ad eius finē sagaciter perlustrans: et vniuersa que in eo erāt diligēter prospiciēs: nihil in eo repperit: quod possidere vel audire desideraret: nisi solūmodo illā sapientiā quā de deo audiuerat. Illam itaqꝫ omni auiditate quesiuit: illā sollicite inuestigauit: donec ipsam sapiam .s. xp̄m dei filiū: qui incōparabiliter salomone sapiētior est sapiēter inuenit. Videns aūt ipsa virgo: qꝫ sapienter ille per corporis sui passionē in cruce reuicit aīas: eisqꝫ celi portas aperuit: quas subdolus hostis: ad iehennalē mortē vicerat: tūc ipsa virgo propinquior morti stabat: qꝫ regina austri: quia videbat spiritū non habere. Xp̄i deinde dei ac sui filij passione consummata: tunc ipsa virgo resumptis viribus: donis ipsi deo gratissimis: ip̄m glorificabat: nam plures aīas sua salutari doctrina: ipsi deo presentabat: qꝫ aliqua alia persona: post xp̄i mortem vniuersis suis opibus. B In hoc etiā suis sermonibus: ipsum honorifice cōmendasse probatur qꝫ multis post eius hūanitatis mortē: de ipso per omnia dubitātibus: verū dei filiū in deitate eternaliter immortalē ipsa eum sola constanter asseruit. Tercia quippe die: de ipsius resurrectione discipulis hesitātibus: et mulieribus in sepulcro: eius corpus sollicite inquirētibus: ipsisqꝫ apostolis: pre maxima cordis anxietate et pauore: se pariter includētibus: tūc virgo mater qꝫuis scriptura eo tpe: ipsam aliquid locutā non cōmemorat sine dubio tn̄ credendum est: qꝫ ipsa dei filiū in carne ad eternā gloriā resurrexisse testificata est et qꝫ mors decetero illi nunqꝫ posset amplius dn̄ari. C Item qꝫuis etiā scriptura dicat: qꝫ xp̄i resurrectiōem: magdalena et apostoli prius viderunt: sine dubio tn̄ credendū est: qꝫ sua mater dignissima: anteqꝫ illi veraciter hoc sciebat: et priusqꝫ illi: eum viuū resurrexisse a mortuis vidit: propter quod iubilo cordis plenissima: ipsum hūiliter collaudauit. Ascendēte vero suo benedicto filio: ad suū regnum gloriosum: virgo maria in hoc mūdo ad honorum consortationem: et errantiū: correctōem: remanere permissa est. Erat enim magistra apl'orum: confortatrix martirū: doctrix confessorum: clarissimum speculū virginū: consolatrix viduarum: in cōiugio viuentiū saluberrima monitrix: atqꝫ oīm in fide catholica perfectissima roboratrix. D Apostolis namqꝫ ad se venietibus: omīa que de suo filio perfecte nō nouerant reuelabat: et rōnabiliter declarabat. Martires qꝫ ad tribulatōes gaudenter pro xp̄i noīe sufferendas animabat qui pro ipsorū et oīm salute: qꝫ pluribus tribulationibus: seipsum spōte exposuerat: asserens seipsam ante filij sui mortē. xxxiij. annis tribulatōem cordis in desinenter in omni patiētia pertulisse. Confessores deinde dogmata salutis edocebat: qui ex eius doctrinā et exemplo: perfectissime didicerūt diurna et nocturna tpa: prudēter ad dei laudem et gloriā ordinare: somnūqꝫ ac cibum et labores corporis: spūaliter et rōnabiliter temperare. Ex eius quippe honestissimis moribus: addiscebāt virgines honeste se regere et virginalē pudiciciā suam: vsqꝫ ad mortē firmiter cōseruare: multiloquiū et omnes vanitates fugere: ac omīa sua opa diligenti premeditatōe discutere: et spūali libramine: eqꝫ lance iustissime examinare. E Viduis etiā ad ipsarum consolatōem: virgo gloriosa referebat: qꝫ qꝫuis ex materna charitate sibi placuisset: qꝫ suus amātissimus filius: nō magis in hūanitate qꝫ in deitate moriendi volūtatem habuisset. Veruntn̄ sua volūtas materna diuine se volūtati totaliter cōformauerat: eligendo potius ad dei voluntatis perfectōem: oēs tribulationes hūiliter sustinere: qꝫ ad aliquod suum placitū: a diuina volūtate in aliquo dissentire. Tali ei collocutione: viduarum animos: patientes in tribulationibus: et constantes in corporis temptationibus faciebat. Consulebat insuper coniugatis: vt ad corpus et animam: se mutuo vero et nō ficta charitate diligerent: sed quemcūqꝫ dei honorē: indiuiduam voluntatē haberent: de seipsa illis referens: qualiter ipsa deo fidem suā sinceriter dederat: et qualiter propter ipsius charitatem: diuine volūtati in aliquo nunqꝫ restiterat. Tu aūt domine.

¶ Sabbato. Lectio secūda.

Absolutio.

Filius marie virginis: mūdet nos a sorde criminis Amen. Capit. XX

Q Voniā ex sacri euangelij serie didicimus: vnicuiqꝫ eadē mensura: qua alteri mensus fuerit esse remetiendū. A Ideo impossibile vr̄: qꝫ aliquis hūana rōne possit comprehēdere quātis honoribus gloriosa dei genitrix in celi palacio debuit ab omibus venerari que tā multo diu in hoc mūdo vixit: desi

E

derata bona beniguiter opata est. Idcirco iustum fore credit: q̄ qñ suo filio placuit: ipsam ab hoc seclo euocare: vniuersi ad eiꝰ honoris augmentū parati extiterunt: qui per ipsam sue volūtatis perfectōem habuerant. Vñ quia creator oīm: ipsa mediante: suum placitū pfecit in mūdo: ideo placuit et vna cū angelis: ipsaꝫ summo honore glorificare in celo. B Et idcirco ipius virginis aīam: qñ fuit a corpe sepata: statim sup omēs celos: ipse deus mirifice sublimauit: eiqꝫ imperiū super vniuersum mundū donauit: et angeloꝝ dominam: eternaliter ipsam cōstituit. Qui quidē angeli: ita postmodum obedientes virgini effecti sunt: q̄ omēs inferni penas libentius sustinerent: q̄ȝ aliquibus suis pceptis: in aliquo cōtradicerent. Sup omnes etiā malignos spūs ipsam sic deus potentē effecit: q̄ quotienscūqꝫ ipsi aliquē hoīem: virginis auxiliuꝫ: ex charitate implorantē impugnauerint: ad ipius virginis nutū: ilico pauidi procul diffugiūt: volentes potius penas suas z miserias: sibi multiplicari: q̄ȝ eiusdē virginis potentiaꝫ: sup se taliter dñari. Et q̄z inter omēs angelos et hoīes: ipsa inuenta est humillima: ideo sup omīa que creata sunt: facta ē sublimissima: oīm qꝫ pulcerrima: atqꝫ ipsi deo sup omēs simillima. C Vnde vere notandū est: q̄ sicut aurū ceteris metallis habet dignius: ita angeli et aīe ceteris creaturis digniores existūt. Igit quemadmodū auꝝ in aliqua opa: absqꝫ ignis beneficio formari nequit: igne vero apposito iuxta aurificis magisteriū: in diuersas formas fabricat. Simili mō beatissime virginis aīa: ceteris aīabus atqꝫ angelis nō potuisset pulcrior fieri: nisi ipius peroptima voluntas: que artificioso aurifici cōparat: in spūssancti igne ardētissimo: ipsam tam efficaciter prepasset: q̄ eius opa oīm creatori: gratissima apparerent. Et q̄ȝuis auꝝ in pulcra opa formatuꝫ fuerit: aurificis tū artificiū: in eo nō clare discernit: q̄ȝdiu in opaca domo opus illud fabricatū includit: sꝫ dum in solis splendorē venerit: tūc opis pulcritudo in eo clarius illucescit. D Similiter etiā huius gloriose virginis dignissima opa: ipsius pciosissimā aīam pulcerrime adornātia: pfecte videri nequerūt q̄ȝdiu aīa ipsa: in latibulo sui morturi corporis tenebat inclusa: donec in splendorē veri solis qui ē ipsa deitas: aīa ipsa puenit. Tūc deniqꝫ ipsam virginē tota celestis curia: summis laudibꝫ exaltabat: eo q̄ sua voluntas eius aīam ita adornauerat: q̄ sua pulcritudine oēs creaturaꝝ pulcritudines excellebat: ppter quod et ipi creatori simillima apparebat. Huic ḡ gloriose aīe: sedes glorifica ipi trinitati pꝓinquissima ab eterno ꝯstituta erat. Nā sicut deus pater erat in filio: z filius in patre: z spūssctūs in vtroqꝫ: qñ filius post hūane carnis susceptōem in sue matris vtero: cū deitate et hūanitate quiescebat: trinitatis vnione penitus indiuisa: ac mr̄is virginitate inuiolabiliter ꝯseruata: ita et ipe deus benedicte v̄ginis aīe mansionē patri et filio et spūiscto proximam ordinauit: vt oīm bonoꝝ que a deo donari possent: ipa pnceps haberet. E Nullus etiā cordis pfunditas capere sufficit: quantā iocunditatē sue societati deus in celo fecit: qñ eius amātissima mater ab hoc miserabili mundo migrauit: sicut vere cunctis cū charitate: celestē patriā desiderantibꝫ patefiet: qñ ipsum deū facie ad faciem contēplati fuerit. Angeli q̄z virginis anie congratulātes deū glorificabāt: nam per ipius xp̄i corpis mortem coꝝ societas implet: et p sue matris aduentū in celum: ipsoꝝ iocūditas adauget. Adam deniqꝫ et eua: cū patriarchis et pphetis: ac vniuersa cohorte ex inferni carcere educta: ceteriqꝫ qui post xp̄i mortez venerāt in gloriam: ex ipius virginis aduentu in celū gaudebant referētes deo laudē z honorē: qui ipsam tanto honore decorauerat: q̄ ipsoꝝ redemptorem et dñm: tam sctē et gloriose pepererat. Apostoli etiā et vniuersi amici dei: qui ipius virginis dignissimo funeri astabant: qñ suus amātissimus filius: eiꝰ gloriosam animam in celū secum portabat: ipsam hūili venerabant obsequio venerabile ipius corpus: omni qua poterāt laude z gloria exaltantes. Et vere remota omī ambiguitate credendū est q̄ sicut a dei amicis corpus illud virginis beatissime: sepulture tradebatur mortuū: ita ab ipo deo filio suo amātissimo: ad vitā perpetuam: viuū cum aīa venerabiliter est assumptū. Tu aūt dñe.

C Sabbato Lectio .iij. Absolutio.
Ad gloriaꝫ regni celoꝝ: pducat nos regina angeloꝝ Amen. Capit. XXI

Q Via ipsa veritas qui

est dei et virginis filius omibus cōsuluit: bonū etiā pro malo retribuere: quātis bonis per seipsum credēdus est: ipse deus bonoꝝ operū factores remunerare. B Et q̄z per suū euangeliū: pro quolibꝫ bono ope centuplū redonari promisit: quis excogitare poterit: quātis premioꝝ sublimiū donis: suam reuerēdissimam matrem ditauerit: que nec quidē minimū pec

catum vnq̃ cõmisit: cuius et opa deo gratissima: nõ habent numez. Nam sicut ipius virginis anie voluntas: oĩm bonoz operum inchoatrix extitit: ita et ipsius honestissimum corpus: ad opez perfectionẽ instrumentũ aptissimũ: et iugiter applicabile fuit. Unde sicut vere credimus: q ex dei iusticia omĩa hũana corpora resurgere habent in die nouissimo: retributõem cũ suis aĩabus iuxta suorũ opez exigentiã suscepturas: eo q sicut vniuscuiusq3 aĩa: omnium operũ suoz per volũtatis adhibitõem inchoatrix fuerat: ita et corpus ei comministrum: per sc oĩa corpaliter adimpleuerat.

B Sic igit sine aliquo dubio credendum est: q sicut dei filij corpus: quod nunq̃ peccauit a mortuis resurrexit: et cũ deitate pariter glorificatũ extitit: ita et corpus sue dignissime mr̃is: quod nũq3 aliqd pctm̃ cõmisit: aliquantis diebus post eius tumulatõem dei virtute et potẽtia fuit cũ eiusdem sacratissima virginis aĩa assumptum in celũ: omniq3 honore simul cũ eadem extitit glorificatũ. Et sicut hũano intellectui in hoc mũdo impossibile est: illius corone pulcritudinẽ et gloriam cõprehendere: quia gloriari et venerari decet xp̃m dei filiũ: pro sua passione: ita et nemo illius corone decorẽ excogitare põt: qua virgo maria pro sua diuina obediẽtia: in corpore et aĩa veneratur. Et quemadmodũ vniuerse virtutes anĩe virginis: deum suũ factorem cõmendabant: cuius sacratissimũ corpus: postea oĩm virtutũ premijs decorabat: ita et eandẽ virginem dignissimã dei matrem opa sui corpis collaudabant quia nullã virtutẽ ipsa opari pretermisit in mundo: pro qua corpi et anĩe: ipsa sciret esse reddendũ premiũ in celo.

E Unde vere notandũ est: q sicut sola sacratissima aĩa xp̃i excepta: sue matris aĩa: pro virtutib et meritis: summis p̃mijs dignissima extitit: qz in bonis operib nullũ defectũ habuit: ita etiam solo excepto xp̃i corpe: sue mr̃is corpus fuit dignissimũ longiori tpe: q̃3 aliorũ corpora: cũ sua aĩa meritorũ premia recipere: quia semp cum ipsa: omĩa eius optima opa pfecit: nulliq3 pctõ vnq̃3 consensit.

D O q̃3 potentes suã iusticiã deus ostendit: qñ adam de paradiso expulit: qz fructũ vetitũ in paradiso: ex ligno scie contra obedientiam mãducauit. O q̃3 hũiliter deus manifestauit suam miscdiam in hoc mũdo: per mariã virginem: que congrue lignũ vite nuncupari põt.

D Pensate igit: q̃3 celeriter iusticia illos ĩ miseriã expulit: q inobediẽter fructu ligni scie vescebant. Considerate etiã: q̃3 dulciter eos miscdia inuitat: et allicit ad gloriã: qui per diuinã obedientiam: fructu ligni vite refici desiderãt. Attendite insup charissimi q qñ huius honestissime v̇ginis corpus: quod ligno vite cõparat: in hoc mũdo crescebat: vniuersi angeloz chori ipsius fructũ nõ eo minus desiderabãt: et de eo nasci turo nõ minus letabantur: q̃3 de illa gr̃a eis facta. s. q seipsos immortales: in celesti leticia fore nouerãt: et p̃sertim vt dei magna charitas: in hũano genere clarescceret: et ex hoc eoz societas augeret.

E Et iõ gabriel angelus cursu celeri: ad ipsam virginẽ alacriter pperauit: et eam alloquio oĩm acceptõe dignissimo charitatiue salutauit. Unũ qz ipsa v̇go vere hũilitatis oĩmq3 virtutũ ingr̃a angelo nũciãti: hũillime rñdebat: iõ ipse gauisus est: cognoscẽs q volũtatis sue et alioz angelorũ desideriũ: ex eo adimpleri debebat. Sed qz illud bñdictũ virginis corpus vere nouimus in celũ cum aĩa fuisse eleuatum: ideo hoĩbus mortalib dei offensorib salubriter est ↄsultum: q p verã suoz reatuũ penitudinẽ: ad ipsam festinãter ascendãt: qui diuersis tribulatoĩb: in hac valle miserie dietim atterunt: atq3 hanc erũnosam vitã: per suoz corpoz interitũ: non ambigũt debere terminari.

F Et si ex huius ligni fructu qui xp̃s est desiderãt homines refoueri conent prius totis virib ipius ligni ramũ seulos flectere. i. ipsam suã matrẽ sicut angelus nũcians charitatiue salutare: ad euitatõem cuiuslibet pcti voluntates suas ↄfirmando: atq3 oĩa verba et opa sua: ad dei honorẽ rõnabiliter ordinãdo. Tũc ei ad ipsos: ipsa v̇go faciliter inclinabit: exhibẽdo eis sui adiutorij suffragiũ: ad ligni vite fructũ: qui est dignissimũ xp̃i corpus suscipiendũ: quod manib hoĩm vobiscũ consecrat. Quod quidẽ vobis pctõrib9 in mũdo: et angelis in celo vita est et alimentũ. Et qz xp̃s ad sue gratissime societatis cõplementũ aĩas quas pprio redemit sanguine: ardenti desiderio ↄcupiscit: ideo studeatis dilectissimi: et vos suũ desideriũ adimplere: cũ omni deuotiõe et charitate ipm accipiẽdo quod virginis nr̃e marie dignissimis p̃cibus: idem ih̃s xp̃s suus filius vobis prestare digne. Qui cũ patre et spũ sctõ viuit et regnat p infinita secula seculorum Amen. Tu aũt dñe.

Explicit Sermo Angelicus.

Prohemiũ in orõnes subscriptas: que fuerũt diuinitus reuelate beate Birgitte de regno Suetie.

C Um beata Birgitta semꝑ peteret ꝛ rogaret deũ: quatinus sibi infun deret aliquẽ gratum modũ orandi Cõtigit quadã die ipsa orante: ꝙ miromõ eleuata fuit in spũ quadã eleuatione mentali. Et tũc infuse fuerũt sibi diuinitus quedam orationes pulcerrime: de vita et passione et laude xp̃i: et de vita compassione et laude beatissime virginis marie: quas postea ipsa semꝑ ita memoriť tenuit: ꝙ quotidie eas deuote legebat. Unũ beata virgo maria: postea quadã vice apparẽs ei in oratione dixit. Ego promerui tibi illas orationes. Ideoqꝫ quãdo has legeris deuote: visitaberis consolatione filij mei.

In ista orõne a deo reuelata beate Birgitte: deuote et pulcre laudať gloriosa virgo Maria: de sancta conceptõe et infantia sua. Et de omibus virtuosis actibus et laboribus: ꝛ magnis doloribꝫ totius vite sue ꝛ de sctissima morte ꝛ assumptione suã ꝛc̃.

B Enedicta et venerabilis

B Enedicta et venerabilis sis tu dñã mea ꝟgo maria dei mater sanctissima cuius tu vere es optima creatura: et nullus vnqꝫ tam intime eũ dilexit: sicut tu dñã gloriosa. A Gloria sit tibi dñã mea virgo maria mať dei: que ab illo angelo quo xp̃s tibi nũciatus fuit: ab eodem etiã tu patri et matri tue nũciata fuisti: et eoꝝ coniugio honestissimo concepta et genita extitisti. Benedicta sis tu dñã mea virgo maria: que in tua infantia sanctissima: statim post ablactatõem tuaꝫ a parẽtibus tuis in tẽplo dei portata fuisti Et custodie deuoti pontificis cũ alijs virginibus commissa extitisti. Laus sit tibi dñã mea virgo maria: que cũ ad illam etatẽ peruenisti: ꝙ deũ intelligeres tuũ existere creatorem: confestim ip̃m intime amare super omnĩa incepisti: et tũc diurna tua tp̃a et nocturna: ꝑ diuersa officia et exercitia: ad dei honorem discretissime ordinasti. Somnũqꝫ et cibum tui gloriosi corpis taliter moderabaris: ꝙ ad seruiendum deo existeres semꝑ apta. Infinita gloria sit tibi domina mea virgo maria: que virginitatez tuã ipsi deo humiliter vouisti. Et ideo non curasti quis te desponsaret: quia tu sciebas ꝙ ille cui tu prius fidem dederas: potẽtior et melior erat vniuersis. B Benedicta sis tu domina mea virgo maria: que sola stabas ardore diuini amoris accensa: tota mente: totaqꝫ virtute viriũ eleuata: altissimũ deum cui tuam virginitatẽ obtuleras ardenter diligens contẽplando: quãdo angelus a deo fuit missus a te: et te salutãdo dei voluntatem tibi annũciabat. Cui tu respondens ancillã dei te humilime ꝓfessa fuisti ꝛ spũsctũs oĩ ꝟtute mirabiliť te repleuit. Deus pater filium suũ sibi coeternũ et coequalem tibi misit. Qui in te veniẽs: de carne et sanguine tuo sibi tunc corpus humanum assumpsit. Et sic in illa hora bñdicta dei filius in te factus est tuus filius: viuẽs cum omĩbus membris suis: non tñ amissa diuina maiestate. Bñdicta sis tu dñã mea virgo maria: que xp̃i corpus a tuo benedicto corpe creatum: in tuo vtero sensisti semper crescere ꝛ moueri: vsqꝫ ad tempus sue natiuitatis gloriose. Quẽ tu ante omnes tuis sanctis manibus attractasti: pannis inuoluisti: ac iuxta ꝓphete vaticinũ in presepio reclinasti: et sacratissimo tuorũ vberum lacte eum: cũ exultatõis gaudio materualiť educasti. Gloria sit tibi o domina mea virgo maria: que domũ contemptibilem id est stabulũ inhabitans: reges potentes a longe ad filiũ tuuꝫ venire vidisti. Regalia exenia cũ maxima reuerentia tuo filio humiliter offerentes. Quem postmodũ tuis preciosis manibus in tẽplo ꝓsentasti: et in tuo benedicto corde omnĩa ab eo audita: et visa in eius infantia: diligẽter conseruasti. C Benedicta sis tu dñã mea virgo maria: que cuꝫ prole illa sanctissima in Egyptũ fugisti: quã postea in nazareth cũ gaudio apportasti: et ipsum tuũ filiuꝫ tibi et ioseph in acerescẽtia sui corpis: humileꝫ et obedienteꝫ vidisti. Benedicta sis tu dñã mea virgo maria: que filium tuũ predicantem: miracula facientẽ: et apostolos eligentem vidisti. Qui eius exẽplis miraculis et doctrinis illuminati: veritatꝫ testes effecti sunt. Jesum tuũ et dei filium veraciter existere diuulgantes cunctis gentibus: ꝙ ipse erat qui prophetarũ scripturas per seip̃m adimpleuerat: quando pro hũano genere: durissimam mortẽ patienter sustinuerat. Benedicta sis tu dñã mea ꝟgo maria: que filium tuũ debere captiuari antea ꝑsensisti Et eum postea ligatũ et flagellatũ: spinis coronatũ: cruciqꝫ nudum clauis affixum: ꝛ multos eum contẽnentes: et proditorẽ vocantes: tuis beatis oculis dolorose vidisti. Honor sit tibi dñã mea virgo maria: que filium tuũ de cruce tibi loquentẽ cum dolore cõspexisti: et in mortis agonia ad patrẽ clamantẽ: ꝛ animam suam in eius manibꝫ recõmendantem: tuis benedictis auribus

dolẽter audiuisti. Laus sit tibi dña mea vir-
go maria: que filium tuũ in cruce penden-
tem a vertice capitis vsqȝ ad plantas pedũ
liuidum: et proprio sanguine rubricatum
et sic crudeliter mortuũ cum amaro dolo-
re vidisti. Necnõ et pedes ac manus ipsius
vna cũ suo glorioso latere transforata: to-
tamqȝ cutem eius sine aliqua miſcdia lace
ratam amarissime cõspexisti. D Bene
dicta sis tu dña mea virgo maria: que filiũ
tuum de cruce deponi: pannis inuolui: in
monumẽto sepeliri: ⁊ ibi a militibus custo
diri: tuis lacrimosis oculis vidisti. Benedi
cta sis tu dña mea virgo maria: que intrin
seco dolore tui cordis grauissime lacessita:
a tui filij sepulcro sepata fuisti. Et ab ami
cis eius ad domũ Johannis tota plena do
lore portata extitisti. Et ibi statim releua-
men tui magni doloris sensisti: quia filium
tuũ cito resurrecturũ: certissime presciui-
sti. Gaude dignissima dña mea virgo ma-
ria: quia in eodẽ puncto quo filius tuus a
morte resurrexit: tibi sue beatissime matri
hoc innotescere voluit: quia ilico tibi p se-
ipsum apparuit: deinde alijs psonis se illũ
esse a morte resuscitatum ondit: qui in cor
pore suo viuo mortẽ pertulit. Gaude igit
dignissima dña mea virgo maria: que mor
te deuicta: et mortis actore supplantato:
celiqȝ introitu patefacto: filium tuũ resur
gentem: et corona victorie triumphantez
vidisti. Et quadragesima die post resurre-
ctionem suã: honorifice vt regem sociatũ
angelis: ad suũ regnum celoꝝ videntibus
multis ascendere conspexisti. E Exul-
ta dignissima dña mea virgo maria: quia
videre meruisti: qualiter post ascensionem
suam apostolis et discipulis suis: spũm san
ctum quo te antea totã repleuerat: filius
tuus repente transmisit. Et augendo in
eis charitatis feruorẽ: et catholice fidei re
ctitudinez ipsoꝝ corda mirabiliter illustra
uit. Letare insup dña mea virgo maria: et
de tua leticia totus mundus letet: q2 post
ascensionẽ suam ad amicoꝝ suorum cõso
lationem: et fidei roboratõem: indigentiũ
auxiliũ: et apostoloꝝ sanum consilium: in
hoc mũdo filius tuus multis annis te pẽ
manere permisit. Et tũc per tua verba pru
dentissima: gestus honestissimos: et opera
virtuosa: innumerabiles iudeos ⁊ infideles
paganos ad catholicã fidem conuertit. Et
te confiteri virginẽ matrem: ipsumqȝ tuũ
filiũ: et deum cũ vera hũanitate illuminã-
do eos mirabiliter illustrauit. B Be-
nedicta sis tu dña mea virgo maria: que ex
ardenti charitate ⁊ materno amore indesi

nenter omni hora: ad tam dilectũ filiũ tu-
um: iam in celo sedentẽ venire desiderasti.
Et in hoc mundo tu degens ad celestia su-
spirando: diuine voluntati te hũiliter con
formasti: ppter quod tibi dictante iusticia
diuina: eternã gloriã ineffabiliter augmen
tasti. F Sit tibi o dña mea virgo ma-
ria: eternus honor et gloria: quia quando
deo placuit a seculi huius exilio te eripere
et tuam aĩam in regno suo eternaliter ho-
norare: tunc per angelũ suũ hoc tibi digna
tus est nunciare: et venerabile corpus tuũ
iam mortuũ: per suos apostolos cuz omni
reuerẽtia in sepulcro voluit tumulare. Gra
tulare o dña mea virgo maria: q2 in illa le
uissima tua morte aĩa tua a dei potentia
amplexata extitit: et ipẽ ab omni aduersi-
tate eã paternaliter custodiendo protexit
Et tũc ipse deus pater oĩa que creata sunt
tuc ptãti subiecit. Et dei filius te suam di-
gnissimam matrẽ in sede sublimissima se-
cum honorifice collocauit: sanctus qȝ spi-
ritus ad regnum suũ gloriosum: te sibi de-
sponsatam virginem deferendo mirabili-
ter exaltauit. Gaude eternaliter dña mea
virgo maria: quia post tuam mortẽ aliquã-
tis dieb) corpus tuũ in sepulcro iacuit tu-
mulatũ: donec per dei potentiã denuo aĩe
tue: cum honore extitit copulatũ. Exulta
satis o mater dei glorifica dña ỽgo maria
quia corpus tuum post tuam mortẽ simul
cum aĩa viuificatũ: assumi in celum cũ ho
nore angelorũ videre meruisti: tuumqȝ fi-
lium gloriosum cum hũanitate deum exi-
stere agnouisti: ac eum esse oĩm iustissimũ
iudicem et bonoꝝ operũ remuneratorem
cum exultationis gaudio conspexisti. G
Gaude etiam dña mea virgo maria: q2 tui
corpis caro sanctissima se virginem et ma
trem iaz in celo nouit existere: nulloqȝ mor
tali vel veniali crimine se vidit maculataz
aliquatinus esse: ymo omnia opa virtuosa
tam charitatiue se nouit fecisse: q deũ ex
iusticia oportuit te summo honore vene-
rari. Intellexisti tunc etiã: q quicunqȝ de
um in hoc mũdo ardentius amaret ipẽ eũ
in celo iuxta se vicinius collocaret. Et q2 to
ti celesti curie erat manifestũ: q nullus an
gelorũ nec hoĩm: tanta charitate: quanta
tu ipm deũ amauit. Idcirco dignũ ⁊ iustũ
fuit: q in summa sede glorie cũ aĩa et cor
pore: te ipẽ deus honorifice collocauit. Be
nedicta sis tu o dña mea virgo maria: quia
oĩs creatura fidelis pro te sanctã collau
dat trinitatẽ: eo q tu eius creatura es di-
gnissima. Que p miseris aĩabus veniã im
petras pinptissima: ⁊ pro oĩbus pctõribus

existis aduocata et ꝓcuratrix fidelissima. Laudet̄ igit̄ deus summus imꝑator et dominus qui te ad tm̄ honorem creata q̄ tu imperatrix et dn̄a fieres perhenniter in regno celo℞: cum ipso eternaliter regnatura in secula seculo℞ Amen.

Hec oratio fuit a deo reuelata beate birgitte in q̄ pulcre et deuote laudat̄ xp̄us cū narratiōe seriosa: de sua gl'iosa īcarnatiōe et de oībꝫ actibus ꝛ laboribus ꝛ doloribꝫ vite: et sanctissime mortis sue: et de ascensione in celū: et missione spūssancti in discipulos ꝛc. Oratio. II

b Enedictus sis tu dn̄e

mi deus meus: et amor meus dilectissime aīe mee: qui es vnus deus in tribus ꝑsonis. A Gloria et laus sit tibi dn̄e mi iesu xp̄e: qui ī corpus virginis a patre missus fuisti: manes tū cum patre semꝑ in celo: et pater cū sua diuinitate manens in tua hūanitate inseꝑabiliter tecū in mundo. Honor ꝛ gloria sit tibi dn̄e mi iesu xp̄e: qui in vtero virginis cōcepta de spūsancto corꝑaliter creuisti: et in eo vsq3 ad tempus partus hūiliter habitasti: ac post iocundā natiuitatem tuā: ipsius tue matris mūdissimis manibus tractari pannis inuolui: et in presepio reclinari dignatus fuisti. Bn̄dictus sis tu dn̄e mi iesu xp̄e qui carnē tuam immaculataꝫ circūcidi: teq3 iesum vocari: et a matre tua in tēplo offerri voluisti. Bn̄dictus sis tu dn̄e mi iesu xp̄e: q̄ te in iordane a seruitore tuo iohāne baptizari fecisti. Benedictus sis tu dn̄e mi iesu xp̄e: qui tuo bn̄dicto ore verba vite hominibus ꝑsonaliter predicasti. Et corā eis per teipm̄ multa miracula presentialiter operatus fuisti. Bn̄dictus sis tu dn̄e mi iesu xp̄e: qui ꝓphetarum scripturas adimplendo: te deū verū esse mundo rōnabiliter manifestasti. Bn̄dictio et gloria sit tibi dn̄e mi iesu xp̄e: qui .xl. diebus in deserto mirabiliter ieiunasti. Et a dyabolo inimico tuo tēptari te ꝑmisisti: quem solo verbo a te dum tibi placuit expulisti. B Bn̄dictus sis tu dn̄e mi iesu xp̄e: qui mortem tuam ante tempus p̄dixisti. Et in vltima cena de pane materiali: tuū corpus p̄ciosum mirabiliter cōsecrasti: ac etiā illud apostolis tuis in memoriā tue dignissime passionis charitatiue tribuisti. Et ipsorū pedes lauando tuis sctīs manibus preciosis: maximā hūilitatem tuā hūiliter ōndisti. Honor sit tibi mi dn̄e ih̄u xp̄e qui timore passionis ꝛ mortis de innocēti corꝑe tuo ꝓ sudore sanguinem emisisti: et nihilominus redemptiōem nostram quā facere volebas ꝑfecisti: et taliter charitatē tuam quā habebas ad genus humanū manifestissime ostendisti. Gloria sit tibi dn̄e mi iesu xp̄e: qui a discipulo tuo vēditus ꝛ a iudeis emptus ꝛ captiuatus ꝓ nobis fuisti: ꝛ vnico tuo ṽbo inimicos tuos ad terrā ꝓiecisti: quo℞ inmūdis manibꝫ rapacibus postmodū te captiuū spōtanea volūtate tradidisti. Benedictus sis tu dn̄e mi iesu xp̄e: qui ad cayphā ductus fuisti: et tu qui es iudex oīm pylati iudicio te tradi hūiliter ꝑmisisti. Bn̄dictus sis tu dn̄e mi iesu xp̄e: qui a pylato iudice missus ad herodem fuisti: et te ab eo derideri et contēni ꝑmisisti. Et ad eundem pylatū iudicem iterum remitti consensisti. C Gloria sit tibi dn̄e mi iesu xp̄e: ꝓ derisione quā sustinuisti dū purpura indutus: spinis acutissimis coronatus stetisti. Et quia in faciē tuam gloriosam ꝯspui: oculos tuos velari: ac in maxilla et collo ab iniquo℞ funestis manibus grauissime cedi: patiētissime sustulisti. Laus sit tibi dn̄e mi iesu xp̄e: qui ad columnā ligari: inhumaniter flagellari: ꝛ ante iudicium pylati sanguinolētus duci et videri: velut agnus innocens patientissime permisisti. Benedictus sis tu dn̄e mi iesu xp̄e: qui ante pylatum obprobria ꝛ mendacia tibi obijci: ac voces populi petētis reuꝫ latronem absolui: et te innocentē condemnari: tuis auribus benedictis patiētissime audire voluisti. Honor sit tibi dn̄e mi iesu xp̄e: qui toto tuo glorioso corꝑe cruentato ad crucis morteꝫ iudicatus fuisti: tuisq3 sacris humeris crucem cū dolore portasti: et ad locum passionis fortitudine ductus: vestibusq3 tuis spoliatus: sic ligno crucis affigi voluisti. Gloria īmensa sit tibi dn̄e mi iesu xp̄e: quia sustinuisti pro nobis humiliter: vt iudei tuas venerabiles manus ꝛ pedes cum fune extenderent: et ligno crucis crudeliter ferreis clauis affigerent: te quoq3 proditorē vocarent. Et super te scripto confusionis tytulo: suis verbis nephandis te multipliciter deriderent. D Laus eterna et gratiarūactio sint tibi mi domine iesu xp̄e: qui cum tanta mansuetudine: tam crudeles dolores ꝓ nobis passus fuisti. Nam quando corpus tuū benedictum suis totis viribus extuauit in cruce: oculi tui benigni caligabant speciosa facies tua ex diminutione sanguinis tota operiebat̄ pallore: lingua tua bn̄dicta estuabat et siccabat̄. Et ex amarissimo poculo madebat os tuū. Crines et barba sanguine replebātur de vulneribꝫ tui sanctissimi capitis. Ossa manuū et pedū totius preciosi corporis

tui distungebant a locis suis: non sine tuo magno z intenso dolore: vene z totius tui benedicti corporis nerui crudeliter rumpebantur. Et sic eras inimaniter flagellatus: et doloribus vulneribus sauciatus: quod caro z cutis tua innocentissima: tota erat intolerabiliter lacerata. Et taliter afflictus z doloratus o tu mi dulcissime dñe in cruce stetisti et mortis horam cū dolore nimio patienter et humiliter expectasti. Honor ppetuus sit tibi mi dñe iesu xpe: qui positus in tali angustia: tuam dignissimā matrem que nunquam peccauit: nec etiam minimo pctō vnquam consensit: tuis benignis oculis charitatis humiliter respexisti. Et cōsolando eam tuo discipulo custodiendā fideliter cōmisisti. E Benedictio eterna sit tibi dñe mi iesu xpe qui existens in mortis agonia omnibus peccatoribus spem de venia tribuisti: quando latroni ad te cōuerso paradisi gloriā misericorditer promisisti. Laus eterna sit tibi dñe mi iesu xpe: pro qualibet hora qua in cruce maximas amaritudines et angustias: pro nobis peccatoribus sustinuisti. Nam dolores acutissimi de tuis vulneribus procedētes directiā felicem aīam penetrabant et cor tuum sacratissimū crudeliter ptransibāt: donec crepante corde: spūm feliciter emisisti. z inclinato capite in manus dei patris tui ipsum humiliter cōmendasti: et tunc mortuus corpore totus frigidus remansisti. Benedictus sis tu dñe mi iesu xpe: qui tuo precioso sanguine: et sacratissima morte aīas redemisti. Et eas ad vitam eternā de exilio misericorditer reduxisti. Bñdictus sis tu dñe mi iesu xpe: qui in ligno crucis mortuus pependisti: et statim amicos tuos potēter de inferni carcere liberasti. Bñdictus sis tu dñe mi iesu xpe: qui p salute nostra tuum latus et cor pforari lancea pmisisti: et preciosum sanguinē tuū affluenter z aquā de eodem latere: vt nos redimeres emisisti Et antequam licentia a iudice concederetur: corpus tuū sacratissimū deponi de cruce noluisti. F Gloria sit tibi mi dñe iesu xpe eo quod corpus tuū benedictū ab amicis tuis de cruce deponi: et in manibus tue mestissime matris reclinari voluisti: et ab ea pannis inuolui: ac in monumēto sepeliri: a militibus quoque ibidem custodiri pmisisti. Honor sempiternus sit tibi mi dñe iesu xpe: qui die tercia a mortuis resurrexisti: et quibus tibi placuit te viuentem manifestasti: post .xl. quoque dies ac celos multis videntibus ascendisti. Ibique amicos tuos quos a tartaris liberaueras honorifice collocasti. Iubilatio z laus eterna sit tibi mi domine iesu xpe: qui sctūm spiritum in discipulorū cordibus transmisisti: et immensum amorem diuinū in eorum spiritibus augmentasti. Bñdictus sis tu et laudabilis et gloriosus in secula mi dñe iesu: qui sedes super thronū in tuo regno celorum in gloria tue diuinitatis: viuens corporaliter cum omibus mēbris tuis sanctissimis: que de carne virginis assumpsisti. Et sic venturus es in die iudicii ad iudicandū animas oīm viuorum et mortuorum. Qui viuis et regnas cū patre et spūsancto in secula seculorum Amen.

In hac orone a deo reuelata beate Birgitte: pulcre laudantur omnia mēbra sanctissimi corporis dñi nostri iesu xpi: et virtuosissimi actus eius corporales.

Oratio. III

Omine mi iesu christe

D quamuis ego bene scio: quod benedictum corpus tuum: incessanter laudatur et glorificatur armonia et iubilo celestiū ciuiū supernorum. A Sed quia ex debito tibi teneor reddere infinitas gratiarūactiones: ideo ego licet sim psona insipiens z indigna desidero tū toto corde et ore meo: omibus mēbris tui preciosi corporis: referre gratias quas possum laudem et honorem. Dñe mi iesu xpe: quia tu es vere summus sacerdos et pontifex: qui primo et ante oēs vt nos saciares cibo angelorum: de pane materiali tuum verū et benedictū corpus mirabiliter cōsecrasti. Ideo gloriosa sacerdotalis sedes tua sit ad dexterā dei patris tui in tua diuinitate beata et bñdicta in eternū Amen. Dñe mi iesu xpe: tu vere es caput oīm hominum et angelorum: et dignus rex regum z dominus dominantiū: qui omia opa facis ex vera et ineffabili charitate. Et quia caput tuū benedictū corona spinea coronari humiliter pmisisti: idcirco caput et capilli tui benedicti sint et ornentur gloriose dyademate imperiali: celumque et terra et mare: et oīa que creata sunt: in eternū tue subiaceant z obediant imperio et ptāti Amen. Dñe mi iesu xpe: quia frons tua splendida nunquam se auertit a recta iusticia z veritate. Ideo benedicta sit eadē tua frons: et regali ac triumphali gloria perpetuo collaudetur ab omnibus creaturis: amen. B Dñe mi iesu xpe: quia tuis fulgentibus oculis pietatis benigne respicis oēs qui a te cum vera charitate gratiam et misericordiā postulant: Ideo bñdicti sint oculi tui: palpebre et gloriosa supcilia tua: totusque visus tuus amabilis z decorus incessanter glorificetur ab omi celesti exercitu ciuiū supernorum Amen. Dñe

mi Jesu christe: q2 auribus tuis benignis: libenter audis ⁊ exaudis oēs q̄ te humiliter alloquunt̄: sō bn̄dicte sint ille aures tue: ⁊ eternaliter omni repleant̄ honore. Amen. ¶ Domine mi iesu christe q2 benedicte nares tue suauissime: nō horruerūt fetorē putridi cadaueris mortui lazari: neq3 etiā fetorē horridū: q̄ spūaliter a ꝓditore iuda ꝓcessit quando te osculabat̄: Jdcirco benedicte sint nares tue preciose ⁊ odor suauitatis et laudis eis ab oībus eternaliter impendat̄. Amen. ¶ Domine mi iesu christe: q2 tuo ore ⁊ labijs tuis benedictis: ad nr̄a3 corpalē ⁊ spūalē salutē ⁊ instructionē fidei: verba vite ⁊ doctrine sepissime p̄dicasti. Jō benedictū sit venerēdū os tuū et labia tua ꝓ oī verbo qd̄ ab eis ꝓcessit. Amen. ¶ Dn̄e mi iesu xp̄e: q2 dētib9 tuis mūdissimis: ad sustentationē tui benedicti corpis cibū corporalē moderatissime masticasti. Jdco benedicant̄ ⁊ honorent̄ dentes tui: ab omnibus creaturis tuis. Amen. ¶ Domine mi iesu xp̄e: q2 lingua tua nunq3 mouebat̄ ad loquēdū neq3 silebat nisi iuste ⁊ vtiliter quātū erat preordinatū in tua diuinitate. Jdcirco bn̄dicta sit eadē lingua tua. Amē. ¶ Domine mi iesu christe: q2 sm̄ tuā etatē: barbam speciosa3 in tua facie decora decenter portasti. Jdeo sempiterne venerēt̄ et adorēt̄ barba tua venerabilis: Amen. ¶ Domine mi iesu christe: benedictu3 sit guttur tuū stomachus ac viscera: et oīa interiora tua sacra ꝑpetuo honorent̄: ꝓ eo q̄ corpus tuū preciosum: suo debito ordine decenter nutrierūt: et vitā tuā corpalē ꝑfecte sustentauerūt ad aiaꝝ redemptionē ⁊ leticia3 angeloꝝ. Amen. ¶ Domine mi iesu christe: q̄ digne ab omnibus appellaris dux: q2 crucē onustam sarcinam tuis sanctis humeris ⁊ collo portasti: anteq3 inferni portas potēter ꝯstringeres: animasq3 electoꝝ ad celos reduceres. Jdcirco tuo benedicto collo et humeris: q̄ talia sustinuerunt: sit honor et gloria eternaliter sine fine. Amen. ¶ Dn̄e mi iesu christe: q2 benedictū cor tuu3 regale ⁊ magnificū nunq3 tormētis nec terroribus seu blandicijs flecti potuit a defensione regni tui veritatis ⁊ iusticie: nec tuo sanguini dignissimo in aliquo pepꝑcisti: sed magnifico corde ꝓ iusticia et lege fideliter decertasti: legisq3 p̄cepta ⁊ ꝑfectiōis ꝯsilia amicis ⁊ inimicis tuis intrepide predicasti. Et ꝓ defensione ipoꝝ cum tuis sanctis sequacibus moriendo in prelio victoria3 obtinuisti. Jdcirco dignum est vt inuictū cor tuum in celo et in terra semꝑ magnificet̄: ⁊ a cunctis creaturis ⁊ militib9 triumphali honore incessanter laudet̄. Amen. ¶ Domine mi iesu christe: extrennui milites ⁊ fideles seruitores huius seculi: vitam suam morti libenter exponunt in bello vt eoru3 domini sue vite gaudeant sospitate: sed tu o bone domine mi ad mortem crucis velociter festinasti: ne serui tui miserabiliter interirent. Propter quod iustū est vt gloriosum ⁊ intrepidū pectus tuū a cunctis seruis tuis quos taliter liberasti ⁊ ab oīb9 aliis eternaliter adoret̄: ac etiā ab angelicis choris humiliter collaudet̄. Amen. ¶ Dn̄e mi iesu christe: q̄ venerādis manibus ⁊ brachijs tuis vires sansonis mirabiliter excessisti: dum ea ligno crucis affigi patiēter sustinuisti: Et sic ab inferno amicos tuos violenter rapuisti. Jdcirco eisdez membris tuis ab omnibus quos redemisti exhibeatur incessabilis reuerentia: laus eternaliter et gloria sempiterna. Amen. ¶ Domine mi iesu christe benedicant̄ ⁊ honorent̄ internū preciose coste tue ⁊ tergū tuū: a cunctis homib9 spūalibus ⁊ terrenis laboribus insudantibus: ꝓ eo q̄ ab infantia tua vsq3 ad mortē ꝓ redemptione nostra incessant̄ laborasti: et pctā nostra cum magno onere ⁊ dolore tuo dorso portasti. Amen. ¶ Domine mi iesu christe summa puritas ⁊ vera mundicia: benedicant̄ innocentissimi lumbi tui: et laudent̄ suꝑ omnem angelicā mundiciam que est in celo: ⁊ suꝑ omnium puritatem qui castitatem et virginitatē seruauerunt in mundo. Quia omnium castitas et virginitas tue mundicie ⁊ puritati nequeunt comparari. Amen. ¶ Domine mi iesu christe venerentur ⁊ humiliter honorent̄ ab oībus creaturis celi et terre genua tua cum poplicibus ⁊ tibijs tuis suꝑ omnes q̄ coram dominis ⁊ magistris suis: genua flectendo reuerentiā exhibent ⁊ honorem: q2 tu dominus omnium ante discipulos tuos genua flectebas cum oī humilitate. Amen. ¶ Domine mi iesu christe magister bone benedicantur ⁊ ꝑhenniter adorentur pedes tui beatissimi: quis en3 magno dolore tuo per asperiorem viam q3 alios docuisti in hoc mūdo discalciatis pedibus ambulasti. Et in finem ꝓ nobis eos duris clauis cruci affigi permisisti. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate spiritussancti: per omnia secula seculoꝝ. Amen.

Jn ista oratione que diuinitus fuit reuelata beate Birgitte deuotissime et pulcre laudant̄ omnia membra gloriosi corporis virginis marie: et virtuosi actus eius corporales.

Incipit ꝓlogus In reuelatōes celestes que ꝯmuniter extrauagātes appellant.

Ostquā dominus

Alphonsus quondā ep̄s Gyen
nensis: et postea heremita pro
batissimus: ex p̄cepto xp̄i reue
lationes celestes: factas sancte
Birgitte de regno Suetie in libros distin
xisset: dn̄s petrꝰ prior aluastri ipsaꝝ reuela
tionū p̄mus ꝯscriptor aliq̄s alias reuelatō
nes extra libros originales p̄termissas: re
degit seorsū in cedulas et sexternos. Quas
in p̄sentia reuerēdi patris beate memorie
dn̄i Nicolai tūc tp̄is ep̄i Lincopensis alio
rumqʒ plurimoꝝ dominoꝝ seculariū et ec
clesiasticoꝝ: tradidit fratribus prunitiuis
monasterij watzstenen̄. Affirmans in v̄bo
veritatis: reuelationes illas et plures alias
quas in suo monasterio aluastri repositas
habebat: beate Birgitte diuinitus reuela
tas: et p se ab ore eius translatas fideliter
et cōscriptas. Quaꝝ reuelationū alique ꝓ
pter conuenientiā quam habent ad reuela
tiones in libris originalibꝫ contentas: tan
q̄ȝ declarationes earundē et additiōes: di
ligenti p̄habita discussiōe ipsis originalibꝫ
libris hinc inde pio canamine sunt inserte
Relique vero studiose in vnū recollecte vo
lumen: patebūt numero et ordine infrascri
ptis. Et q̄uis reuelationes iste: ab aliqui
bus extrauagātes nuncupent: eo q ipsis li
bris originalibꝫ reuelationū celestium: a
principio nō iungunt: pie tn̄ ab eodem fon
te sapiētie dei quo et alie: vnde accipimus
omēs credunt veraciter emanasse. ¶ Verū
quia dictarū reuelationū extrauagantiū:
q̄ȝplures concernūt: regulā sc̄ti saluatoris
vel in toto vel in aliqua sui ꝑte. Idcirco in
p̄nti tractatulo tanq̄ȝ ipi regule viciniores
ceteris preferunt. Cetere autē diuersis ho
minū statibus abusiones et vicia dissuaden
tes morum q̄ȝ ac virtutū exempla preben
tes: vsqʒ ad finē libri ꝯpendius subsequunt
Harum autē reuelationū veritas: q diui
nitus reuelate sunt: in attestationibus do
mini prioris petri: et beate Katherine san
cte Birgitte filie pro canonizatione sepedi
cte sancte Birgitte factis: pro maiori par
te euidenter patebit cuilibet: ipsas attesta
tiones fideliter intuenti.

Explicit prologus. Incipiūt capitula.

Circa. ij. capitulū regule sancti saluato
ris. Xp̄us precipit scriptori regule: expone
re gradus vere humilitatis: vt discant filie
matris sue etc. Capit. I

Hristus loquit. Qui

c habet vas pulcrū: et dicit in eo esse
species odoriferas: quis credit: aut
que vtilitas est nisi explicet eas: et ostēdat
earū genera et virtutes. Sic est de virtuti
bus. Aliquis p̄dicat: humilitas est virtus
Quid confert audiēti: nisi ostendant eius
radices et gradus: et quō acquirat et tenea
tur: ꝓpterea quia hūilitas est virtus ꝑfecta
quā ego in meipso ostēdi: ideo confessor tu
us paucioribꝫ verbis exponat gradus hūi
litatis: q̄s didicit in regula bn̄dicti mei: vt
discant filie mr̄is mee principiū virtutū: in
quo stabiliant edificata sua ꝯstruenda.

Circa. iij. et iiij. capit. regule sancti salua
toris: priori Petro dubitāti an aliqua ad
denda essent sup lectisternijs vel indumen
tis: precipit xp̄us q addat vtilia et necessa
ria. Capitulū II.

Filius dei loquit. cur

f frater ignorat ponenda et ꝯstruen
da. Nonne ego ondi sibi p te: q fa
mulus meus bn̄dictus: habuit corpus suū
quasi saccū: et qualis esse debeat habitus
benedicti. Ideo propter infirmorū imbecil
litatem: portat ipse vtilia et necessaria: sed
nulla superflua: et tolerandū erit. Quibus
ego dedero gratiā maioris abstinētie: mo
derabūt frigus scd̄m calorem interiorē.

Circa capitulū quintū regule sancti sal
uatoris: scʒ de horis officio: diuino: et can
tu etc. Christus cōparat humanā naturam
vrbi obsesse: quā pauper scʒ sanctissima vir
go maria: liberauit per sapientiā suam: de
scribendo paupes spiritu: a pauperibus re
bus et nō spiritu. Dicitqʒ q cantus fratrū
in monasterio suo: debet antecedere cantū
sororū: et q ipse sorores aliqualiter moro
sius q̄ȝ fratres: seruatis temporibus: debent
suum cantum moderare. Cap. III

Scriptura quā vos di

f citis bibliam: et nos vocamus au
ream: dicit q vrbem per potentem
obsessam liberauit pauper per sapientiam
suam: cuius pauperis postea nemo recor
datus est. A Hec vrbs humana creatu
ra est: q̄ȝ dyabolus in quadro obsedit quia
quadruplici peccato obsedit hominem scʒ
per inobedientiā diuini p̄cepti. Per trans
gressionem naturalis legis. Per cupidita
tem noxiam: et per mentis obduratiōem
Hanc creaturam: quodammodo liberauit
mater mea sanctissima: quādo voluntatē
suam totā dimisit in manus meas: et ma
luit oēm tribulatōem pati ad hoc: vt anie

saluarent̄. Hec enim vera est diuina sapientia totum deo cōmittere velle suū et posse et etiam in ꝯtrarijs propter deū delectari. Propter hanc igit̄ voluntatē: ego deus ab eterno filius dei: factus sum hō in virgine cuius cor erat quasi cor meū. Et ideo bene dicere possum ꝙ mat̄ mea et ego: quasi cū vno corde saluauimus hōiem: ego patiendo corde et carne ipsa cordis dolore ⁊ amore. G Hec itaqꝫ virgo vere pauꝑ erat: quia nihil desiderabat de diuitijs mundi: cuius et spiritum minimū non adhesit peccatum. Quidam pauperes sunt rebus: sed spū pleni. i. cupiditate et supbia: hi nō sunt paupes quos ego in euāgelio meo designaui. Alij sunt diuites diuitijs: sed spū vacui. Hi sunt qui se cinerē esse considerāt et morituros: qui desiderant esse cū deo: et ꝓpter solam necessitatem ⁊ proximi vtilitatē: habent diuicias. Hi sunt vere paupes: sed diuites in deo: inter quos erat mater mea. Huius ergo virginis et matris mee: quasi oblita est sapientia et pauptas: quia pauci ⁊ si laudant eam ore: corde tamē toto non clamant ad eam: nec imitant̄ vestigia charitatis eius. Jdō qꝛ in ecclesia dei honor dei septies in die canitur a pluribus: scd̄m morem patrū prioꝝ. E Propterea nunc volo vt primū fratres psallant horas suas tempibus debitis. Deinde sorores aliquantulum morosius: officiū suum compleant. Quibus septenarius numerus nō prefigitur: scd̄m cursum solarē: sed prout possunt agant seruatis tpibus quantū possunt. Et hoc ideo cōstituo ego ipse qui dictaui regulam: vt sciat̄ etiam a paganis qui ꝯuertendi sunt: quāto honore deus vult honorare matrē suam. Et quia ipsa caput et dn̄a huius monasterij est: per quā et propiciatrix vo lo delinquentib9: necnō vt impleat̄ scriptura que dicit. Laudabo deū in omni tēpore: et in omni vita. Jdeo hec singularis gracia non renuat̄: quia singulare bonū non preiudicat generali. Nec ideo consuetudo laudabilis patrū improbanda est: sed placitum est mihi: vt in alijs ecclesijs: primū legant̄ hore de virgine matre mea. Deinde psallant̄ hore diei: scd̄m tpa constituta.

Xp̄s dicit ꝙ in cantu sororū ordinis sancti saluatoris: nulla debet esse curiositas: sed sit cantus laudis sonore ⁊c̄.

Capitulum IIII

Ilius dei loquit̄. nū-

f quid nō legisti: ꝙ maria soror moysi: ob singulare dei i mari rubro factum: egressa est cū virginibus et mulieribus: psallens in tympanis ⁊ cimbalis canticuꝫ leticie deo. Sic filie matris mee egredientur de mari rubro: id est a cupiditate et cōplacentia mundiali: habentes in manibus operationū suaꝝ tympana: id est abstinentiam voluptatis carnalis: et cymbala laudis sonore: quaꝝ cantus nō sit remissus: nō fractus: nō dissolutus: sed honestus et grauis et vniformis: et per oīa humilis: imitentur qꝫ illorū cantum qui cartusienses vocant̄: quorū psalmodia plus redolet suauitatem mentis: humilitatēqꝫ et deuotionem: q̄ȝ aliquam ostentationem. Nam non vacat a culpa animus: quādo cantantem plus delectat nota quā res que canit̄: omninoqꝫ abhominabile est deo: quādo vocis eleuatio plus sit ꝓpter audientes: quā propter deum.

Quantū placuit deo magister Petrus in celebrando missam: ⁊ dictando cantum sororum sancti saluatoris: patet ex sequenti reuelatione. Capit. V

Vadaȝ die dn̄ beate

q memorie: dominus Petrus confessor sctē Birgitte celebrauerat missam in capella coraȝ illa: Dixit deus pater ad sponsam filij sui. Licꝫ pauce persone in mundo: ꝑsonaliter interfuerunt isti misse: tū omnis celestis exercitus: ⁊ omēs anime in purgatorio: consolabant̄ ab illa. Item dic eidem presbitero: ꝙ faciat stare illum hymnū. Sponse iungēdo filio ⁊c̄. sicut posuit illū: quia cū sancta ecclesia vocat omnes animas sponsas filij mei: multo magis pōt anima marie vocari sponsa eius.

Virgo maria narrat hic: quā dilectus erat deo et sibi: magister petrus confessor sancte Birgitte: et cōmendat cantū soroꝝ sancti saluatoris. Cap. VI

Ater dei loquit̄ spō-

m se xp̄i. Magister tuus habuit vulnus de tali loquente contra deum: quod quia pro charitate dei obtinuit: nolumus illud curare sed magis emplastrū apponi vt dilatetur. Dic insuper magistro tuo: qui sanctam trinitatem diligit in omni virtute sua: ꝙ ego intantū promoui eū in charitate eiusdem sancte trinitatis: ꝙ ipse est vnus de sacerdotib9: quos deus maxime diligit in mundo: propter quod dabatur ei illum cantum dictare qui est aurum quod erit multis in solaciū.

Mater dei ostendit beate Birgitte quā acceptus est deo et sibi cantus sororum ordinis sancti saluatoris.

Capitulum VII

D Ic illi qui scribit cantum et laudem meam: nõ propter laudem suã ꝛc. Require in .iiij. lib. Capit. xxxij.

Xp̃s precipit sponse ire romã: et mansit ibi .xv. annis in magna tribulationib⁹. Sʒ per xp̄m et virginem mariã consolata est. Et quõ institutus ẽ cantus Aue maris stella cantãdus in ordine scti saluatoris post vesperas fratrū. Capit VIII

C Hristus loquit̃ sponse existenti in monasterio Aluastri dicens. A Uade romã et manebis ibi: donec videas papã et imperatorem: et illis loquens ex pte mea verba que tibi dicturus sum. Venit igit̃ spõsa xp̄i romam Anno etatis sue .xlij. et mansit ibi iuxta diuinū preceptū .xv. annis antequã veniret papa: vicʒ vrbanus quintus: ꝛ imperator Karolus boemus. Quib⁹ obtulit reuelationes pro reformatõe ecclesie: et regulã. In illis siquidẽ .xv. annis quibus mansit rome ante aduentū summi pontificis et imperatoris: habuit multas reuelatões de statu vrbis: in quib⁹ arguebat dñs noster iesus xp̄s excessus et pctã inhabitantiū vrbem: cum graui cõminatione vindicte. Que reuelationes ad noticiã inhabitantiū romanam vrbem deducte: feralis odij cõtra beatam Birgittam: fomentū ministrabant. B Unde quidã eorum minabant̃ eam viuam incẽdere. Alij eam erroneã et phitonissam blasphemabãt. Ipsa ꝰo beata Birgitta paciens sufferebat minas et obprobria eorū. Sʒ timebat ꝙ familia sua: ꝛ alij de cognatis ꝛ amicis eius rome secū stantes: his tribulationib⁹ et obprobrijs scandalizati deficerent. Deliberauitqʒ ad tp̄s cedere furori malignantiū: nec p̄sumebat alicubi diuertere: sine spẽali p̄cepto xp̄i. Quia p. xxviij. annos postqʒ recessit a patria sua nūqʒ ad aliquas ciuitates seu p̄uincias: aut alia loca sctõrū diuertebat: sine imperio xp̄i. Unde beate birgitte in orõnibus suis: rursus diuinum sup his p̄stolanti: dixit xp̄us. Tu desideras scire volūtatẽ meã: an debeas hic rome remanere: vbi plurimi inuidentes tibi: machinant̃ in mortẽ tuam: vel cedere corū malicie ad tp̄s Respõdeo tibi ꝙ qñ me habes nullū timere debes. Ego brachio potentie mee refrenabo maliciã eorū: vt tibi nocere nõ valeant. Et quãuis ex p̄missione mea inimici mei hūanitatẽ meã crucifixerūt: tibi aūt nocere vel occidere nullatenus p̄ualebunt. C C Ite tunc tp̄is etiã appruit ei gloriosa ꝟgo maria dicẽs. Filius meus potens sup omnes hoĩes et demones: et sup oẽm aliam creaturã inuisibiliter restringit omnem conatū malicie eorū. Et ego ero scutum p̄tectionis tue et tuorū: contra omẽs inimicorū spũalium et corporaliū incursiones. Propterea: volo ꝙ tu et familia tua: cõueniatis simul quolibʒ vespe: ad cantandum ymnū Aue maris stella. Et ego auxilium p̄bebo in omnibus necessitatib⁹ vestris Unde dñs petrus olaui cõfessor eius p. xxix. annos. Et filia eius dña Katherina sancte memorie: instituerūt quotidie cãtare in ordine hūc ymnum: asserentes ꝙ ipsa beata Birgitta hoc fieri mãdauit: ex p̄cepto eiusdem virginis gloriose. Quia ipa gloriosa virgo p̄miserat ordinẽ istum: a filio suo sibi dedicatū: spẽali grã velle p̄tegere: et bñdictionib⁹ dulcedinis .s.s. confouere.

Xp̃s dicit qualiter sorores ꝛ fratres omi sexta feria: debent legere septem psalmos. Capitulum IX

f F Ilius dei loquitur. Qualibet sexta feria debẽt sorores circuire ambitus suos: legendo septem psalmos: quib⁹ finitis intrabūt chorum suū: ꝛ flexis genibus legant letanias: Similiter faciãt fratres: circuieundo ambitus suos.

Xp̃s dicit quare organa nullatenus habenda sunt: in monasterijs ordinis sancti saluatoris. Capĩm. X

c C Hristus loquit̃. Filij israhel quia carnales erant: et in vmbra legis seruiebãt multa habebant quibus ad deuotõem excitabant̃. Habebãt quippe tubas et organa ꝛ cytharas: quib⁹ accendebant̃ ad laudẽ dei. Habebãt et cerimonias ꝛ mãdata quib⁹ illuminabãtur ad cultū dei. Legẽ qʒ acceperūt et iudicia: quib⁹ refrenabant̃ a vicijs: et dirigebãtur ad agẽda. Sed quia nūc venit veritas ipsa p̄signata in figuris .s. ego ipse verus deus: dignū est vt in veritate ꝛ toto corde mihi seruiat̃. Ergo quãuis bonum et suaue est audire organa: nec bonis morib⁹ est cõtrariū: nullatenus tñ in monasterio mr̃is mee habeant̃. Quia ibi dʒ esse certa deductio tẽporū: grauitas cãtuū: puritas mẽtiū: cult⁹ silencij: p̄tinuatio verbi diuini: ꝛ pre oĩbus hūilitas vera: et obediẽtia sine mora.

Circa ca. vi. vij. et. viij. regule scti saluatoris: xp̄s dicit quõ abbatissa breuiter loqui põt in monasterio cū artificib⁹: et pro quibus causis pūt abbatissa vl' sorores: et confessor seu fratres: exire extra claustrū.

Capitulum XI

Filius dei loquit̄. Ab

f batissa loq̄ poterit ī mōasterio breuiter cū artificibꝫ: qū eīcēdāda sūt ruinosa: vel aliqua de nouo facienda. Sed nunq̄ȝ aliter loqui pōt in monasterio cum secularibꝫ: nisi ad crates. Nec vnq̄ȝ ipsa exire poterit vł aliqua sororꝫ: nisi forte qū nouum monasteriū construendū est. Tunc sorores maturas emittēt: abbatissa ꝯfessor ⁊ cōuentus. Confessor vero exire poterit cū socio pro constitutōe regule: et regularibꝫ disciplinis: cū supioribus instituēdis. Itē pro sedando scādalo ⁊ infamia monasterij si ꝯtigerit quod absit: aut ꝓ hereticis si necesse fuerit cōfutandis. Itē exire poterit: si pro vtilitate ecclesie sancte a p̄latis vocatus fuerit: aut cum talia negocia occurrūt que per ꝓcuratores monasterij conueniēter emendari nō possunt.

Deuota doctrina per quā instruit̄ abbatissa cū sororibus: et cōfessor cuȝ fratribus ordinis sancti saluatoris. Tp̄s quod est inter horas diebus festiuis: discrete pagere.

Capitulum XII

In dieb⁹ festis abba-

l tissa ostendat sororibus: statū domus ⁊ redditnū: difficultatesq̄ȝ imminētes: legatq̄ȝ eis aliqua capitula regule: et vbi dimiserit: sequenti festo incipiat: donec ꝯpleta sit: ne quia se excuset de regule ignorātia. Habeatq̄ȝ cū eis colloquia edificatoria et ammonitōes: de excessibus q̄s videt. Post hec ꝑmittat eis habere priuata colloquia: aut in viridariū introire. Similiter et sacerdotes: sint in lectura: collatione: ⁊ studio: sicut alijs diebus: nisi forte ꝯfessor de statu domus ⁊ negocijs occurrētibus: aut ꝯsilio dando exquisierit eos. Alias si volunt ex licentia confessoris: possunt solaciando spaciari.

Circa caplm̄ .ix. regule sancti saluatoris scȝ de ieiunio: dicit xp̄s: q̄ plus placet sibi hūilitas et discretio: quā ieiunū: et qualiter permissum est ieiunantibus in pane et aqua: comedere legumina.

Capitulū XIII

Filius dei loquit̄. Li-

f cet mater mea ꝑfectissimā habuit abstinentiā sic tū discrete gubernauit corpus suū: vt nō frangeret̄ aliqua supfluitate et violētia. Et licet pharisei ⁊ multi adhuc religiosorꝫ: non vtant̄ vino: ꝓpter hoc tū non appropinquāt mihi: q2 non habent fundamentū continētie. s. hūilitatem et discretiōem. Ideo cū sublimiora aliqua proponunt̄ vel precipiunt̄: ponderāda et discutiēda sunt ab infirmis: vt nō faciant quantū volūt: sed quid expedit et quid liceȝ. Ecce enī ieiunare in pane ⁊ aqua sanis est bonū: sed nō est summū bonum. Summū bonū est charitas sine qua nō est salus. Sine ieiunio vero panis et aque omīs saluari pōt: si assit ꝑfectio fidei et discretionis: ⁊ iusta causa. Ergo quia tp̄a mutata sunt: loca frigida: corda tepida: et vasa debilia. Ideo locator palmitū mitigare poterit aspera: ⁊ arida succis irrigare. Hoc ē sic intelligendū: q̄ ꝑmissum est ieiunantibus in pane et aq̄: posse comedere legumina: ⁊ aquā coctam bibere. Nam aridus est panis tantus sine leguminibꝫ. Et aspera et frigida est aqua: nisi coquat̄ more tysane: aut in ordeo excolat̄.

Xp̄s distinguens tres gradus peccatorꝫ dicit q̄ in noua regula quā ipse dictauit. s. ordinis sancti saluatoris: omnis charitas humilitas: et discretio: est attendenda.

Capitulū XIIII

Filius dei loquitur

sibi abstulissent: remota ire cõmotiõe dice
bat illis. Amici si placet vobis bibere ha-
beo adhuc vinum in flascone. Secũdo trãs
fixit eum alia lancea in hoc: dum abstulerũt
ei capam: ipse eñ eis sine impatientia ꝑbe-
bat tunicã. Tercia lancea eum transfixit in
hoc q̄ ipsis recedentibꝫ ⁊ eo nudo residẽte:
gaudenter regratiabat̃ deo ꝓ suis tribula
tionibꝫ: pro suis lesoribꝫ orans cum charita
te. Et viam suam deinde arripuit: de nudi-
tatis pudore minime verecundans: ex cuiꝰ
victoria tota nostra curia ↄgaudebat.

Sanctus Botuidus ꝓmeruit beate bir
gitte istam gratiã ⁊c̃. Ca. LXXII

Quarto anno añ mor-
tem viri sanctus quidã terre Sue
tie Botuidus noĩe: apparuit do
mine birgitte quasi in quodam mentis ex-
cessu: dicẽs. Ego tibi ꝓmerui cum alijs san-
ctis istam gratiam dei. scꝫ audire et videre
spiritualia ⁊ sentire: et spiritus dei inflam
mabit animam tuam.

Qr ꝓpter malos principes q̃nq̃z destruũ
tur regna: et quomodo rex se habeat scdm
deum. Capłm LXXIII

Filius dei loquit̃. Si-
cut ꝓpter charitatẽ hominis q̃n-
q̃z saluatũ est regnũ: sic ꝓpter adin
uentiões ⁊ grauamĩa q̃nq̃z ꝑdita sunt regna
Sicut exemplũ dico tibi de vno regno: ipse
eñ rex plus ↄfidebat in pecunia a populo

et transeuntibus sub fraude et simulatiōe iusticie exacta q̄ȝ in deo: ideo vitam pdidit et regnum reliquit in tribulatione: ꝛ adinuentiones sue praue ducte sunt in consuetudinem: ꝛ quasi in legem. Sed si cōfidit in deo ꝛ a cōmunitate petit auxiliū cū charitate: deus potens est saluare in paucis: et citius ꝑpter charitatē reducere ad pacē. Ideo rex si pspera(r)i desiderat: teneat promissionem suam cum deo: ꝛ veritatem cum cōmunitate sua. Caueatq; precipue: ne nouas adinuentiones ꝛ subtilitates inducat. In difficultatibus ꝟo sequat̄ consilia timentiū deum non cupidorū: quia melius est aduersa quedam mundi pati: quam scienter peccare in deum ꝛ animam suam.

¶ Grauis cōmunatio dei super militiam regni cuiusdā: ꝛ q̄ ꝑpter tria iusticia dei mitigari pōt.

Capi. LXXIIII

Filius dei loquit̄. Dixi tibi prius: q̄ ego volo visitare super militiā regni istius: in gladio et lancea ꝛ ira. Sed respondēt. Misericors est deus non veniet malum: faciamus voluntatem nostrā: tēpus nostrū breue est. Ideo audi que nunc dico. Ecce surgere volo: non parcā iuueni nec seni: diuiti et pauperi: iusto ꝛ iniusto: sed vadā cū aratro meo ꝛ euertam stipulas ꝛ arbores: ita vt vbi erāt mille vix remanebunt centum: ꝛ absq; habitātibus erūt domus. Radix quoq; amaritudinis eruēt: ꝛ potentes decident. Aues q̄ȝ rapaces cum virgultis suis ꝓsperabunt̄: et comedent non sua. Verūtū ꝑpter tria placari potest atq; mitigari iusticia mea. Haȝ tria peccata abundant in regno isto. scȝ superbia: gula ꝛ cupiditas. Ideo si assumitur humilitas et honestas in vestibus: moderātia in potationibus: refrenatio de cupiditatibus mūdi: mitigabit̄ ira mea. Princeps quoq; terre: quia remissus fuerat ī iusticia predatoꝝ multoꝝ: edificabit monasteriū in honorem matris mee: in loco quo tibi cōstituo. Si fecerit iuuabo eum et augebo ei charitatem meaȝ: ꝛ oībus cooꝑatoribus eius. Sin aūt: vocabo eum sub coronam: ꝛ ꝟm gloriam eius multiplicabit̄ tribulatio eius: ꝛ regnuȝ eius erit in contemptū: et inhabitantes non gaudebunt.

¶ Xp̄s arguit quandam dominā ꝓ grauibus excessibus: iudicium condignū pro eisdem ostendens: ꝛ q̄ ꝑpter penitentiā ꝛ satisfactionem iusticiam cōmutat in misericordiaȝ.

Capitulum LXXV

Christus dicit cuidaȝ audiente sponsa. A Oculi tui curiosi erāt ad videndū voluptuosa. Aures ad audiendū laudem tuā ꝛ scurrilia. Os tuum paratum ad detractiones et inania. Venter tuus plenus semper deliciis: et quod volebat nō ei negasti. Ornabas cum vestibus corpus vltra modum ad laudem eius non meam. Amici autem mei stabant exterius miserabiles famelici et nudi ꝛ clamabant nec exaudiebas eos: cupiebāt enim ingredi ꝛ indignabaris: Improperabas eis miserias eorum ꝛ deridebas: nec cōpatiebatur anima tua sup eos. Et ne videbat̄ tibi quicquid ad honorem e corporis tui faciebas: et graue vltra modum quicquid pro me faciebas. Iacebas et sedebas cum volebas: nec iusticiam meam attendebas: Nuciebas quicquid erat pulcrum in mun(do) et me creatorem mundi pulcriorem omnibus minus curasti. B Propterea si iusto iudicio contenderem tecum pro superbia oris tui et omnium membrorum: dignum esset vt omnes abhominarent̄ te: ꝛ confunderent te publice cū oī pudore et opprobrio. Pro luxuria tua digna esses vt omnium membrorum tuoꝝ cōpagines dissoluerentur: caro putredine consumeret̄: cutis pre tumore rumperetur: oculi cruerētur: os distorqueretur: manus ꝛ pedes abscinderentur: ꝛ omnia membra sine cessatione mutilarentur. Pro cōtemptu ꝟo pauperum et amicoꝝ meorum et pro auaricia tua: dignū esset vt tanta te inuaderet fames q̄ membra tua ac si esset viuum frustū carnis libenter vorares: ꝛ stercus tuum comederes: et vrinaȝ tuā biberes: nec tamen extingui posset. Pro requie tua et accidia digna esses nullaȝ habere requiem: sed vbiq; miseriam et tristiciam. Pro fauore hominum quem querebas plus q̄ȝ me: tantaȝ mereris deiectionem omnium: vt etiā filii tui ꝛ amici charissimi fugerent te: ꝛ quasi fetida caro ꝛ stercus humanum feteres ī oculis eorum ꝛ naribus. Mallentq; centuplum audire te mortuam: q̄ȝ videre viuaȝ. C Pro eo autē q̄ proximo tuo intulisti damnum ꝛ ad superbiam tuam dilatandam aliena habuisti et detinuisti: dignum esset vt omnia membra tua et ossa tua gladius membratim diuideret: ꝛ serra acutissima carnes tuas sine cessatiōe laceraret: eo q̄ miser affligebatur ꝛ nō compatiebaris ei. Pro inuidia tua et ira qua abundabas: dignum esset vt demones ore suo te deuora

rent totam: et dentibus vt farinam cõfringerent: ita vt optares mortem ⁊ mori non posses: sed semper discerpereris et semper ad idem supplicium instituendum viueres. Ueruntamen quia misericors sum: nec aliquam iusticiam sine misericordia facio: et nec misericordiã sine iusticia: paratus sum misereri omnibus penitentibus: ita tamẽ vt non derelinquã iusticiam: sed magnitudinem iusticie in leniora cõmutem: quia maiorem iniuriam non facio demonibus quã angelis in celo. D Ideo sicut in omnibus membris tuis peccasti: sic in omnibus debes satisfacere: et pro modico labore habebis magnam dulcedinem. Abstineat ergo os tuum a multiloquio et omni verbo ocioso. Aures tue claudantur a detractione: oculi tui a visione superflua. Manus tue aperiantur ad dandum pauperibus elemosynam. Genua tua incuruentur ad lauandum pedes eorum. Corpus tuum abstineas a delicijs: et sic reficiatur vt stare possit in seruitio meo: vt non lasciuiet. In vestibus tuis nõ sit nimium studium: in quo deprehendatur superbia: sed solummodo sit ad vtilitatem ⁊ necessitatem: non ad superfluitatem.

Sequitur Reuelatio.

Capitulum LXXVI

Christus loquitur. Dic

c magistro tuo vt nõ desistat clamare et exaltare vocem suam: quia venio cito. Felices erunt qui confugiunt ad veram humilitatem.

Comminatio grauis regni Suecie.

Capitulum. LXXVII

Filius dei loquitur. Ara

f bo terram istam in iudicio et tribulatiõe: donec inhabitãtes addiscãt petere misericordiam dei.

De quinque regibus trium regnorum similibus brutis: ⁊ quod sextus rex eleuatus deijceretur. Comminatio quoque christi super ciuitates et regna ⁊c.

Capitulum. LXXVIII

Filius dei loquitur. Osten

f di tibi prius quinque reges ⁊ eorum regna. Primus coronatus asinus quia degenerans a principibus bonis: maculam posuit in gloriã suam. Secundus lupus insatiabilis: qui non cognouit improuisum casum suum: vt vitaret inimicũ. Tercius aquila sublimis: ceteros contẽnens. Quartus aries ventilans ⁊ conterens et proficiens ex iusticia dei. Quintus agnus occisus sed nõ sine macula: cuius sanguis multis fuit occasio tribulationis et ruine. Nunc ostẽdo tibi de sexto rege qui conturbabit terram: ⁊ mare: ⁊ simplices cõtristabit: qui terrã sanctorum meorum exhonorabit: et sanguinẽ innocentem effundet. Qui tempus vindicte mee: posuit in audacia manuũ suarum. Ideo nisi celeriter attẽderit: appropinquabit ei iudicia mea: ⁊ relinquat regnũ in tribulatione: et fiet sicut scriptum est. Voluptatem et ventum seminant: ac tribulationem ⁊ dolorem metent. Nec solum visitabo super regnum istud: sed et super ciuitates opulentas et magnas. Nam suscitabo famelicum qui deuorabit desiderabilia eorum: intestina mala non deficient: et discordie abundabunt: stulti dominabuntur: et senes et sapiẽtes nõ leuabunt caput: honor ⁊ veritas psternentur: donec veniet qui placabit iram meam: ⁊ qui animã suã non parcet pro equitatis charitate.

Xps loquẽdo de duobus qui dissimiliter vocati sunt materia epalis: dat hic optimã doctrinam epis: ad conseruandũ se in gratia: et fugiendum temptationes.

Capitulũ. LXXIX

Filius dei loquitur.

f A Recordare quia misi te ad magnũ: quẽ nominaui materiam epalem. Et dixi quod propter quatuor possit fieri petitõ salubris: qui tamẽ nõ peruenit ad episcopatum: quia aliter disponuntur iudicia hominũ: et aliter iudicia dei. Et quia sic deum habere voluit: vt tamen nihil contemptibile de mũdo pateretur. Nunc tibi dico de alio quem voco materiã episcopalem: ⁊ quẽ etiam diligo: cuius corpus egoipse confortabo: et saluabo de laqueis dyaboli. Cuius conscientiam non obumbrabit fallacia dyaboli. Cuius animã mater mea mihi psentabit: a quo etiam tria peto. Primo vt pgrediatur caute: ⁊ nõ procedat in via plus debito. Secdo quod transiliet muros ⁊ fossas: psecutando mihi quod est mihi carissimum. i. animas. Tercio vt non preponat sinistrum pedem dextro: nec alium pedem prius eleuet: nisi alius solide subsistat. Quid significat quod caute debet procedere in via: Nisi quod cautus sit in tẽptationibus: non nimis abstinendo ne debilitetur natura in laborando nec plus iusto indulgendo corpori: ne caro contra animã insolescat. B Secundo quod trãsiliat muros et fossas. Isti muri sunt impedimenta ⁊ cõtrarietates: quibus animus meus impeditur: et attediatur lucrando animas. Hec aũt impedimẽta sunt: timor potentũ: fauor adulantiũ: cõminatio ma-

lignantium: pudor ⁊ dampnũ mundi: amicicia amicorum carnalium: et quies vtilitatis priuate. Hec trãsiliet amicus meus per confidentiaꝫ in deo: per stabilitatẽ fidei: per dulcedinẽ et desiderium celestis vite. Fosse ꝟo sunt temptatio carnalis delectationis: impugnatio immundoꝝ spirituum pusillanimitas mentiũ: leticia dissoluta: tristicia immoderata: obduratio ⁊ frigiditas mẽtis. Hec transcendat episcopus me⁹ per cõsolationẽ sanctarũ scripturarũ: ꝑ exẽpla et vitas sanctoꝝ: per consideratione culparũ ⁊ misericordiarũ sibi factarũ ꝑ contritiõnẽ et ꝯtinuam ꝯfessionem: per discussionẽ diuini iudicij: et formidinem incerte mortis. Si ep̃s istos muros transcẽderit et fossas. tunc thesaurũ mihi p̃ciosum. i. animas mihi lucrari poterit: et ego deus ero enim eo in corde et ore: et ꝯseruabo corpus eius ne iacula malignantiũ perueniãt ad cor ei⁹ Venenũ conatus dyaboli non effugiet: quos ego deijciã ab eo. ℭ Duo ꝟo pedes sũt duo affectus placendi: vnus. s. deo: vt vitaꝫ eternã obtineat: ⁊ ali⁹ placendi hominibꝫ: vt ꝓficiat ad deum. Sic ergo ep̃s extẽdat pedẽ sinistrũ. i. sic placeat hominibꝫ: ammonendo. s. et ꝯuersando et compatiendo errantibus: vt nõ displiceat deo ⁊ mandatis eius. Sic etiã extendat pedẽ dextrũ. i. exerceat misericordiã vt nõ obliuiscat̃ iusticiaꝫ qꝛ gloriosius est apud deũ rationẽ reddere de moderata misericordia q̃ꝫ de superabundãti equitatis. Qꝛ ꝟo episcopus non eleuet pedem nisi alius solide subsistat signat ꝙ affectum et zelum exercere non debeat in peccantes: nisi prius cognita et diligenter discussa veritate. Non enim est sanctior dauid: qui etiã in iusticia facienda errabat: sed errando cognita veritate: se iuxta ꝯsiliũ diuinũ correxit.

Beata virgo dat hic aliqua consilia p̃ncipibus vnius regni: vt rex regni illius corrigatur a suis excessibus. Ca. LXXX

V Irgo Maria mater dei loquebat̃ sponse christi. A Ego sum ad quã angel⁹ dixit: aue gratia plena. Et ideo exhibeo gratiã meaꝫ omnibꝫ eam in necessitate habere volentibus. Ego exhibeo adiutoriũ meũ ad regimen regni in quo tu nata es: ꝯtra inimicos dei corporales ⁊ spirituales. Cunctis inhabitatoribus ãmoneo laborare vnanimiter vt obtineant regem: qui regere velit incolas regni: ad deuota opa et honestam ꝯuersationem. Quibꝫ etiã notifico ꝙ diuina iusticia ꝓpouit separare regem ⁊ totam generationẽ eius a regimĩe regni istius ⁊ alternatus in regno in regem electus est: q̃ regnaturus est ſm cõsiliũ amicorũ dei et vtilitatẽ regni. Vos igit̃ quattuor faciatis ſm cõsiliuꝫ meũ: et vt possitis vobis plures attrahere habeatis istud ꝯsiliũ secretũ secrete cũ amicis dei: ⁊ absconditũ ab inimicis eius: vt honor dei augeat̃ ⁊ bona cõsuetudo renouet̃: nec nõ et alienata a corona regno restituantur. Vadat igit̃ vnus vestrũ vel plures ad regẽ dicendo sibi. B Nos habem⁹ aliq̃ dicere vobis tangentia salutẽ aĩe vestre: q̃ rogamus vos sub sigillo confessionis tenere. Addatis etiam plura verba vt expedire videt̃: qꝛ sensus sit talis. Vos habetis pessimam famã in toto regno: dicentẽ vos habere et exercere naturalẽ ꝯmixtionẽ ⁊ turpitudinem cũ masculis: ꝯtra naturalẽ dispositionẽ. Qḋ verisimile videt̃ ex eo ꝙ pl⁹ diligitis quosdã viros ꝯ̃ deum ⁊ aĩam ꝓpriam q̃ꝫ ꝓpriam vxorẽ. Secũdo dubitari pōt an habetis fidem rectaꝫ: qꝛ interdictus ab ecclesia audire missam: intrastis nihilominus ecclesias ⁊ audistis missas. Tercio estis predo corone ⁊ honoꝝ regni. Quarto q̃estis ꝓditor famuloꝝ ⁊ subditoꝝ vestoꝝ: qui fideliter seruiebant vobis et filio vestro: quos tradidistis volũtarie in manus inimici eorum pessimi cũ tota terra Schanie: ꝓ cui⁹ malicia et fallacia: nunq̃ꝫ eo viuente tute poterunt securari. Si decreueritis peccata ista emendare: ⁊ terras alienatas reuincere: seruiemus vobis: Sin aũt: cõmittatis filio vestro sub iuramento prestito q̃ velit terras alienatas reuincere: cõmunitatẽ diligere: militibꝫ suis fidelis existere: ⁊ omnia ſm leges p̃rie iuste ⁊ pie regere ⁊ gubernare. ℭ Attamẽ sciatis vos quattuor ꝙ deus ꝓuiderat sibi aliũ regẽ in futurũ: q̃ taliter ꝓuenire pōt in publicũ cum minori dampno et ꝑiculo: qꝛ potens est dñs tã vitã iunioris q̃ꝫ senioris abbreuiare: vel de regno aliter expellere: oĩaqꝫ ſm velle suum disponere: abbreuiare seu etiã ꝓtelare. Si ꝟo ille obedire noluerit: tũc cõsulatis secrete aliquos de p̃ncipibꝫ ⁊ militibꝫ regni. et cuꝫ inueneritis aliquos ad idẽ vobiscũ beniuolos et fideles: dicatis eis in publico qḋ prius dixistis regi in secreto: ꝙ nulli heretico seruire volueritis vel ꝓditori. Sed nec filio ei⁹ si decreuerit esse paterni sceleris imitator. Quo facto assumatis vobis vnũ in principẽ: q̃ ex pte corone regni: preliari poterit ꝑlia regni. Qui elect⁹ si ꝑfectus in bono fuerit amicus meus erit. Sin aũt cito delebit̃. Vos apponite pecũias ⁊ silua: ego addã cor virile ⁊ audaciã: vt q̃ sponte nolu

erit inuitus obedire compellet. Si autem rex voluerit de regno recedere: caueatis ne quis vestrū ipsius vestigia imitet.

Declaratio cuiusdā specialis gratie beate Birgitte. Ca. LXXXI

b Oc magnū de spirit⁹ sancti gratia habuit spōsa christi: q̄ quotiēs approximabāt ei homines pleni spū immūdo et supbo: statim sensit tantū fetorem: et in ore tam amarū habuit saporē: q̄ vix ferre posset. Unde q̄dam plenus peccatis cū cōsedisset ei: quesiuit dicens ei. Quid est de spū quē diceris habere: vtrū est a te aut ab alio aliquo: aut forte a demone? ¶ Sed illa vix ferre valens fetorē eius ait. Fetidū habes habitatorē: et fetida sunt que pcedunt de ore tuo: Penitentiā igit̄ age: ne tibi supueniat vltio dei. Qui minus iratus recedens. Cū aūt se sopori dedisset: audiuit demonū voces innūerabilium dicentiū. Trahatnus istū ad loca porcoꝝ: q̄z spreuit monita salutis: qui rediens ad seipsum: correxit ex gratia dei vitā suā criminosam. Et postea odor bon⁹ fetore sublato reuersus est.

Christus hortat̄ homines ad cōsiderationem operū suoꝝ misericorditer: ⁊ ad penitentiam inuitat pctōres: sub interminatōne pene horribilis: et ve sempiterni.

Capitulum LXXXII

c Hristus loquit̄. ego sum omniū deus: cuius vocē moyses audiuit in rubo: Johānes in iordane: Petrus in monte. Ego clamo ad te o homo misericorditer: q̄ clamaui p te in cruce lacrimabiliter. Eleua aures tuas ⁊ audi me. Api oculos tuos ⁊ vide me: vide me: q̄z ego q̄ loquor sum potentissimus et fortissim⁹: sapientissim⁹ ⁊ virtuosissim⁹: iustissimus et pijssimus: et cū his oīb⁹ sup oīa pulcerrimus. Vide et inquire potentiam meā in veteri lege: et inuenies eā in creatione creaturaꝝ oīm: mirabilē ⁊ timendā. Inuenies et fortitudinē meā in regibus ⁊ principib⁹ rebellib⁹. Sapiētiā quoq̄z in creatione ⁊ dignitate hūane effigiei: ⁊ in sapiā pphetarū. in q̄re ⁊ virtutē meā incōpabilē ⁊ inuenies eā in legis datiōe ⁊ ppli mei liberatiōe. Vide ⁊ iusticiā meā in pmo angelo ⁊ in pmo hoīe. Vide in diluuio: vide in re'i quaꝝ ciuitatū et vrbiū subuersione. Vide preterea pietatē meā in supportatiōe ⁊ patientia inimicoꝝ: vide et in amnonitiōe pphas.

B Ad vltimū vide ⁊ ɔsidera pulcritudinē meā: ex pulcritudie ⁊ opatiōe elementoꝝ ex moysi glificatiōe: ⁊ tūc cōdigne me eligis ⁊ diligere debes reuoca ad intellectū. Vide me p̄terea eūdē eē q̄ loq̄bar in noua lege potētissimū ⁊ paupimū. Potentissimū in adoratione regū ⁊ denunciatiōe stelle: paupimū q̄ ligabar pannis ⁊ in p̄sepio reclinabar. Vide me ampli⁹ sapientissimū ⁊ insipientissimū. Sapiētissimū cui nō pōt aduersarij r̄ndere. Insipiētissimū qui mēdacij arguebar ⁊ iudicabar vt reus. Vide ⁊ me virtuosissimū ⁊ abiectissimū. Virtuosissimū in sanatiōe infirmoꝝ ⁊ expulsione demonū: abiectissimū in flagellatōe omniū mēbroꝝ. Vide me iustissimū ⁊ iniustissimū reputatū. Iustissimus in veritatis et iusticie institutōe: iniustissimū reputatū p mortis deformis adiudicatione.

C Vide me q̄z pijssimū ⁊ impijssime tractatum. Pijssimū in redēptione ⁊ ɔdēnatiōe pctōꝝ impijssime tractatus: q̄z latronib⁹ in cruce sociatū. Vide me vltimo pulcerrimū i monte: turpissimū in cruce: q̄z nō habebā speciē neq̄z decorē. Vide me ⁊ ɔsidera: q̄z ego qui patiebar pter te nūc loq̄r ad te. Vide me nō oculis carnis s̄z cordis: vide q̄d dedi tibi: q̄d exigo a te: q̄d redditur⁹ es mihi. Dedi tibi q̄ppe absq̄z macula aīam: redde absq̄z macula. Patiebar p te vt tu sequereris me Docui te vt viueres s̄m me nō s̄m velle tuum: audi insup vocē meā q̄ clamaui ad te in carne. Agite pniam: audi vocē meā q̄ clamaui ad te in cruce. Sitio te. Audi nūc altius: q̄z nisi egeris pniam veniet tibi ve: q̄ ve caro tua arescet: aīa pauore dissoluet: et medulla tota desiccabit̄: fortitudo infirmabit̄: pulcritudo euanescet: vita habebit̄ tedio: fuga queret̄ ⁊ nō inueniet̄. Ideo fuge celeriter ad latibulū hūilitatis mee ne veniat ve q̄d minat̄ q̄z ideo minat̄: vt fugiat̄: si credideris corde: Sin aūt opus dabit fidē verbis: Verūtn̄ iuq̄re a sapientib⁹ q̄ p miserā nō p̄tereā: Quis p patiaꝝ patienter patiētie fructū expecto.

Ex tribus cognoscit̄ xp̄s fuisse verus deus ⁊ homo in morte sua. Et q̄ christus habuit tres amicos in mūdo: qui modo auersi sunt ab eo Caplm LXXXIII

m Aria loquebat̄ dicēs. Tripliciter intelligi et cognosci poterat in morte filij mei: q̄ ip̄e erat verus deus et ver⁹ hō. Primo q̄z terra ɔtremuit ⁊ lapides ɔscissi sunt. Scdo cum dixit. Scriptura cōpleta est. Tercio cū dixit latroni: hodie mecū eris in padiso. Hoc enī null⁹ pctōꝝ pmittere poterat. Deinde loq̄bat̄ filius ad exercitū suū circūstātē dicēs. Amici mei verba mea sunt eterna: et omīa

scitis et videtis in me: propter istam tamen que astat hic: que sine similitudine percipere non potest: loquor et conqueror coram vobis. Ego habui tres amicos in mundo. Primus dilexit me quia sensit. Cogitabat enim apud se: deus dat mihi fructum de terra et arboribus: et pisces de mari: dat insuper corpus et animam: et cum hoc sanitatem et omnia necessaria. Ideo dilexit me fide et charitatis operibus elemosyna et ieiunio: et hi erant omnes boni laici. Secundus dilexit me: quia sensit et vidit. Sensit quippe quia terra dedit fructum: celum pluuiam. Vidit quoque in scriptura quomodo viueret: qualis erat via et institutio mea et sanctorum meorum: et cogitauit secum. Homines quasi ceci sunt et quasi mortui: ideo quia deus dedit mihi scientiam instruam eos. Et hi erant litterati et clerici: qui laudabant et glorificabant me opere: bonam vitam habendo: quia senserunt et dilexerunt me: ore alios incitando secum et docendo. Tercius me sensit et vidit: et perfecte intelligendo considerauit. Sensit quoque cum amico primo: quam vtilitatem attulit ei terra: et celum quo illuminabatur. Vidit cum secundo in scripturis: que fugienda erant et que facienda. Tercio etiam intime considerauit quantam charitatem ei ostendissem. Ideo propter tria que considerauit: tripliciter se ex charitate afflixit. Considerauit enim nuditatem meam et paupertatem: propterea relinquens mundum quesiuit solitudinem. Considerauit secundo tribulationis mee patientiam: ideo assumpsit sibi abstinentiam. Considerauit obedientiam meam vsque ad mortem crucis: ideo reliquit voluntatem suam in manus aliorum. Isti erant boni claustrales. Hi tres amici mei quotidie clamauerunt in aures meas: et vox eorum erat suauis mihi quasi potus bonus et delectabilis sitienti. Sed nunc hi amici mei auerterunt se a me: et vox eorum abhominabilis facta est mihi quasi vox ranarum. Primus enim: id est communitas dicit: Laborabo terram quia dat mihi fructum de laboribus meis sicut mihi placet: quia laboris mei est quod aliquid habeo. Industrie mee est quod aliquid possideo. Nisi enim laborarem: nihil haberem. Non regratiantur mihi: quia vitam eis tribuo et sanitatem. Non attendunt quod tempora eis dispono ad commoda: et aerem de celo opportunum. Non etiam considerant quare creauerim eos: et quod mihi reddituri sunt de operibus suis rationem. Ideo tribuunt sibipsis laudem: et secundum voluptatem suam viuunt. Insuper et spoliant me iure meo: quia decimas non soluunt mihi. Secundus autem dicit: hoc quod habeo ex industria mea est: et iure quodam habeo: et ideo viuere volo secundum voluntatem meam. Acquiram mihi sapientiam hominum: quia sapientia diuina fatuitas est: mandata eius onerosa: et exemplum difficile ad imitandum. Ad honorem ideo vocatus sum: propterea laborabo quomodo ab homine honorari possim: hoc enim est leticia esse magnum in mundo. Tercius dicit. Intrabo monasterium vt maiorem ceteris obtineam honorem cum primis vbi venero sedeam. Pro paupertate dicit: nulla mihi deesse volo. Pro abstinentia dicit: in propria voluntate volo esse. Pro obedientia dicit: obediam hominibus pro vtilitate mea: non curo obediens esse deo. Si placere possim hominibus: sufficit mihi. Talis est nunc maledictus clamor eorum in auribus meis: et sic stant coram me.

Christus loco malorum christianorum diligere vult paganos: sicut lutifigulus vna imagine desedata: facit sibi aliam.

Capitulum LXXXIIII

Ego sum quasi fictor qui de luto facit pulchram imaginem ad hoc vt eam nobiliter deauraret. Euoluto autem aliquo tempore inspiciens fictor vidit imaginem humidam: et quasi ex humore deformatam: os quippe retortum a pulcritudine sua: factum est quasi os canis: et aures dependentes: oculi euersi introrsus et gene immerse. Tunc dicit magister. Non es digna vt vestieris auro meo: et arripiens eam comminuit: et facit aliam auro suo dignam. Ego sum ille fictor qui hominem feci de terra ad hoc: vt auro deitatis mee eum mecum insignirem. Nunc autem amor voluptatis eius et cupiditatis: sic eum desedauerat vt indignus sit auro meo. Nam os quod ad laudem meam creatum est: nihil loquitur nisi placentia: et proximo nociua. Aures nihil audiunt nisi terrena. Oculi nihil vident nisi voluptuosa. Frons humilitatis deciderat: et erecta est superbia. Ideo eligam mihi pauperes: id est paganos despectos: et dicam eis. Ingredimini et quiescite in brachio charitatis mee. Vos autem qui mei esse deberetis et spreuistis: viuite secundum voluntatem vestram tempore vestro: et in tempore meo: scilicet iudicii dicam vobis. Ecce dabitur vobis tantum de tormentis: quantum dilexistis voluptatem vestram plusquam deum vestrum. Iste vero venit ad me quasi catulus: ponens caput et collum ad laqueum: exhibens se tenui: Ideo dimissum

est ei peccatum.

De tria debent esse in corpore hominis et tria in anima: sicut tria sunt in exercitu celesti. Et de quodam episcopo amico christi et virginis Marie qualiter se haberet in refectione corporis sui: qui et portaturus erat ista verba christi: ad malos christianos.

Capitulum LXXXV

Maria loquebatur. In exercitu regis angelorum tria sunt. Primum q abundat et non minuitur. Secundum q stabile est et non euertitur. Tercium q fulgidū est et non offuscatur. Sic etiā tria debent esse in corpore et tria in anima. Primum q abundat in anima et non minuitur: hoc est donum spiritussancti quod datur anime: licz enim in se et virtute sua abundat: tamē propter peccatum minuitur. Secundum debet esse stabile boni operis: vt non euertatur voluntate praua. Terciū debet esse fulgidum pulcritudine et profectu bonorum operum vt non offuscetur colore praue affectionis seu cōcupiscētie. In corpore tria esse debent. Primo refectio. Secundo labor. Tercio voluptatis et consensus carnalis cohibitio. Primo satietas somni: vigiliarum et refectionis cum temperamento: vt nec minus nec plus sit: sed sic vt corpus sufficiat stare in seruitio dei. Secundo continuatio in labore cum omni discretione. Tercio voluntas hylaris in seruitio dei: et cohibitio praue voluptatis: ex qua anima illumiatur. B Ergo quia amicus meus per votum suum manus suas ligat: ne corpus suum contra animam processum habeat contrarium: ideo ego que sum regina celi et filio meo charissima et proxima: soluo votum suum: quia filio meo sic placet: Ego enim illa sum de qua predicationem suam incipit. Ego enim prece tanq̃ sydus ante solem precedo eum ante filium meū: et gubernando subsequor. Ideo permitto ei vt corpori suo: prout nature congruit et expedit indulgeat: carnes comedendo diebus carnium: et pisces diebus piscium. Insuper do sibi tria. Primo formaz in bonis operibus. Secundo sapientiam copiosiorem in consciētia. Tercio robur maius ad affectum in proferēdis verbis diuinis. Insuper et illū timorē: quem pro excessu ciborum sumendorum habet verto ei in bonum: ita vt cibus quem sumpturus est: ad corporalem ei fortitudinem et spiritualem proficiet: et ad anime profectum liquescat. C

Deinde filius apparens loquebatur dicens. Ipsi iniunctum est officium apostolorum: ideo cibum apostolorum permitto ei habere. Apostoli quippe que apponebant comederunt. Sic ipse in refectione corporis sui se habebit sicut apostolus. Ego enim mitto eum non ad gentiles vt alios amicos meos: sz ad malos christianos: Sicut enim sponsam que a viri sui consortio contemptibiliter discesserat: difficilius est reuocare ad viri cohabitationem: quam illaz que non gustauerat viri voluptatez: sic difficilius est malis christianis ad deum redire: q̃z qui nondum gustauerant verba dei: et bonitatis eius dulcedinem. Propterea quia amicus meus est et eum intime diligo: ideo quasi amico laboriosius onus impono. Veruntamen omnia cum attemptauerit: per gratiam meam fiāt illi leuia. In pascha nunc appropinquante videat vt paratus sit ire negocium meum: ipse quippe ponet nucleum in pingui terra: qui pinguescet in multis et fructum faciet. Nucleus iste verba mea sunt: terra vero pinguis sancta ecclesia: que a sapientibus exarata fructifera fiet. Ideo vadat securus: ego ero cū eo in corde et in ore

Quare periculosa est leticia mundanorum et securitas.

Capi. LXXXVI

Maria loquebatur. Modica leticia est in illo risu quem scitur pro certissimo ploratus secuturus. Sic est de risu mundanorum: post quez sciunt homines omnium membrorum dolorem secuturum et corde crepante: leticiā conuertendam in luctum. Magnum etiaz periculum est non curare reconciliari iudici: anteq̃z gladius separat caput a corpore. Tale periculum instat homini non attendenti reconciliari iusticie dei: anteq̃z mors separat animam a corpore.

Gratia spiritussancti indigni sunt quicunq̃z nolentes dimittere peccata.

Capitulum LXXXVII

Maria ait. Cōsuetudo est vobiscum q alicui venienti cuz sacco apto vel vase mundo: det aliquid in illo. Sed si portans saccū nolit pre pigricia sua apire eū et si vas suū fuerit inmūdum: similisq̃z est stercori q̃z vasi purificato: quod etiam portans nullo pacto mundare proponit: quis daret ei sua preciosissima: cum indignus sit: Sic est etiā spiritualiter qn̄ voluntas nō proponit peccatū dimittere

tunc non est iusticia: vt illi detur poculum
spũsancti. Et qñ non est voluntas in cor-
de peccatum emendare: tunc non debet ci-
bus sancti spiritus illi infundi: siue talis sit
rex: siue cesar: siue clericus: siue pauper: si-
ue diues.

Accomodare mutuo pecuniã indigenti
meritorium est: sed absq; vsura.

Capitulum LXXXVIII

v Si quis petit a te mu-
tuo pecuniam accomodare ꝓ nomine
dei: quẽ scis eã contra deum nolle
expendere: quere ab eo quo die voluerit red
dere: ꝛ ꝯputatis rebus: que tibi ꝛ tuis sunt
ꝓ quotidianis sumptibus necessaria: mu-
tua sibi quantũ vales et ipse indiget. Qui
licet prefixo die reddiderit nihilominus p̄-
miũ habebis a domino pro quolibet dena-
rio. Si autem prefixo tempore non reddi-
derit: potes ab eo exigere quod tuũ est ßm
leges patrie: ꝛ nihilominus premiũ habe
bis a domino ꝓ labore et mutuatione tua.
Ita cum pecunijs tuis potes acquirere ti-
bi lucra spiritualia: magis q̃ȝ haberes eas ĩ
scrinio reconditas. Sed caue summopere
ne recipias vnum obulum ꝓ vsura: ꝓut ali
qua premia desideras habere a deo pro cõ-
cessione tua.

Visio qualiter mater christi iuuat oĩs
volentes reconciliari deo: et abbreuiat pe-
nam damnandorum. Et de malicia dyabo
li ad homines.

Cap. LXXXIX

v Videbat sponse chri-
sti beate Birgitte: q̃si ꝙ virgo ma
ria mater dei staret prope eam.
A Et a dextris eius iacerent diuersa in-
strumenta: cum quibꝰ in omnibꝰ periculis
se posset defendere. Et ꝙ a sinistris eius ia
cerent quasi arma apta ad puniendũ eos
qui se mala voluntate ad penas damnaue-
runt. Tunc dixit virgo ad sponsã. Sicut
tu vides diuersa instrumẽta: quodlibet ad
opus suum necessarium: sic ego veniam in
adiutorium in instrumentis meis omnibꝰ
timentibꝰ ꝛ diligentibus filium meum: et
viriliter contra temptamenta dyaboli relu
ctantibꝰ. Qui sedent quasi intra muros ca-
strorum: quotidie repugnantes contra in-
sidias malignoꝝ spirituum: quibꝰ venio ad
defensionem cum armis meis: et dum ini-
mici nituntur murum fodere et destruere:
suppono sustentaculũ. Si nitunt̃ per sca-
las ascendere sup eis eos retrudo. Si nitun
tur foramina in parietibus facere muroꝝ:
eos cum trulla reparo et impleo foramina
illa. Tali modo cum armis defensionis ad
iuuo om̃es volentes reconciliari filio meo:
et nunq̃ȝ vlterius contra eum scienter pec
care. Et licet tria tm̃ instrumenta nomia-
ui innumerabilibus tamen armis defensi
onis adiuuo amicos meos ꝛ defendo. B
De illis instrumentis que apparent ad si-
nistrã tuam volo tibi tria nominare. Pri-
mum est gladius meus: qui tamen gladio
lictoris acutior est. Secundum est laqueꝰ.
Tercium ligna quibus illi comburentur:
qui voluntatem habentes vsq; in finẽ pec-
candi nisi in vltimo puncto ante mortem:
se ad penas perpetuas condemnauerunt.
Quando enim homo ꝓponit in animo vsq;
in finem contra deum delinquere: ꝛ nõ pri
us cessare q̃ȝ ꝙ non poterit peccare: tunc a
diuina iusticia iudicãdus est ad eterna sup
plicia. Et sicut ꝓ diuersis sceleribꝰ inferun
tur interficiendis diuerse mortes in terris
ita etiam diuersa genera supplicioꝝ inferũ
tur damnatis ad gehennã ꝓ peccatis. Jõ
quando homo cogitat peccare q̃ȝdiu vixe-
rit: dignũ est vt dyabolus habeat potesta
tem super corpus eius et animam. Et sic
caro scinditur ab ossibus: ita esset iuris dia
boli separe corpus eius ꝛ animã tam ama
ra pena: ac si caro et ossa retuso silice scin
derentur: q̃ȝdiu corpus miserum posset in
tali amaritudine perdurare. C Scito
tamen pro certissimo ꝙ licet aliquis ꝓpter
enormitatem scelerum suorum esset in cor
pore et anima iuri dyaboli traditus a deo:
tamen gratia penitentie q̃ȝdiu viueret et
sensum haberet: nunq̃ȝ auferret̃ ab eo. Sed
illis qui nõ obtinent penitentiam: abbreui
abit gladius meus aliquam penam corpo-
ralem ante mortem: ne dyabolus plenam
potestatem habeat super corpus dum in
mundo vixerit: sicut habet potestatem in
inferno. Sicut enim aliquis secaret cũ ser
ra collum inimici sui ad maiorẽ eius penaȝ
sic dyabolus animam cum gladio suo viuẽ-
tem in eterna morte. Laqueus significat
doloreȝ quẽ anima damnata habebit post
mortem. Qui eo maior erit in inferno: quo
vita longior in mundo. Et vellet dyabolus
vt homo habens voluntatem peccandi q̃ȝ
diu vixerit diu viueret: vt post morteȝ ma-
gis doleret. Et ideo gratia mea disrumpit
laqueum quem vides: id est abbreuiat vi-
tam carnis misere contra voluntatem dya
boli: ne fiat dolor ex iudicio iusticie: ita hor
ribilis: vt desiderat inimicus. Dyabolus
enim incendit ignem in cordibꝰ amicorum

suorum viuentiũ in voluptate: ⁊ q̃nis cõscientia coꝝ dicit eis esse ꝯtra deum: tamen eam adimplere tantũ cupiũt: q̄ ꝯtra deum delinquũt nõ curantes. Et ideo mihi dyaboli est totiens incendere et augere eis ignẽ suppliciorum in inferno: quotiẽs eos impleuit ꝑuersa voluptate in mundo.

Christus commendans sanctum Franciscum arguit eius fratres: addendo q̄ ipse sibi dedit illas indulgentias: que sunt in assisio. Capitulum XC

Um beata Birgitta

c esset in ecclesia fratrum in Assisio audiuit ⁊ vidit christum dicentem A Amicus meus Franciscus: descẽdit de monte deliciarũ in speluncã: vbi panis suus erat diuina charitas: potus eius continue lachryme: ⁊ lectus eius meditatio operum et mandatorum meorum. Nunc aũt fratres eius ascendunt in montem curarũ ⁊ deliciarum seculi: ⁊ nõ attendunt ad humilitatem ⁊ consolationẽ patris sui: ⁊ amici mei. Sed dic: quid est in corde tuo de quo turbaris licet omnia sciaz? Et illa: contur bor inquit q̄z aliqui dicunt q̄ iste sanctus ꝯsinxit sibi indulgentias istas: et aliqui arguũt eas nullas esse. Respondit xp̄s. Qui cõfingit aliqua: est sicut arundo inclinabilis ad fauores adulantium. Sed amicus me⁹ fuit quasi lapis ignitus ⁊ igneus: quia habuit me in se qui sum ignis diuin⁹. ℬ Et sicut ignisꝫ stramina nõ conueniũt: sic nec falsitas ibi communicat: vbi veritas habitat: ⁊ ignis diuine charitatis. Sed amicus meus habuit ⁊ dixit veritatem. Et q̄z vidit teporem hominũ ad deum: ⁊ cupiditatem ad mundũ doluit vehementer. Ideo petiuit a me signũ aliquod charitatis: ꝑ qd̄ homo accenderetur ad charitatem: ⁊ cupiditas minueretur. Cui petenti ex charitate: ego q̄ sum ipsa charitas dedi signũ. s. q̄ omnes q̄ venirent ad locum suum vacui: implerent benedictione mea: ⁊ soluerent a peccatis suis. Respondit iterum domina. Nunquid domine nũ successor reuocare debet: q̄ tu omnis potẽtie ⁊ gratie infusor dedisti? Rñdit christus. Fixum est qd̄ dixi petro ⁊ eius successoribus. Quodcunqꝫ ligaueris ligatum est. Veruntamen ꝑpter malicias hominum multa donata subtrahunt: et ꝑpter fidez et merita gratia donata augent.

Verba omnia biblie emanauerũt a deo: et sunt virtuosa tanq̃ꝫ lapides preciosi.

Capitulum XCI

Eus pater loquebat

D ad sponsam filij dicens. Audi tu q̄ miraris de illis verbis que scripta legis in biblia. Scias pro certissimo q̄ qd̄libet verbum scriptum in ea emanauit ex me et habet suam propriam virtutem ⁊ efficaciam. Sicut vides q̄ lapides preciosi in mundo habẽt suas naturales virtutes. Sicut magnes habet suam virtutem attractiuaz: attrahendo sibi ferrũ. Quidam moluntur grana ⁊ vertunt in farinam. Quidam vertuntur in cementum habentes virtutem conexiuam ad alios lapides. Alij acuunt ferrum vt cotes: et sic quodlibet genus lapidum habet vim suam. Eodem modo habet quodlibet verbũ quod emanauit ex me virtutes suas: ⁊ stant omnia cum eterna pulcritudine in celo rutilantia: coram omni meo celesti exercitu: sicut preciosissimi lapides: cum venustissimo colore: ⁊ auro clarissimo. Et omnis qui est in celo nouit virtutem ꝑcipuam cuiuslibet eorum.

Quomodo sanctus Dyonisius consolabatur sponsam christi: marito suo in peregrinatione egrotante.

Capitulum XCII

Um iam esset in redi

c tu de peregrinatione sancti Iacobi maritus sancte Birgitte infirmari cepit in atrabato. Et inualescente infirmitate spõsa christi i magna anxietate animi constituta: ꝑ sanctum Dyonisiũ meruit consolari. Qui apparens ei in oratiõe dixit. Ego sũ inquit Dyonisius: qui a roma veni ad has partes francie: predicare verbũ dei in vita mea. Tu ꝟo quia speciali deuotione diligis me: ideo predico tibi q̄ deus ꝑ te vult innotesci mundo: et tu tradita es custodie mee ⁊ ꝑtectioni. Propterea iuuabo te semꝑ: et hoc tibi do signum: q̄ vir tuus iam non morietur de ista infirmitate. Et sic etiam multis alijs vicibus idem beatus Dyonisius in reuelationib⁹ visitabat ⁊ consolabatur eam.

Dyabolo temptanti se de nobilitate generis ⁊ dilectiõe dei: respondit sancta Birgitta dicens. Capl'm XCIII

Dyabole tu cecidisti

o ꝑpter suꝑbiam tuam. Ego aũt q̄re quererẽ suꝑbiam cum nõ sit melior caro regine q̄ꝫ ancille: sed totũ vile est et terra. Quare autem non humiliabo me cum non vnam minimam bonã cogitationem possem habere a memetipsa nisi deus ministrauerit? Tuncqꝫ christus apparens ei dixit sibi. Humilitas est quedam scala: q̄ de terra ascendit ad cor dei

Qualiter sancta Birgitta obtinuit capillos beate virginis Marie. Ca. XCIIII.

Cum sancta Birgitta in ciuitate neapoli per aliquod tempus moraretur: misit pro ea soror quedam clara nomine in monasterio monialium ad sanctam crucem: & dixit ad eam. Habeo inquit reliquias de capillis matris dei datas mihi per reginam sanciam quas nunc tibi dabo: quia mihi inspiratum est diuinitus: vt tibi eas committam. Et hoc tibi signum erit quod vera loquor: quia cito moriar & veniam ad dominum meum: quem super omnia diligit anima mea. His autem dictis paucis diebus supuixit & perceptis sacramentis ecclesie emisit spiritum. Igitur cum beata Birgitta dubitaret: vtrum capilli illi essent de capillis virginis marie vel non. Tunc in oratione apparuit ei eadem mater dei dicens. Sicut verum est et creditur: quod ego de Anna & Joachim nata sum: sic verum est quod isti capilli creuerunt in capite meo.

Visio de olla super ignem posita: & puero sufflante: et amore superfluo ad filios.

Capitulum XCV

Contigit semel in monasterio Aluastrum: quod animus beate Birgitte cum itura esset romam: accendebatur ad amorem filiorum suorum compatiens relinquere eos quasi orbatos consolatione materna. Timens etiam quod post eius recessum: audacius offenderent deum in aliquo: quia iuuenes erant diuites et potentes. Et tunc vidit in visione vnam ollam positam super ignem et quendam puerum sufflantem prunas: vt olla accenderetur. Cui dixit beata Birgitta. Cur tantum insflare conaris vt succendatur olla? Respondit puer. Vt amor filiorum tuorum magis accendatur & inflammetur in te: Beata Birgitta respondit. Cuius inquit tu es? cui ille. Ego inquit sum negociator. Tunc ipsa intelligens amorem aliquem inordinatum in corde suo existere ad filios: statim correxit se vt nihil preponeret amori christi.

Quod obedientia prefertur omni castitati.

Capitulum XCVI

Quadam die cum beata birgitta faceret legi per se in libro qui vocatur speculum virginum: rapta fuit in spiritu. Reuersa autem ad se dixit. Audiui nunc in spiritu vocem dicentem mihi quod virginitas meretur coronam. Viduitas appropinquat deo: coniugium non excluditur a celo. Sed obedientia omnes introducit ad gloriam.

Christus vocans tugurium cameram salutis precipit sancte Birgitte ibi stare.

Capitulum XCVII

Christus precipit sponse sue ire a roma ad castrum nouum abbatie sorsa dicens. Vade quia camera pro te parata est. Cumque venisset ibi cum domino petro confessore suo & familia sua: tunc a fratribus illius monasterii cum maxima difficultate obtinuit ad inhabitandum vnum vile tugurium: allegantibus non esse consuetudinis eis: cum mulieribus cohabitare. Tunc christus apparens ei dixit. Hec est camera salutis in qua promereri poteris & addiscere sublimia. Vt sicut prius inhabitabas domos altas & pulcras: sic nunc experiri poteris qualia sancti mei in speluncis habitantes patiebantur. Que adimpleuit precepta christi ac eis obediuit.

Constantia sancte Birgitte de morte filie sue. Et que est vera mater & que nouerca: et qualiter educande sunt filie.

Capitulum XCVIII

Audiens sponsa christi filiam suam: dominam ingeburgem sanctimonialem in monasterio risabergh esse mortuam exultans dixit. O domine iesu christe: o amator meus: benedictus sis tu quia vocasti eam: antequam mundus irretiret eam. Et statim ingrediens oratorium suum: tantas lachrimas emisit & suspiria: quod a circumstantibus audiri potuit. Dicentibus illis qui aderant: ecce filiam suam plorat. Tunc autem christus apparens ei dixit. Mulier quid ploras: licet enim omnia sciam tamen te loquente cognoscere volo. Respondit illa O domine non ploro quod filia mea mortua est immo gaudeo: quia si diutius vixisset: maiorem coram te habuisset reddere rationem. Sed et hoc ploro: quia non instruxi eam secundum mandata tua. Et quia exempla superbie ei prebui: & remissius correxi eam delinquentem. Cui christus respondit. Omnis mater que plorat eo quod filia sua offendit deum: et instruit eam secundum meliorem conscientiam suam: illa est vera mater vere charitatis & mater lachrymarum. Et filia eius est filia dei propter matrem. Illa vero mater que gaudet ex eo quod filia eius se scit gerere secundum mundum non curans de moribus eius dummodo exaltari possit & honorari a mundo: illa non est mater sed nouerca. Ideo propter charitatem & bonam voluntatem tuam filia tua per compendium transeat ad coronam glorie.

Christus relaxat sponse sue votum ieiunii in aduentu domini.

Capitulum XCIX

Dum beata Birgitta

c iret de roma: ad sepulcrū scti An-
dree apli in regno cecilie ꝓpter in-
firmitates varias transire non poterat: ni-
si in ciuitatē baro. Cumq; esset tēpus adue-
tus dñi quo ipa solita erat ieiunare: & in so-
cietate eius erant plures infirmi: et in via
illa non inueniebant pisces: rogauit deū vt
eis cōpateret ne deum offenderet aut scan-
dalizarēt proximū ī comedēdo: aut infirmi
deficerent ieiunando. Tunc xp̄s apparens
dixit. Pisces sunt multū frigidi & tp̄s non
est multū calidū: via difficilis et petrosa: et
vos infirmi. Ideo que inueniunt comedi-
te: ego em̄ super om̄ia vota sum. Et q̄ sunt
ad honorem dei & moderatā sustentationē
carnis: non imputabunt ad peccatū.

Qualiter ymago crucifixi predixit cuidā
dñe finē suum: que vidit beatam birgittā
quasi stare supra vnam columnam.
Capitulum C

Quedā domina de re-

q gno suetie existens ꝑpe sanctū Ia-
cobum de galicia in quadā ecclesia
vidit ymagū crucifixū in pariete depictum.
Quā diligēter intuens cum deuotiōe & cō-
passione: audiuit tūc vnam vocē dicentē si-
bi sic. Vbicūq; istam imaginē videris: & lo-
quentē audieris: ibi manebis et morieris.
Que rediens ad patriā et iterū iter aggre-
diens ad romam: cum venisset ad ciuitatē
montisflascon: vidit in domo cuiusdam do-
mine similē imaginē: quā in hyspania vide-
rat. Et tūc ymago dixit ei. Hic ingredieris
& manebis. Ego vero inclinabo animū dñe
istius domus: vt tradat tibi hic mansionē.
Igit reclusa illa ꝑseuerauit ibidem: & in la-
crimis ieiunijs & orōnibus: vitā duxit exē-
plarē & miraculosam. Hec aūt vidit semel
vnā columnā sup quā stabat quedā domina
mediocris stature: quā multe turbe circū-
stantes aspiciebāt: & admirabāt. Et de ore
eius exibat quasi ros: et rose albe et rubee:
quarū odore hoīes intuentes delectabant.
Euigilans igit sequenti nocte ꝯsimilia vi-
dit: & audiuit vocem dicētē sic. Mulier quā
vides est domina tua Birgitte: que stans ro-
me afferet vinū de longinquis partib cum
rosis mixtum: & dabit sitientib peregrinis

Dñe cuiusdam peregrinatio: mors & sal-
uatio: quam dyabolus purgauerat viuen-
tem. Capitulum CI

Omia quedā de sue-

d tia sequens beatā Birgittā ad ro-
mā timēsq; incōstantiā mariti sui:

rogauit beatam Birgittam q̄ deū p ma-
rito suo oraret. Cui oranti christus appa-
rens: dixit ei. Ite ne moueamini: ab itine-
re et ꝓposito sancto: ego em̄ abbreuiabo isti
mulieri iter. Ego preparabo corpus: vt cum
saccus exhaustus fuerit: aīa impleat dulce-
dine: maritus vero habebit desiderium suū
Igit cum venissent mediolanum: domina
ista infirmata obijt ī pace. Qua sepulta do-
mina Birgitta orando rapta fuit in spiri-
tu: et audiuit diabolū ꝯquerentē sup aīa il-
lius: q̄ nō adiudicabat sibi: Cui christ' tūc
dixit. Vade. Si tu purgasti eā affligendo
saccum: iam ego aīam q̄ intus iacebat po-
sidebo & honorabo.

Qualiter episcopus quidā diligens mū-
dum & a dyabolo deceptus mortuus est si-
ne fructu. Cap. CII

Dum quidā epūs vrbe

c netanensis: tūc p dño clemente pa-
pa in alma vrbe vicarius existēs ali-
quas reuelationes beate Birgitte diuini-
tus reuelatas haberet: nec multū ad illas
attenderet. Tūc beate Birgitte orāti xp̄s
apparuit his verbis dicēs. Audi Birgitta
quia voluntas mea est: futura hominū ali-
qua tibi esse reuelata. Ideo scias q̄ iste epi-
scopus nunq̄ habebit illud: qd̄ taliter to-
tis virib & affectib sui cordis desiderat: i-
mo illa que congregauit derelinquent ab
ipso: et morieт in loco nō suo. Et accidet ei
sicut cani quē cū homo vult decipere. Pri-
mo vngit ferrū carne pingui: quod canis
deuorare volēs strangulat a ferro. Sic dy-
abolus ostendit isti epo delectabilia mun-
di esse in aīa in corde: et omnia que habet
decere statū suū. Ideo nihil relinquere ꝓpo-
suit ꝓ aīa sua de iocalibus suis: donec mor-
te artatus relinquet oīa sine fructu. Expe-
cta igit: et videbis oīa ista que tibi dixi. Post
paucos dies epūs iuit auinionem: vbi vitā
finiuit: et thesauros reliquit inuitus.

Christus consolando sponsam turbatā
de solutiōe suorū debitorū: predixit sibi nū-
cium venturum cū pecunia. CIII.

Ontigit ante festum

c omniū sanctorū q̄ beata Birgitta
existens rome: ob defectū pecunie
a diuersis mutuū accepisset: nec in tribus
annis de patria sua pecuniam accepisset
vnde erat in magna angustia ꝓpter credi-
tores suos: qui quotidie instabāt vt eis red-
deret pecūias mutuatas. Tūc dixit ei xp̄s:
Accipe pecunias mutuatas audacter & cō-
solare: & ꝓmitte creditoribus tuis reddere
omnia: dominica prima post octauas epy-

pbauie dñi quãdo monstrat sudariũ: quia tunc oĩa psoluent eis. Quod et ita fecit. Circa vesperas cũ dicte dñice: venit nuncius de patria: ãpportans pecunias: et eadẽ die creditoribus est satisfactum.

Xp̃s reuelabat sancte birgitte cogitationes cuiusdã ep̃i ipsam comedentẽ iuditantis: qui tamen erat amicus virginis Marie ec. Caplm. CIIII

Uadam vice sponsa

q xp̃i sedẽs in cõuiuio cum quodam ep̃o Aboensi. scz dño hẽmingo in mensa: de cibis delicatis sibi appositis comedebat in honorẽ dei: pter qd ep̃s dicebat in corde suo. Cur ista dña habẽs donuz spũs a delicatis cibis nõ abstinet? Tũc ipa nihil sciens de talibus cogitationib9 eius: circa vesperas cum esset in orone: audiuit in spiritu vocem dicentẽ. Ego sum qui impleui pastorẽ spũ pphetie: nũquid pter ieiunia sua? Ego suz qui feci pugatos: quid meruerunt illi? Ego iussi pphete vt adulteram reciperet in cõiugẽ: nunquid nõ obediuit ipse? Ego sum qui loquebar cum iob: ita bene in delicijs suis: sicut qñ sedebat in sterquilinio. Ideo quia ego sum mirabilis: facio sine p̃cedẽtibus meritz oĩa que mihi placent. Quã quidẽ reuelationẽ ipsa statim illi ep̃o exhibuit. Ep̃s aũt hoc audiens recognouit se: et fatebat q illas cogitationes in mensa habuerat: pter qd humiliatus animo petendo veniam ab ea: rogauit eam p se orare. Tunc tercio die apparens eidem domine Birgitte oranti: beatissima virgo maria dixit. Dic eidez episcopo: q qz omnes predicationes suas inchoare solet a laude mea: et quia p iudiciũ suum summe indicabat in mensa: etiã qz illud iudiciũ charitatis et nõ inuidie erat: ideo charitas meret consolari. Dic ergo ei: q ego volo ei esse in matrẽ et eius aniam presentare deo. Et ego nunc exponam ei q ipse est animal septimũ de animalib9 prioribus tibi ostensis. Et q ipse verba dei corã regibus et pontificibus portabit. Hec reuelatio de septez animalibus habet libro. iiij. ca. cxxv.

